Illa quoq; diminutiua que faciunt in aſter:imitationem potius ſignificāt q̄ diminutioneꝫ neq; em̄ ea ratione dr̄:oleaſter pinaſter. apiaſtrū. mentaſtrū: ſiliquaſtrum: q̄ ſit parua olea. parua pinus. parua mēta. parua ſiliqua:ſꝫ q̄ ſilueſtria oleā pinū:apiū:mentē ſiliquā imitātia. Ex quo quidā vtunt̄ filiaſter pro priuigno : nō paruꝰ filius eſt:ſed imitator filij: ⁊ paraſitaſter nō paruus paraſitꝰ. Aliter em̄ nō diceret̄ a comico paraſitaſter paruulus: ſꝫ imitator paraſitorū:vt apud M.C. pro Varrone Erutius hic noſter antoniaſter eſt. Et ad atticū li.xij. oīno ſolet eē. Fuluiaſter.i.antonij fuluijq; imitator: et hūc Auguſtinus appellat philoſophaſtrum nō vt puto paruū philoſophū : ſed imitatorem philoſophoꝝ:niſi dicis imitationē eſſe diminutionē quādā perfectiōis:tñ aliud eſt eſſe diminutiua:aliud imitatiua : nec quiſq̄ dixerit oleaſtrū eē minutā oleā:et pinaſtrū minutā pinum quā Plynius ait mire eſſe altitudinis. Cet vt q̄dam nunc ſolēt puſillos hoīes appellare Antoniaſter:luciaſter:paulaſter:ſecuti Priſcianū q̄ preter ſuperiora hec addit eſſe huiuſmodi diminutiua ⁊ adulatiōis ⁊ maxime pueroꝝ. Catullaſter. Antoniaſter. Patriciolus. Sergiolꝰ. ſꝫ hec poſteriora vere ſunt diminutiua: illa vt oſtēdi nō vere:ideo q; nec adulatiōis q̄ q̄ oīa diminutiua nec minus q̄ hec in olus ſunt apta adulationi:⁊ ſepe etiā contēptui:vt homūculꝰ. homulus:argutulꝰ:ſed ad rē reuertamur. Pullaſtra apud Varronē q̄ eſt parua adhuc adoleſcēſq; gallina:quod nec ipm̄ diminutionē ſignificat. Nā maſcula potiꝰ pulla q̄ minuſcula eſt etiā ſi minor gallina eſt:nec gallinaſtra dicit:ſꝫ palluſtra. Duo tñ noīa ſunt q̄ diminutionis regulā ſeruāt:ſurdaſter ⁊ recaluaſter:quoꝝ alteꝝ ſignificat diminutionē ſurditatis. nō eſt plane ſurdus ſurdaſter:ſed vt ſic dicā ſurdulus: et recaluaſter qui fronte caluā eſt nō toto capite q̄ſi recaluatulus:qđ eſt diminutiuū. In que modū nequeūt reſolui noīa illa de quibꝰ ſupra diſputauimꝰ. Ex his q̄ retuli exēplis liquet non modo in aſter finiri hec noīa ⁊ eſſe maſculina: ſed

Oleaſter
Pinaſter
Apiaſtruꝫ.
Mētaſtrū
Siliq̄ſtrū.
Filiaſter.
Paraſitaſter.
Fuluiaſter
Philoſophaſter.

Antoniaſter.
Luciaſter
Paulaſter.
catullaſter
Patriciolꝰ
Sergiolꝰ

Surdaſter
Recaluaſter
Recaluatulus

Filiaſtra Figliſtra Pullaſtra. Apiaſtrũ

etiam in aſtra feminini gñis: vt pullaſtra apud quoſdã pro priuigna: filiquaſtra ꝓ piperiti: qḋ nõ video quid ex ſiliqua inuteꝛ ⁊ in aſtruʒ neu⸗tri: vt apiaſtrũ. ſiliquaſtrũ a ſiliqua arboꝛe ferẽ te fructũ ſui nois qḋ greci ceration vocãt ſigni⸗ficat etiã ſiliqua folliculũ: vbi grana leguminuʒ includunꝛ: ⁊ ſi quid leguminibꝰ eſt ſimile: fere⸗ꝙ hec noia arboꝝ herbarũꝙ diuerſum genꝰ ha⸗bẽt in ꝑmitiuis a diminutiuis vel deriuatiuis.

¶ Epitome capitis. viij.

In arium In arius

¶ In ariũ exeuntia fere rerũ ſignificatarũ per noia vñ formanꝛ repoſitoꝛia: aut earũdẽ copiã ſignificãt: nõnũꝙ tñ ⁊ res ipſas. Uerũ in arius et aria officia hoim qualitatẽꝙ ſignificant: ⁊ ſi a verbis deducunꝛ actionẽ ⁊ poſſeſſioneʒ: pau⸗ca tamẽ obligationẽ quandã ⁊ paſſionẽ conno⸗tãt. In oꝛius fere actoꝛẽ. ⁊ in oꝛiũ officinam ſeu locũ vbi quid fit. In etum locum natiuum.

In oꝛius In oꝛium In etum

¶ Mãcinellus aũt ꝓbat cõtra auctoꝛem plan⸗tariũ locũ eſſe idꝙ auctoꝛitate plynij dicẽtis li⸗bꝛo. xvij. ca. xiij. de arboꝛũ inſitione ſic. Quedã in plantario inſita eodẽ die transferunꝛ: vbi ta⸗mẽ ſi Laurentiũ noſco dixiſſet non locũ ſignifi⸗cari ſed plantã. inſitio eñ plante: inſertio loco cõgruit. Idẽ docet Seruiũ vera docere: qꝛ do⸗naria ꝓpꝛie loca ſunt in qbus dona reponũtur deoꝝ: abuſiue autem tẽpla. Maro eñ. iij. Ge⸗oꝛgi. ait. Tẽpoꝛe nõ alio dicũt regionibus illis. Queſitas ad ſacra boues iunonis ⁊ vris impa⸗ribus ductos alta ad donaria currus. Et Aul. Gel. etiã lib. ſ. cap. x. iquit. Ubi reponi ſolerẽt ſigna vetera que ex eo templo collapſa eſſet: et alia quedã religioſe donarijs ꝯſecrata. Et Apu⸗leius. lib. x. ſic. Cantharoꝙ ⁊ ipſo ſimulachꝛo qḋ gerebã apud fani donariũ redditus ac cõſe⸗cratis. Altera die ⁊c. Idem quoꝙ lib. ij. floꝛido⸗rũ de iunonis fano apud Seruiũ inter alia ſic ſcribit Ibi donariũ dec per quã opulentũ: plu⸗rimũ auri ⁊ argẽti rõ: in lancibus ſpeculis po⸗culis ⁊ huiuſcemodi vtenſilibꝰ ⁊c. Macrobius autẽ donaria pro donis ipſis poſuit. ait eñ lib. iij. ſatur. Oꝛnamẽta viro qui ſunt clipij coꝛone et huiuſmodi donaria. Neꝙ eñ donaria dedi⸗canꝛ eo tẽpoꝛe: quo delubꝛa ſacranꝛ. Hec eadẽ fere affert. Calepinꝰ in auctoꝛẽ noſtrũ. Uerum vt in Raudenſem dicit. Apuleius potius rude⸗re ꝙ aurec loqui docet: ⁊ Gellius ſuperſtitioſe loqui Quo circa illoꝝ auctoꝛitate nõ moueręꝛ Sed vt litem dirimã: dicamꝰ donaria dona ip⸗ſa eſſe vt apḋ Spartianũ qui ſcribit Antoniũ dediſſe militibꝰ donariũ ſed quia freqũter lo⸗cata pro loco ⁊ contra ponuntur. accepit Uirgi⸗lius ⁊ alij contenta pro continente. Uerũtamẽ donaria pro donis etiã accipere poſſumꝰ in il⸗lo: Uergiliano: nõ eñ eſt donũ ſine loco.

¶ De exeũtibus in rius vel in riũ. Ca. viij.

Tabulariũ Sacrariũ. Aerarium Armariũ Armamen⸗tarium

Tabulariuʒ locus eſt vbi tabule. i. in⸗ſtrumẽta ⁊ littere reponunꝛ. Sacra⸗riũ repoſitoꝛiũ ſacroꝝ. Aerarium re⸗poſitoꝛiũ eris. i. nummoꝝ ſimiliũꝙ rerũ precioſarũ atꝙ opũ. Armariuʒ vbi reponunꝛ libꝛi ceteraꝙ huiuſmodi. Arma⸗mentarium vbi reponunꝛ armamenta ⁊ arma. Atramẽtariũ vaſculũ qḋ continet atramentuʒ Calamariũ quidã vſurpant pro theca calama⸗ria in qua calami recondunꝛ. Sed quia hoc tẽ⸗poꝛe pleriꝙ pẽna ſcribũt: poteſt etiã dici pen⸗nariũ niſi malumꝰ appellare thecã pennariam vt thecã calamariã. ⁊ thecã graphiariã. Pena⸗riũ vbi reponitur penus. hoc eſt edulia ⁊ ad vi⸗ctum pertinẽtia. Uiuariũ vbi continentur vel aues vel piſces vel fere: que dũtaxat ad victum ſpectant. Pomariũ locus pomoꝛũ reponẽdoꝝ vel locus conſitꝰ pomis: vt Ouı. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat athlas menibꝰ. Qui⸗dã hoc pomeriũ vocant. Titus aũt Liuiꝰ pome⸗rium ait eſſe locũ ad muros intra ⁊ extra: i quo edificare nõ licet quaſi poſt menia vt dicimus pomeridianũ pro eo qḋ ẽ poſt meridianuʒ. Uñ Lucanus. Longa per extremos pomeria iũge⸗re fines. Pomariũ igitur aut locꝰ aut freqũes arboꝛibus pomi ſiue fructuũ pomi repoſitoꝛiũ aut copia ipa arboꝝ pomiferaꝝ. Nã hoꝝ noim natura eſt ſignificare vel locuʒ vbi illa ſunt vel ipſarũ rerũ que in loco ſunt copiaʒ: vt aluearıũ tametſi poteſt dici locus vbi ſunt aluei apũ ta⸗men potius accipitur pro copia alueoꝝ eodem in loco collocatoꝝ ac apũ mellificantiũ. Et ro⸗ſarium magis copiam fruticum vno loco roſas gignentiũ ꝙ ipſum locũ vbi frutices ſunt ſigni⸗ficat: quem locum ne roſetum quidem appella⸗re poſſis cum idẽ ſignificet qḋ roſariũ niſi per contentũ ſignificeꝛ continens. Plantariũ non locus plantatũ: ſed ipſe plãte etiã ſi euulſe aut non conſite fuerint. Nec me fallit Seruiũ ſe⸗parare plantaria a plantis dicentẽ plante ſunt rapte ab arboꝛibus: plãtaria vero que ex ſemi⸗nibus nata cum radicibus ⁊ terra ꝓpꝛia tranſ⸗ferunꝛ: ad qḋ ſentiendũ videꝛ alle xiſſe cum ver⸗ſus Uirgilij. Et viua ſua plantaria terra. ſemi⸗narum non locus: ſed ſemen ipſum. i. plantule. Pampinariũ nõ terra vbi naſcuntur pãpini: ſʒ ſeu congeries pãpinoꝝ id eſt virentiũ vitis ra⸗muſculoꝛũ: vel (vt ait Pliniꝰ) palmes q̇ e duro exit. materiãꝙ i primũ ãnũ ꝓmittit pãpinariũ vocaꝛ. Certe in hoc palmite multi pãpini ſunt Calceariũ veſtiariumꝙ pro calceis ⁊ veſtibus vt cibaria pro cibis. Cuſtuariũ pro fuſtigatiõe Carnarium non locus eſt vbi caro ſalſa ſuſpen⸗ditur: ſed caro ipſa: niſi contentum pro continẽ⸗te. Donaria nõ locus repoſitoꝛiũ duoꝝ: ſed ipſa dona. Licet Seruiꝰ dicat vbi dona oblata ſunt: ſunt: ſicut lectiſternia dicuntur vbi hoies in tẽ⸗plo conſueuerunt ſedere. Ita in ceteris adhibẽ⸗da in ſimiliũ noim ſignificatione accuratio eſt et hec de neutris. Nam maſculina feminina et cõmunia officia hoim qualitatemꝙ ſignificãt Caprarius capraria: ſaltuarius: ſaltuaria: cam⸗parius: hoꝛrearius: claſſeariꝰ: cuſtos exercitoꝛe capraꝝ: ſaltus campi hoꝛrei: claſſis. Saga⸗rius: lintcariꝰ: veſtiariꝰ: vẽditoꝛ ſagoꝝ: lintheo⸗rũ veſtiũ. Pꝛopietariꝰ: fructuariꝰ: vſuariꝰ cuiꝰ eſt pꝛopꝛietas predij. cuiꝰ fructus cuiꝰ vſus. que oia ſignificãt actionẽ paſſionẽꝙ numero q̇dẽ

Atramen⸗tarium Calamariũ Pennariũ. Penariũ Uiuariũ Pomariũ Pomeriũ Pomeri⸗dianum Roſarium Roſetum Plantariũ Plante Pãpinariũ Calceariũ Carnariuʒ Donarium In arius paſſiue ſig. Caprariꝰ Camparius. Saltuariꝰ Claſſeariꝰ

*Sagarius. Uſuarius. Fructua. Legatari⁹. Commodatarius. Depoſitarius. Fide commiſſarius. Calcaria. Sulphuraria. In orius.*

incōp͛henſibilia pauca aūt q̄ paſſiue accipiūtur. Legatarius: cōmodatarius: depoſitarius: beneficiarius: fidei cōmiſſarius qui legatū cōmodatū depoſitū beneficiū: fidei cōmiſſum accepit: ⁊ ſi qua ſunt alia. Ex huiuſmodi noībus fiunt etiam noīa quedā rerū: calcaria ſulphuraria: vbi calx coquit͛: ⁊ ſulphur fit atq; hec a noibus fere proficiſcunt͛: illa vero magis a verbis vel a verbalibus in or et ſunt adiectiua in or⁹ or a orium actionē ſignificātia. Accuſatori⁹. petitorius defenſorius: fideiuſſorius. inſtitutori⁹ exercitorius. tributorius. Nā tributarius a tributum. tributorius a tributor ſicut depoſitari⁹ a depoſitū: ⁊ depoſitorius a depoſitor. Significat itaq; tributarius qui ſoluēdo tributo obnoxius eſt: vt ſtipendarius qui ſoluēdo ſtipendio et depoſitarius qui reddēdo depoſito: vt munerarius qui dat munus populo gladiatoribus i harena exhibendis. Ideo vas eſcariū dicimus et vas potoriū: q2 hoc a noīe verbali venit. Pretor. ſenator. holitor. lictor nō opinor deſcēdere a verbis: ſed quia vocē verbalē obtinēt: ſicut cēſor ⁊ q̄ſtor ſic formauerūt ſua denoīatiua. Pretorius. ſenatorius. holitorius: lictorius: cenſorius ⁊ q̄ſtorius. Holitor aūt eſt qui qui ortū holerū exercet: quē nōnulli ortulanū vocāt. Et ⁊ holus vnaqueq; herba qua veſcimur. Nā ſunt

*Holitor. Holus.*

et horti nō holerū ſolū ſed arborib⁹ cōſiti ⁊ voluptatis gratia pparati: vt horti ſalluſtiani. pōpeiani. luculliani. claudiani. Lictor miniſter cōſulis. procōſulis. preſidis. pretoris qui faſcem virgarū alligatū cū ſecuri portat. ſunt lictores cōſulis duodeni: alior ſeni. His addere poſſumus aleator: qd̄ videt͛ deſcēdere a verbo quod nuſq̄ reperit͛. nō eīn aleare diciam⁹ ſed alea ludere. Neutra aūt in oriū plerumq; locū ſignificāt vbi aliquid fit vt deambulatoriū loc⁹ vbi deambulamus. Dormitorium locus vbi dormim⁹ Repoſitoriū vbi reponit͛ qd. Tentoriū vbi tendim⁹ vela aut ſiquid inſtar velorū hab3 vel ipſa potius vela ſiue velamēta ꝯtra iniuriā celi. Auditoriū locus vbi audim⁹ p͛ceptorē: aut orantē non in vera cauſa aut opus nouum recitantem aut ſi quid ſimile eſt: vel ipſa turba atq; ipſe cetus auditorum. Lectorium illinimentum eſt ⁊ quaſi pauimentum parietis atq; incruſtaſtatio. Amatoriū gen⁹ veneni amorem vel inſaniam ingerētis. Portoriū vectigal port⁹ vł fluminū vel lacuū: vel ſtagnor. Nā ⁊ portitor ille dr̄ q̄ traducit hoīes ac vehit nauigio: vel ad nauim de littore: vel de naui ad littus: vel ad viteriorem fluminis: lacus ſtagni ve ſeu ripam ſeu littus licet frequentius dicatur littus; poteſt etiā accipi pro eo qui portoriū cōducit. id eſt q̄ fruct⁹ pecuniarios ex portu cōduxit: ⁊ a venientibus illos exigit. Que rō in ceteris huiuſmodi diſcernēda eſt. Hoc etiā loco addā q̄ cū ducam⁹ dumetū: ſpinetū: vepretū ſimiliaq;: tñ dicimus ſenticetum non ſentetum.

*Lictor. Aleator. In orium. Dormitoriū. Auditoriū. Lectoriu3. Amatoriū. Portoriū. Potitor. In etum.*

Epitome capis. ix.

¶ Euentus iuſſus et permiſſus ſubſtantiua in ſingulari numero quarte quidem declinatiōis et maſculina: in plurali autem ſecunde et neutra vſitatius reperiuntur. Contra iugerum in ſingulari ſecunde ⁊ in plurali tertie frequenti⁹ eſt. licet aliter quoq; legatur.

*Euentus. Iuſſus. Permiſſ⁹. Iugerum.*

¶ Mancinelli eīn lima docet ⁊ hoc euentū iuſſum ac permiſſum ⁊ hos euentus iuſſus ac permiſſus reperiri: ⁊ huius iugeris ⁊ ab hoc iugere: qd̄ forte valla inficias non iret: ſed rari⁹ eſſe contenderet. Verba mancinelli ſunt. Euentus in ſingulari generis eſt maſculini ⁊ declinationis quarte: eius aūt pluralis numerus eſt euētus vt viſus. M. Tul. lib. j. de oratore. Ut enim q̄ſq; optime dicit: ita maxime dicendi difficultatē: varioſq; euentus orationis: expectationēq; hoīm pertimeſcit. Verg. lib. vj. de Enea. Ecoſq; volutat Euentus aio ſecū. Poſſem ⁊ plures afferre teſtes. hoc vero euentum hec euenta facit. Tullius eīn in perticionibus ait. Si cuiuſq; facti et euenti cauſa ponetur. Et Lucretius lib. j. Euentu3 dici poterit quodcūq; erit actum. Inde igitur, eſt euenta ⁊ non ab hic euētus. Ab hoc iuſſu tantū: ⁊ ab hoc permiſſu legitur. Hoc autē iuſſum ⁊ permiſſum hec iuſſa et permiſſa faciunt Sylius li. vj. Ire iubet capis equitē ruit ipſe citatū. Quadrupedē planta fodiens: ſcutaq; raptim. Cōſequitur iuſſo man⁹ et muralia portat ⁊c. Et lib. ix. Nec iuſſo mora collectis fumantia lucent. Terga elephantorū flāmis ⁊c. Aulus. Gel. li. x. cap. xx. hec ſcribit. Atteius capito publici priuatiq; iuris peritiſſimi qd̄ lex eſſet hiſce v͛bis diffiniuit. Lex inquit eſt generale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu ⁊c. poſtea ſubdit: Nam niſi populus aut plebs rogetur nullū plebis aut populi iuſſu3 fieri poteſt. Apparet igit͛ hoc iuſſu3 iuſſi: iuſſa pluraliter afferre. ⁊ permiſſnm permiſſa. Cum permiſſa etiam in plurali ſubſtantiuū ſit. Priſcianus lib. vij. ita inquit. Dicit͛ tamen ⁊ hoc iugus iugeris. Iuue. Iugerib⁹ paucis lumbos donare clientis. Itaq; recte dixit. Pompon⁹ eīn Mela. li. iij. de arare ita ſcribit frangit ſubinde ad oppoſita cautiu3: atq; ob id ingenti cum murmure ſonanſq; deuoluit͛ adeo citus: vt qua ex p͛cipiti caſurus eſt in ſubiectam non declinet ſtatim vndam: ſed vltra q̄ canalē h3 eccha: plus iugeris ſpatio ſublimis ⁊ aquis pendentib⁹ ſemetipſum ſine alueo ferens ⁊c. Et Tibul. lib. ij. inquit. Predator cupit immenſos obſidere campos. Ut multo innumerā iugere paſcat ouem Ply. item lib. xix. cap. xix. vbi de cepis meminit: ſic ſcribit. Ceteri cephas ter foſſo ſolo ſeri iubent extirpatis radicibus herbarum in iugero denas libras ⁊c. Variabim⁹ igit͛ huius iugeris ab hoc iugere. hec iugera: horu3 iugerum: his iugerib⁹: hec iugera. o iugera: ab hiis iugeribus: Hoc vero iugeru. ab hoc iugero, hec iugera. o iugera. nec vlterius.

¶ De euentu: iuſſu: permiſſu iugero. Cap. ix.

EUentus in ſingulari generis maſculini ⁊ declinatiōis quarte eſt: eius plurali Mar. C. ſepiſſime in neutro gñe et declinatiōe ſecunda vtit͛: vt de ora

*Euentus. Iuſſus. Permiſſ⁹.*

tore. Ex alioꝝ factis ⁊ dictis aut euentis. Idē
de diuinatiōe. Si euenta querimus q̄ exquirū/
tur extis: et ad ad Lucciū: Fabulā rerū euento
rumq; meoꝝ. Et ad Atticū. Semper eñ cauſe
euentoꝝ magis mouēt ꝙ̄ ipſa euenta. Quidā
plane imperiti euentū aiunt ſignificare princi
pium: vt apud Ouidiū. Exitus acta probat. ca/
reat ſucceſſibus opto. Quiſq; ab euentu facta
notanda putat. Illud enim exitus acta probat
vox eſt accuſantiū Phillidē argumento quod
dicitur a caſu: eos enim Phyllis ipſa execratꝛ di/
cens, Careat ſucceſſibus opto quiſq; a caſu et
nō a cauſis aliū laudat: aut vituperat. Similia
ſunt huic: iuſſu et permiſſu tuo. quoꝝ pluralia
ſunt ſecunde potius declinationis in ſingulari
fere nunq̄. Neq; eñ dicere ſolemus iuſſo tuo:
Sed iuſſu. nō ꝑmiſſo tuo ſed permiſſu. Horat.
tamē vtar permiſſo. id eſt re permiſſa. nō autē
permiſſione. Nec dixiſſet permiſſo tuo: nec iuſ
ſibus permiſſibuſq; tuis dicim⁹: ſed iuſſis per/
miſſiſq; tuis: nec iuſſus ꝑmiſſuſq; tuos: ſed iuſ
ſa tua et permiſſa. Virgilius. Accipe iuſſis car
mina cepta tuis: et iterū. Ille patris iuſſa exe
Iugerum quitur. et alibi. Haud mollia iuſſa. E diuerſo iu
gerum in ſingulari ſecunde in plurali tertie eſt
declinationis: nō autem (vt ait Priſcianus) iu
ger iugeris cum omnes dicant in ſingulari iu/
gerum: ⁊ in plurali iugeribus. Significat autē
menſuram ducentorum quadraginta pedū in
longitudinem: dimidij in latitudinem: vel (vt
alij volunt) q̄ntum par boum vno die arat: que
due ſignificationes in idem recidūt. tantū eñ
fere ſolet vno die par boum arare q̄ntum dixi.

Epitome capitis. x.

¶ Adiectiua in tilis: ſilis ⁊ xilis ſi a paſſiuis ve
niunt p̄teriti paſſiui ſignificationē hn̄t: ſin ab
abſolutis p̄ntis. Que vero a locis in habitato/
res aut indigenas. vt ſaxatilis aquatilis. Sunt
tñ que re ita exigēte p̄ntis paſſiui ſignificatio/
nem obtinent. vt plicatilis criſta que plicatur.

¶ Addi pōt: aut plicari pōt: quō cōtra Vallam
mācinell⁹ exponit apartile dicēs. Apartile nō
qđ apertū dr: ſed qđ aperiꝛ vel aperiri pōt: vt
verſatilis axis qui verſaꝛ: plicatilis criſta q̄ pli
caꝛ vel plicari poteſt. Et hoc pacto ouidij illō
exponi debet. Sicuti etiā li. xiij. met. Tortilis.
Vltimaq; accipiat ꝙ tortilis vitia piſcis. Aliꝛ
aūt tortilis anſa dr. Donat⁹ futilis et futile de/
ductū vult a futili vaſe quo i ſacrificijs vteban/
tur: ſed et illud a futiēdo ſeu effundendo dictū
eſt: eo ꝙ ↄſtare nequeat depoſitum fundit

De adiectiuis in tilis ſilis ⁊ xilis. cap. x.

Omina q̄ exeunt in tilis vel in ſilis
vel in xilis: ſimillimā ſuis p̄ticipijs
vn̄ naſcunꝛ ſignificationē hn̄t. Vas
Fictilis fictile qđ fictū eſt a figulo nō quod
Coctilis. fingi pōt Coctiles lateres qui cocti ſūt: et non
Raſilis crudi. Raſiles calathi: quaſi raſi nihil ex tātis
ac redūdātis plenitudinis. Vir. eñ. Et torno ra
Penſilis. ſile buxū quaſi raſibile. Penſilis vua: pēſilis le
ctus: pēſiles lychni: pēſiles balnee: pēſiles hor
ti: ꝙ ſuſpenſi ſunt ⁊ in aere pendētes. Flexilis
ramus: flexiles vites ꝙ flexe ſunt ⁊ lapſu erra/
tico torquenꝛ: tortilis anſa ꝙ retorta ⁊ replica Flexilis.
ta eſt. Tornatile poculū: ꝙ tornatū eſt ⁊ torno Tortilis.
fectū Textilis veſtis: ꝙ de texta ē. Sutilis bal/ Tornatilis
teus ſutilis cymba: ꝙ cōſuta ē. Sculptile ſimu/ Textilis
lachrū: ꝙ ſculptū eſt. Altilis auis. altilis qua Sutilis
drupes. altilis piſcis. qui ſagina altus ſiue ali/ Sculptil.
tus eſt atq; ſaginatus. ſtructil. baſis. ſtructiles Structilis
colūne q̄ non ſunt ex vno lapide: ſed ex multis. Apertilis.
Apertile latus qđ apertū eſt: vt Ouidi⁹ de tri/ Altilis
ſtibus. Aſpicis a dextra latus hoc adaptile tau Tinctilis.
ri. Tinctile virus qđ tinctū ē: aut intinctū eſt
ſpiculo ſagitte: vt apud eundē ⁊ in eodē opere
Et tinctile virus. Tonſile buxetum: et tonſiles
oleas legimus: ꝙ tonſe ſunt ac in orbē et comā Tonſilis
putate Et hec noīa in participiū paſſiuū reſol
uunꝛ que paſſiuū habēt que vero paſſiuo carēt
in p̄ſentis participiū: qualia ſunt neutra vt aīa
volatilis: q̄ſi volās. ⁊ quidā volatilia volucres
vocāt. quia volāt: vt altilia aīalia q̄ alunꝛ: ſeſſi/ Volatilis.
les lactuce: quaſi ſedētes qđ licet a p̄ticipio nō Altilis.
veniat: tñ eiuſdē nature eſt. cū in ſignificatione Seſſilis.
ↄſentiat: ⁊ a ſupino naſcatur. Verſatilis quoq; Verſatilis
ſcena videꝛ ſignificare ꝙ verſaꝛ huc ⁊ illuc: nō Verſilis
ꝙ verſata eſt. ⁊ axis verſatilis. ꝙ verſatur. Qui Ductilis
dā aiunt verſilis ſcena ⁊ ductilis. verſilis quidē
ꝙ quū tota machinis quibuſdā conuertebatur
aliā picture faciē oſtenderet. Ductilis vero cū
tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picture Plicatilis.
nudabaꝛ interior. Plicatilis criſta vpupe q̄ pli
catur nō q̄ plicata eſt. ⁊ nauis plicatilis q̄ plica
tur cum facta eſt ex corijs. Fiſſilis arbor fiſſile
lignū. fiſſile robur. tū quaſi fiſſum cuneis: tū q̄ Fiſſilis.
finditur: quaſi fiſſibile: vt Plynius lib. xvi. Hec
marie fiſſilia: alia frangi celerior aꝙ̄ findi. Idē
paulo poſt. Nulliſq; fiſſile rimis hoc lignum id
eſt fiſſum. Solutilis etiā nauis dicꝛ: qualis na
uis in qua Agrippina a Nerone filio per inſi/ Solutilis.
dias poſita naufragiū fecit quaſi ſolubilis q̄ fa/ Agrippia.
cile ſolui poſſet. Ego vero malī ſolutilē dicere
ſolutā: et nō fideliter conſutā. Et ſectile portū Sectilis.
legimus non tam ſectibile (Quid eñ nō eſt ſe
ctibile) ꝙ ſectū et ſua ſpōte cōciſū. Nā cōciſū
⁊ ſectū introrſum videꝛ. Futilis vanus ⁊ inuti/ Futilis.
lis: vel a futio vnde effutio: vel a fuo futū vel per
apocopē ab alto ſupio: qđ ab alijs diuinari ma/
lo ꝙ̄ a me ꝑferri. Vmbratilis videꝛ conuenire
cū ceteris quaſi vmbratus: vt vita vmbratilis: Vmbratil.
⁊ res vmbrales id eſt vita vmbra ⁊ opaco mar/
ceſcens: ⁊ res per inuolucra. ⁊ inanitatē qualis
vmbra eſt. dicte vmbratiles appellāꝛ. Aquati/ Aquatilis.
lis a noīe vel a verbo: aīal in aqua degēs. Saxa Saxatilis.
tilis incola ſaxoꝝ. Piſcis fluuiatilis incola flu/ Fluuiatilis
uij: nō maris aliarū ve aquarū piſcis. Pluuiati Pluuiatilis
lis aqua vel a pluo: vel magis a pluuia.

Epitome capitis. xi.

¶ In būdus verbalia participij preſentis ver
boꝝ frequentatiuoꝝ ſignificationem [illegible]
caq; viſitatiſſima ſunt quoꝝ huiuſmo [illegible]
cipia inuentu rariſſima.

¶ In huius ſententiā it et neſtor totis pedibus
ↄ icēs. Noīa in bund⁹ ex ſilitudine etymolo [illegible]

trahere dixit. Scaurus antiquus grãmaticus Leuꝰ opinionẽ ſecutꝰ eſt Seruiꝰ [ſup quintum thebaidos. Et Priſcianꝰ vt vitabũdus ſilis ſit vitãti ꝓdabũdus ſilis predãti. furibũdꝰ ſilis furẽti. ridibũdꝰ ſilis ridẽti. populabũdus ſilis populãti. rubicũdus ꝓ rubibũdꝰ. teſte Priſciano ſilis rubẽti. At vero Caſſellius per ꝑticipiũ exponit in cõmẽtario lectionũ antiquarũ: ita ſcribẽs Ludibũdus: errabũdus. ridibũdus. idẽ eſt qđ ludẽs. errãs. ridẽs. Similiter quoq; expõit Marcellus has precipue dictiones: vt moribũdus dicatur moriens. errabundus errãs. deplorabundus deplorans. volutabundus volutans vitabundꝰ vitans In hanc etiã ſententiã ducit Gellius in noctibꝰ atticis: ⁊ lucidius his diſſertationibꝰ. Nã terminata in bundus vt ait vehemẽtiã ſignificẽt; qđ idẽ eſt ac ſi diceret idẽ ſignificãt qđ ⁊ ꝑticipia frequentatiuorũ: vt riſitans erritans: populitans. Lucretiꝰ libro ſexto. Verſabundus enĩ turbo deſcendit: ⁊ illaʒ deducit pariter lento cũ corpore nubẽ. id eſt verſans. Qđ et Pompeius exponit aptius. Ait enĩ in dictionibus a c littera incipientibus. Caſſibundus. i. crebro cadens. Vnde Neuius referente varrone li. primo de analogia ait: riſi egomet me caſſibundũ ire ebriũ hoc ẽ crebro cadentẽ interꝑte vt diximꝰ Põpeio. Hanc etiã opinioneʒ ſequit Laurẽtius li. i. Elegãtiarũ. Et Tortelius in cõmẽtarijs orthographie q pace ꝯtradicentiũ dixerim firmior ⁊ certior eſt. qđ etiã vno hoc exẽplo ꝓbamꝰ Salluſtiꝰ i iugurtha. Ipſe q̃ſi vitabũdꝰ ꝑ ſaltuoſa loca ⁊ tramites exercitũ ductare. hoc exẽpluʒ Seruiꝰ affert in teſtimoniũ ſui erroris qđ haud dubiũ nr̃e ſentẽtie magis confert q̃ ſue. Quid enĩ addidiſſet Salluſtius quaſi qđ ſilitudinẽ imaginẽq; ſignificat ſi vitabundus ꝑ ſe ſilitudinẽ ſignificaret: Quid qđ Priſcianus nr̃aʒ etiã ꝯtra ſeipſuʒ opinionẽ tenet: Nã vt diximus rubicũdꝰ inq̃t ꝓ rubibũdus ponit. Nunq̃d rubicũdꝰ rubẽti ſilis dr̃: an rubẽs: certe rubẽs. Vñ Vir. i culice ait. Et roſa purpureo creſcit rubicũda colere. Calphurnꝰ egloga iiij Et potꝰ glãdes rubicũdaq; collige corna Hec ille. Hanc epibolos dicit ductor ne quid erres

De adiectiuus in bundus. Cap. xi.

PRiſcianꝰ libro quarto inq̃t: in bũdus deſinẽtia ſilitudinẽ habere ſignificant: vt vitabũdus ſilis vitãti: ꝓdabũdꝰ ſilis ꝓdãti. moribũdꝰ ſilis moriẽti. errabũdus ſilis errãti. furibundus ſilis furenti. Et paulopoſt excipit alternitatiſ cauſa: rubicũdus qđ in penultima ſyllaba ꝓ b c habuit: ne ſit abſonũ ſi rubibũbꝰ dicamꝰ. Sed videamꝰ an Priſcianꝰ recte ſentiat: neq; a me primũ queſtio hec mouetur: ſed olĩ ab Au. Gellio. atq; ante hũc a Terentio Scauro Adriani tẽporibꝰ: vt idẽ A. G. ait grãmatico vl' nobiliſſimo cõtra Caſſelliũ in cõmẽtario lectionũ antiquarũ ita ſcribentẽ. Ludibũdus. errabũdus. ridibũdus. idẽ eſt qđ ludẽs errans ridens. Qđ Scaurus reprehendit dicens

Ludibũdꝰ. Errabũdꝰ. Ridibundus.

Ludibundũ eſſe q ludentẽ errabundũ: ridibundũq; qui errantẽ ridẽtẽq; agit ac ſimulat Hoc A. Gellius confutat atq; ita cũ Caſſellio ſentit vt nõ ſimulationẽ per hec noĩa: ſed econtrario vehemẽtiã ĩtelligi velit his quidẽ verbis. Sed qua ratione Scaurus adductus ſit: vt Caſſelliũ in eo reprehẽderit nõ hercule repiebamus. Nõ eſt enĩ quin hoc genere ipſo dũtaxat idẽ ſignificẽt quod ea demonſtrãt a quibus ꝓducũt Quid enĩ eſſet ludentẽ agere vel imitari: ⁊ paulopoſt cũ reꝑhenſionẽ aũt illaʒ Scauri notaremus: in memoriã nobis redijt: qđ Siſenna in. iiij. hiſtoriarũ eiuſdeʒ figure verbo ita vſus eſt. Populabũdus inquit agros ad oppidũ ꝑuenit qđ. ſ. ſigt: cũ agros popularet. nõ vt Scaurus i conſilibus verbis ait cũ populantẽ ageret: vel cum imitaret. Poterat tñ Aulus Gellius accõmodatuʒ magis etiã ꝓducere exempluʒ: quale apud Salluſtiuʒ in Iugurtino. Ipẽ quaſi vitabũdus per ſaltuoſa loca ⁊ tramites exercitũ ductare. Si huiuſmodi noĩa in bundus ſignificarent ſimilitudinẽ: quid ita adderet quaſi: qđ ſimilitudinẽ imaginẽq; ſignificat. Pergit idem Gellius dicẽs. Sed inquirẽtibus nobis quenã ratio et origo eſſet huiuſcemodi figure populabundꝰ et errabundus multorũq; aliorũ id genꝰ verboruʒ epibolos hercle. Apollinaris noſter ſibi videri particulã iſtã poſtremã. in quã verba talia exeunt. vim et copiã et quaſi abundantiam rei. cuius id verbũ eſſet demõſtrare vt letabundus is dicatur. qui abunde letus ſit. et errabundus qui longo atq; abundanti errore ſit. Ceteraq; omnia ex ea figura ita dici oſtendit. vt ꝓductio hec ⁊ extremitas largã et fluentem vim et copiã declararet. Hec Aulus Gellius a quo miror cur deſciuerit Priſcianꝰ. et vni Scauro potius q̃ his duobus tribuſue aſtipulet An quia grãmaticus Scaurus et priſciano ſimilitudine profeſſionis coniunctus: Caſſellius vero iuriſconſultus. et Aul. Gellius orator. Apollinariſq; philoſophus: Puto Seruiũ ſecutũ potius: q̃q̃ ab eo libẽter diſſentire ſolet. Ait enĩ ille tum alibi: tum decimo eneidos: moribunda morienti ſimilis qđ ita eſſe Salluſtius oſtendit qui ait quaſi vitabundus per tramites et ſaltuoſa loca exercitum ductare. Nullum exemplum Seruius magĩ cõtra ſe proferre potuit: vt modo oſtendi. Audi quam ſubiungit rationem. Nam Iugurtha non vitabat legatuʒ: ſed cũ vitare ſimulabat. Ita loquitur: quaſi expoſuerit vitabundum dici a ſimulatione: et non a ſimilitudine. Non ſimulabat vitationem legati: ſed timorem. Preterea ſi qua foret ſimilitudo: eo ſimilitudo atq; ſimulatio intelligitur per illud quaſi: non per illud vitabundus. Addit adhuc rationem. Naʒ quia nomen eſt: ideo ſignificat ſimilitudinem non paſſionem: ⁊ alia deinceps vbi nullum robur rationis ẽ: Sed preter rationes illorum ipſe quoq; Priſcianus impendens confeſſus eſt quod negabat. Quero enim nunquid homo rubicundꝰ [quod ille ſimile facit ceteris in bundus] ſimilis rubenti eſt: an vere ru

Populabũdus. Epibolos. Letabũdꝰ. Seruius. Vitabũdꝰ.

benſ: ꝑfecto vere rubens. Ergo idem erit rubicundus et rubens q̄ ſentētia Caſſellij eſt que ⁊ breuioꝛ eſt: nec minus foꝛtaſſe vera ꝙ illa ſiue Gellij ſiue Apollinaris. cuʒ frequentiſſime ſic accipiantur populabundus populans: errabūdus errās ſed nonnunꝗ̄ vt Gellius ait vehemētiam ſignificant: quam vt breuiter et ipſe complectar idem ſignificant quod participia frequentatiuoꝛum. Luſitans. riſitans. erritans. lectitans. populitans. ſi reperiremus: quod cum non ſit ad hec: vt reoꝛ in bundus terminata decurrimus.

Epitome capitis. xij.

In icus

¶ Uerbalia in icus. a facio. dico. et in quus a loquoꝛ et ſequoꝛ ſi qua ſunt a ſequoꝛ comparatiuum et ſuperlatiuum ab inuſitato verbali in ēs frequentius deducunt.

¶ Sepe eni abſolutū ſeu poſitiuū nomē in vſu eſt a quo cōparatiua et ſuplatiua rara: atq̄ ecōuerſo vt magnificꝰ in frequēti eſt vſu. magnificens in nullo. ⁊ tñ magnificētioꝛ ⁊ magnificentiſſimꝰ ſunt frequētiſſima: cū magnificioꝛ ⁊ magnificiſſimꝰ vix vſq̄ repiant. Siliter diues in frequētioꝛi eſt vſu: ꝙ dis adiectiuū ⁊ tñ ab eo ditioꝛ ⁊ ditiſſimꝰ i vſu ſunt: cū diuitioꝛ valde rarū ſed in heroidibus tñ lectū: diuitiſſimuʒ rariſſimū aut nullū ſit. Addamꝰ in icus noīa nō geminare ſyllabā. Nā ab amicus ſit amicioꝛ a ſpurcus ſpurcioꝛ: a pudicꝰ pudicioꝛ: ꝙuis dicat pudicitia. ſpurcitia: amicitia: q̄ a genitiuo interdū addit cia: vt auari auaricia: duri duricia ⁊c.

¶ De exeuntibus in icus: quomodo cōparatiuos ſuperlatiuoſq̄ faciant. Capit. xij.

Magnificus; Honorificꝰ

Magnificꝰ: honorificꝰ: munificꝰ nō ex ſe gignūt cōparatiuos ſuplatiuoſq̄ ſʒ ex alijs q̄ in vſu nō ſunt: at ne poſſunt quidē eē: magnificēs: honorificēs: mūificēs. Nō eni dicimꝰ magnificioꝛ: honorificioꝛ: munificioꝛ: ſʒ magnificētioꝛ: honorificētioꝛ: munificētioꝛ. Et in ſuperlatiuo magnificētiſſimꝰ. Mirificꝰ tñ etiā mirificiſſimꝰ facit vt Teren. at qui mirificiſſimuʒ: ⁊ Marcꝰ Cato teſte Priſciano ꝯtra termū: de Ptolemeo rege optio atq̄ beneficiſſimo. Et actiꝰ in. viij. didaſcalicon: ⁊ magnificiſſimo excellētiſſimoq̄ honoꝛe. Quia ergo a facio ſic cōpoſita ac terminata: hāc regulā ſequunt mirificus: beneficus: veneficus: maleficus: vulnificus: luctificus: pacificus: moꝛbificus: ſacrificus: et ſi qua ſunt alia que oīa accititiū cōparatiuū ſuperlatiuūq̄ habent: aliquando etiā ſuū. Sunt ne alia nomina eiuſdē nature: certe ſunt: ea que foꝛmantur a dico et a loquoꝛ: et ſi qua reperirētur a ſequoꝛ vt maledicus maledicentioꝛ: maledicentiſſimus: benedicus autem nō inueni quia nec benedico inuenitur: licet eo Priſcianus vtatur: et hoc tēpoꝛe vtamur moꝛe grecoꝛū quoꝛuʒ auctoꝛitate dedimus huic verbo accuſatiuū pꝛeter naturaʒ ſuam: cum poſtulet datiuum: ſicut maledico: qđ et ipſum nunc ad imitationē grecoꝛum habet: etiā aliqñ actm̄. De bn̄dico vnius vocis loquoꝛ

Mirificus

Benedico.

nō duarū: nā ⁊ tunc ⁊ aliud ſignificat: et aliter regit. Preterea fatidicus: veridicus: iuridicus. vero rarū verbū eſt: cauſidicus magis ſubſtantiuum. A loquoꝛ ſūt plura: a ſequoꝛ foꝛtaſſe nulla niſi pediſequus quod ſubſtātiuū eſt. Magniloquus: grandiloquus. altiloquus. vaniloquus doctiloquus: verſutiloquus. fatiloquus. faciūt comparatiua magniloquentioꝛ. grandiloquentioꝛ. ⁊ item cetera Suplatiua magniloquentiſſimus. grandiloquētiſſimus: et reliqua: ſed eoꝛum poſitiua poſſunt eſſe: tum participia maniloquens grandiloquens: pꝛeter vnū ſuauiloquens: quod neſcio an dici poſſit ſuauiloquus maledicens plane participiū eſt: ſed et maledicus dicimus qđ in fatidicus ⁊ veridicus non ſit neq̄ in illis ſupioꝛibus magnificens: honorificens: munificens: q̄ participia eſſe nō poſſunt cum hec fuerit futura vera vox: magnifaciens: honoꝛifaciens: munifaciens.

Magniloquus

Fatidicus

Epitome capitis. xiij.

¶ In eus ex materia mera aut ſolida quid factum. In aceus cōmixta: aut quid in ea natum In atꝰ incruſtatū aut tectū. In in itius aut materiā ſi a noīe: aut paſſionē ſi a verbo deducūtur ſignificant.

In eus. In aceus In atus In itius.

¶ Ut poꝛta ferrea ex ſollido ferro: ferracea ex ferro mixto: ferrata ferro icruſtata et munita ſeu tecta. Ager cretaceus in creta conſiſtēs: tectū lateritiū ex latere factū. domus conductitia conducta aut conducibilis.

¶ De exeūtibꝰ i Ceus: in eus: ⁊ i itius. Ca. xiij.

Finita in ceus pauca ſunt: materiāq̄ ſignificāt: vt herbaceꝰ: betaceus: maluaceus ex materia herbe: melue: bete: harūdinaceus: ferulaceus: roſaceꝰ: triticeꝰ: hoꝛdeaceus. teſtaceus. toſaceꝰ harenaceꝰ. cretaceꝰ. argillaceꝰ ex materia harūdinis. ferule. tritici. hoꝛdei. roſe. teſte. toſi. harene. crete. argille. hoc tñ differūt: ſi qđ differūt a materialibꝰ: ꝙ illa magis totū ſignificāt: hec partē. Ager eni cretaceus nō idē eſt qđ creteus nec harundinaceus ſurculus qđ harūdinea fiſtula. vnū eſt natum ⁊ poſitū in creta aut harūdine. alterū ex coꝛpe ac materia crete ⁊ harundinis factū. ⁊ panis triticeus hoꝛdeaceuſue nō ex ſolo tritico hoꝛdeo ve cōpoſitꝰ eſt: ſed ex aqua quoq̄ licet triticeus vtriuſq̄ harū: de qbꝰ loquoꝛ: foꝛmatū videri poſſit: ⁊ magis illius cuiꝰ ſunt creteꝰ harūdineꝰ: ⁊ ſimilia. Nā triticaceus facere deberet: niſi dicimus euphonie cauſa ſyllabā eſſe ſublatā: qđ mihi ita videt quia diſtincta eſt ſpecies eoꝛū que exeūt in ceꝰ et eoꝛū que exeunt in eus Huius generis eſt vinaceus: cum eſt adiectiuū: vt vinaceo grano legimus quendā ſuffocatū ꝓ acino vue: ⁊ vinacea ſubſtantiuū plurale pro granis vue iam pꝛeſſe. Dicimus tamen mons terrenus potius ꝙ terreus: aut terraceus. Sunt itē noīa finita in itiꝰ deſcendentia ab habentibus t in vltima ſyllabā: et ſi a nominibus quidē ſignificantia materiam. Si vero a ſupinis paſſionem quandam

In aceus Herbaceꝰ. Betaceus. et ſimilia.

In eus. Creteus. Harūdine.

Vinaceus. Vinacea

vt Cratitius:ſtramentitius:lateritius: cemen-
Cratitius. titius:pauimentitius. Item fictitius cōmenti-
Fictitius tius:pigneratitius:feneratitius: conductitius
Conducti-tius. aſcriptitius:deditius. Ratio ac fictitia ac cō
mentitia: que ficta et ad tempus commenta et
ex cogitata. Res pigneratitia aut feneratitia:
que data pignori aut ad fenꝰ pertinet. Domus
conductitia que conducta eſt:homo aſcriptitiꝰ
deditiusq;:qui ad aliquam rem aſcriptus eſt:
Aſcriptitiꝰ et qui ex numero eorum eſt qui ſe in alteriꝰ im-
perium dediderunt.

Epitome capitis.xiiij.

Cōparatiuū. ¶ Comparatiuū ſemper auget ſignificationē
abſoluti licet rem ſubiectā imminuat. Sepe ta
men pro abſoluto repertū eſt. Nec comparati-
ue poſitum duntaxat per magis eſt exponen-
dum:ſed etiā per alia aduerbia comparatiua ſi
cut ⁊ ſuperlatiuū per aduerbia ſuperlatiua. Ad
di pōt. Verūtamē virtute ſubaudiri ſepe minꝰ
per comparatiuū ꝙ per abſolutū importatur:
qd Donatū:Seruiū. Acronem.ceteroſq; grā-
maticos ſenſiſſe coniectura cōſequor.
¶ Verbigratia minꝰ excedit paruū ⁊ paucū in
ꝓuitate ⁊ paucitate:ſed quod minus eſt excedi
tur a paruo ⁊ pauco ī quātitate ⁊ numero. Pro
abſoluto aūt poni approbat ſic Mancinellus
Recte quidē meo iudicio expoſuiſti Laurenti
triſtior pro triſtis:⁊ſenior ꝓ valde ſenex. Nā ⁊
alio ī loco idē Virgiliꝰ iqt hoc heliniꝰ facit hoc
cui maturꝰ aceſtes. Et li.vj.de charōte ait. Iā
ſenior:ſed cruda deo viridiſq; ſenectus. vbi itē
ꝓ valde ſenex exponendū eſt:quod datur intel
ligi per vba illa. Sed cruda deo viridiſq; ſene-
ctus. Quāuis eīn valde ſenex charō eſſet. attn̄
crudus ⁊ viridis erat. Verum illud vlterius ad
demus ꝙ ſenior etiā pro magis ſenex accipit.
Seneca eīn epl'a ſeptuageſima quinta ita ſcri-
bit Quēadmodū ex duobꝰ ſapiētibus q̄ ſenior
deceſſit:non eſt beatior eo:cuꝰ int̄ pauciores
annos t̄minata eſt virtus: ¶ Virtute aūt ſubau
diri per comparatiuū minus ⁊ lenius quiddā
importari patet multorū teſtimonio qui homi
nē liberiorem ſeueriorēq; potius ꝙ liberum
ac ſeuerū dicunt:quaſi ſubaudiatur paulo aut
aliquanto ꝙ par ſit.

¶ De vi cōparatiui.de minꝰ.de magis.ca.xiiij.

COmparatiuū ꝓ minore vi acci
pi ꝙ ipſū poſitiuū habeat: ait
Priſcianꝰ vt Virgiliꝰ Triſtior
⁊ lachrymis oculos ſuffuſa ni-
Triſtior tētes. Triſtior eīn hic ex parte
triſtis accipit. Sepe ꝓ ſe poſi
Senior. tū ꝓ ipſo poſitiuo:vt comites ſenioris aceſte ꝓ
ſenis. In quorū vtroq; eſt cauſa cur aliqd nos
addamꝰ. Nā illud triſtior plane ꝓ triſtis:nō ꝓ
ex parte triſtis accipit:vt ait Quintilianꝰ. Vti
mur vulgo cōparatiuis ꝓ abſolutis: vt ſi qs ſe
infirmiorē appellās nō dicit ꝓ rinꝰ ꝙ infirmꝰ
Infirmior Et hic ſenior potiꝰ ꝙ valde ſenex ꝙ tm̄ ſenex:
vt idē Quītilianꝰ de Iſocrate. Cocq; iā ſeniore
[Octauū eīn ⁊ nonageſimū cōplenit annū] ꝑ-
cipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cepit

Et Ouid.de triſtibus. Soſpite ſic te ſit natus
quoq; ſaſpes.et olim. Imperiū regat hoc cum
ſeniore ſenex. Ideo cū Seruio nō ſentio dicē-
te ſcdm Varronē. Senior ⁊ iunior cōparatiua
ſūt ꝑ iminutionē Eſt eīn ſenior nō ſatis ſenex
iunior nō ſatis iuuenis intra iuuenes ſicut pau-
perior intra pauperē. Dixitꝰ aūt hoc Varro in
libris ad Ciceronē quā rē a Varrone tractatā
ꝯfirmat etiā Pliniꝰ. hec Seruiꝰ. ſi vo hoc Var
ro ⁊ Plyniꝰ ait:quis nō cernit ſibiipſi repugna
re rationē hāc. Eſt eīn natura cōparatiui ſupe-
rare in ea qualitate quā obtinet poſitiuꝰ. Que
ſuperatio quotiens incolumis eſt: non poſſis
tunc dicere factam eſſe imminutionem. Pona-
mus exemplum huic rei ſimillimū. Antiquior
te ego ſum.id eſt maior te natu ſum. Item ado-
leſcentior te ſum.id eſt minor te natu ſum:ita iu
nior te ſum.id eſt minoris etatis ꝙ tu:videlicet
ſupero te paruitate etatis. Quem in modum ac
cipitur illo in loco ſeruij. Ergo non per īminu-
tionem ſed proprie. Quare vt in iunior fallitur:
ita in ſenior falli dicēdus eſt:que tamen omnia
[vt ſentio] pro poſitiuo accipi ſolēt. Quemad- Ocyus.
modum ocyus pro ocyter: minus pro non ſem- Minus
per fere accipit. frequētiſſime tn̄ iunctū aut cū Secius
ſin aut cum quo pro vt : ſin minus.i.ſi non. quo
minus vt nō. ſicut quo ſecius etiam pro vt non.
Quia de hoc cōparatiuo minus feci mētionem
aliqd etiā de ipſo dicam. placet aūt mihi nō mō
a paruū venire:ſed etiā a parū vt parū pecunie
habeo:nō aūt paruum pecunie: ergo minus pe
cunie ad parū pecunie:potius ꝙ ad paruū pecu
nie videt referri. Addā aliquid econtrario de
magis. Ait idē Priſcianus:oīa cōparatiua mit
tere aduerbia ſimilia neutro generi. Atqui ma Magis
gis nō in us exit more aliorū:ſed in is qd cōpa-
ratiuum eſſe et vis ipſa huius vocis indicat: et
multo poſt neſcio quo fatet hic author. ꝑtereo
ꝙ a maius nullū aliud aduerbiū eſt:et aliqd eſ-
ſe debet. Dicimus eīn iuſtius queror. meliꝰ ſcri
bo:peius canto:plus gaudeo:minus doleo:ma
ius gaudeo non dicimus:ſed magis quod a ma
gnum poſitiuo comparatiuum eſſe vel hinc pa
lam eſt:ꝙ oēs ſic loquimur. magis poterat Pō
peius ꝙ Ceſar ſed poſtea maxime potuit oīm
Auguſtus Ceſar. Ex quo apparet eiuſdē poſi-
tiui qd eſt magnū cōparatiuū eſſe magis cuius
ſuperlatiuum eſt maxime: mutata n in g.et ap-
poſita i. Quod cum ita ſit cur per magis ⁊ poſi
tiuum reſolui comparatiuū Priſcianus voluit
tacens de ceteris que eundem vſum preſtant. Cōparati-
Fortior plus fortis: vehemētius fortis:validiꝰ ui reſolutio
fortis et qui ſunt eiuſmodi:opinor ꝙ non puta
bat hoc eſſe comparatiuum: vt qd a voce com-
paratiui receſſerat aut ſi putabat:abſurdum vi
debatur comparatiuū per comparatiuū reſol-
ui cum poſitiuo. Cum preſertim ipſum magis
more aliorum comparatiuorū reſoluendū ſit:
quod ſi fieri nequit : nec alia quidem poterunt
Quale eſt:ſi dicam quod eſt iſtorum maius edi
ficium:aut qd validius:abſurdum [vt dixi] qui
buſdā videri poſſit:ſi reſoluat magis magnum

Superlatiui reſolutõ

et validius validum. Adde ꝙ ſicut reſoluit cõparatiuũ per magis: debuit reſoluere ſuperlatiuum per maxime: vt fortiſſimus grecorum Achiles: maxime fortis grecorum. non autem ſuper omnes grecos fortis. Naʒ hoc modo ſupra ſe fortis erit quod fieri nequit. Iteʒ ſine apposito fortiſſimus Hercules non dicitur commode valde fortis ſed validiſſime .i. maxime fortis. Nam quid abſurdius ꝙ cũ exponamus cõparatiuũ per comparatiuũ: exponere ſuperlatiuum per poſitiuum.

Epitome capitis .xv.

¶ Comparatiuum tam nomen ꝙ aduerbium partitiue tentum vt pote dum genitiuum regit aut caſum prepoſitionis in genitiuum reſolubilem: locum habet duntaxat inter duo aut ſingula aut bifariam diuiſa. Superlatiuum autẽ duntaxat inter plura duobus: vt pote non citra tertium numerum ⁊ vtrunqʒ inter ea que eiuſdeʒ ſunt generis ſeu nature .ita vt ſalua ſententia genitiuus poſſit adiectiuo conformari etiam in caſu ⁊ numero. Uerum comparatiuum comparatiue tentum: vt pote dum ablatiuuʒ rei exceſſe aut regit aut regere congrue poteſt tã inter duo ꝙ plura. et tam ea que eiuſdem ſunt nature ꝙ que diuerſe locari poteſt. ſi tamen ſententia conſtare poterit. Interrogando auteʒ ⁊ indiffinite loquendo damus comparatiuo vter ⁊ vtrum ſuperlatiuo quis et quid.

¶ Conueniunt ergo cõparatiuum partitiue tẽtum et ſuperlatiuum in duobus: quia vtrũqʒ regere poteſt genitiuum et vult dũtaxat poni inter ea que ſunt eiuſdem nature. Differunt autẽ in vno: ꝙ cõparatiuum inter duo aut in duas ꝑtes diuiſa locum habet. ſuperlatiuum econtrario tantum inter plura duobus. Exemplum de duobus vt manuum dextra fortior eſt. Aiacbuʒ thelamonius. De duabus partibus: vt romanorum maior pars melioreʒ vicit. Exemplum de pluribus: vt digitorum medius longiſſimus. Grecorum achilles fortiſſimus. In his autem tribus vtrũqʒ differt a cõparatiuo cõparatiue tento. Primo quia illud ablatiuuʒ regit: hec genitiuum regunt. Secundo quia illud tam inter duo ꝙ inter plura et econuerſo. Hec duntaxat inter ſua poni volunt. Tertio quia illud tam inter ea que diuerſe ꝙ inter ea que eiuſdem ſunt nature locari poteſt: ſic tamen vt ſubaudiatur reliquis aut ceteris: hec tantum inter ea que eiuſdem. dixi ſic tamen ⁊c. quia dum dixit. Statius. et melior ſis queſo deis: ſubaudit ceteris. Et vale. maximus dicens. omni ciue maior ſubaudit reliquo: alioqui ſententia non conſtaret. Nam vt author noſter in Pogium Annotauit inepte dixit ille Ariſtoteles dixit Democratiam omnibus peioreʒ: quia ipſe [inquit] dixiſſem omnium peſſimam non peioreʒ: ſicut hic homo eſt omnium peſſimus: non omnibus peior: ne ſeipſo peior eſſe dicaſ: et ſuperlatiuũ ad ea que ſunt eiuſdem generis cõparetur. Comparatiuum vero ad diuerſi ⁊c. Dum vero de diuerſis loquimur nõ eſt op⁹ ſubaudito: vt prior aliis: preſtantior ſuperioribus et venturis perſis. Importunior ſuperioribus. Peior aliis: et in cõſimilibus locutionibus. Similiter vbi nõ eſt ablatiuus ſed caſus reſolubilis in ablatiuuʒ vt prior ante hos. non reſoluam. id eſt prior horum. Sed his. Similiter enei. primo. ſcelere ante alios immanior omnis. Quos inter medi⁹ venit furor. id eſt immanior aliis omnibus nõ aliorum omnium. Quando auteʒ dico inter romanos maior pars meliorem vicit: reſolui licet in genitiuum romanoruʒ. Et inter man⁹ meas aut e manibus meis meliorem amiſi. reſoluam manuum mearum ⁊c. Tunc auteʒ ſciuntur eſſe eiuſdem nature quando genitiuus nõ collectiuus conformari poteſt. vere ⁊ congrue cuʒ gradu. vnde non recte dicam achilles erat fortiſſimus troianoruʒ. quia non erat fortiſſimus troianus. Neqʒ dicam erat fortiſſimus ſuorum ſociorum quia non erat ſuus ſocius. Nec maia eſt fortiſſima ſuarum ſororum: quia non eſt ſua ſoror. In collectiuis autem non ita. Nã optim⁹ plebis aut populi non eſt optima plebs aut populus: ſed ĩ plebe aut populo ⁊c. Nihil ergo facit in authorem noſtrum Mãcinelli lima: cui⁹ iſtic obtuſiores ſunt dẽtes ꝙ vt quicꝙ abradãt. Sunt autem huiuſmodi Priſcianus .libro. iii. ſic ait. Fit autem comparatio ad vnum vel ad plures tam ſui generis ꝙ alieni. Quãuis greci honoris cauſa ſue gentis magis ꝙ ratione veritatis: dicant non poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem ⁊c. Itaqʒ Priſcianum recte docuiſſe comparationem apud latinos fieri ad vnum vel ad plures taʒ ſui generis ꝙ alieni: authoritate oſtendam. Statius enim libro. viii. inquit. Sed pectora flectas. Et melior ſis queſo deis. Uerba ſunt amphiarai ad plutonẽ Ualerius item maximus libro quarto capitulo xiii. Idem ſenſit Fabricius licinius honoribus et authoritate omni ciue temporibus ſuis maior. Et libro. vi. cap. ii. Tertium te importuniorem ſuperioribus habere cepimus rectorem. Ipſe quoqʒ Laurentius Uallenſis libro. vii. herodoti ita ſcripſit. Poſt quaʒ Mardonius. Domine inquit. Tu vero non modo ſuperioribus perſis: ſed etiam venturis es preſtantior. Hec ille. Idem reprehendit ꝙ dixit nullam litteraʒ noui teſtamenti eſſe latinaʒ ſic. Secus eſſe alibi ipſemet fateris lib. iii. ca. xxii. dicens. Unde interpres noſter transferens maluit latine ꝙ grammatice loqui. Parcius igitur agendũ erat ⁊c. Uerum diceret ſe dicere nullam eſſe latinaʒ ſic. vt nihil contineat barbariei: ita vt per eam poſſit latinitas confirmari: ꝙuis nulla ſit tam barbara que non multa dicat latine. De prior autem dicit ſic. Prior non ſolum ad vnum refertur ſed etiã ad plures. Nam Aulus Gellius li. xiiii. cap. vii. refert. Uarronem in litteris quas ad oppianum dedit ſcripſiſſe ita. Quotienſcũqʒ euenit vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Rome eſſent qui corũ prior aliis eſſet ei potiſſimum ſenatus conſulendi ius fuiſſe. Saluſtius item in Iugurtha ſcribit Micipſã

Lima.

maſiniſſe iugurthe Manaſtabilis fratris ſui filio ita dixiſſe. Ceterum ante hos te iugurtha quia etate et ſapientia priores: ne aliter quid eueniat prouidere decet ⁊c. Ante hos autẽ intelligit Adherbalẽ ⁊ hiemſalem filios ſuos micipſa. Apuleius quoqꝫ lib. ij. florum ait Ut hippias e nũero ſophiſtarũ eſt artiuꝫ multitudine prior oĩbus: eloquentia nulli ſecũdus. Hec ille Ubi Apuleium inepte locutuꝫ: quis non videt: niſi ſubaudiat [quod tamẽ duruꝫ eſt] reliquis aut ceteris: Querunt multi quomodo greci cõſulant honori ſue gentis non faciendo comparationem ad multos ſui generis ſed ſuperlationem. Nempe ꝙ plus eſſe in ſuperlatiuo Priſcianus putat q̃ in comparatiuo. Itaqꝫ honeſtiꝰ dici: achillem fortiſſimuꝫ grecoruꝫ q̃ fortiorem grecis ſubaudi ceteris. Nam etiam ſecundum doctrinam Ualle vt fortiſſimus ſit grecorũ: neceſſe eſt tris gradus fortitudinis eſſe inter grecos vt vero fortior ſit reliquis grecis: ſatis eſt duos eſſe: vt pote ſi ceteri oẽs in vno ſint gradu fortes: ⁊ achilles illis fortior in altero. Sed cũ obſcura ſit h̃ ratio Priſciano declarãda fuit.

¶ Comparatiuum ad vnum: ſuperlatiuum plura Capitulo. xv.

Inter comparatiuum ⁊ ſuperlatiuum differentia.

Inter cõparatiuũ et ſuperlatiuuꝫ ea in primis q̃ apud grecos differentia eſt: ꝙ comparatiuũ refert ad vnũ. Superlatiuũ ad plura: qđ repꝛhendit Priſcianus inquiens. fit aũt cõparatio vel ad vnũ vel ad plures tã ſui generis q̃ alieni: q̃uis greci honoris cauſa ſue gentis magis q̃ ratione veritatis dicãt nõ poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem Alij dicunt hanc rationem eſſe: propter quam nõ vtuntur tali cõparatione ꝙ cũ ad plures ſui generis fit comparatio ſuplatiuo poſſumꝰ vti: vt fortiſſimus grecorũ Achilles. Sed ſuperlatiuus multos alios excellere ſignificat. Cõparatiuus vero poteſt et paruo ſuperantẽ demõſtrare. vnde etiã diminutionẽ iure accepit apđ nos maiuſculus: minuſculus. Hec Priſcianus. a quo tã pro grecis q̃ pro latinis diſſentio. Nã quero a Priſciano quo nam modo greci diſtinguerent ſenſum comparatiui a ſenſu ſuperlatiui: cum ipſi cõparatiuo quoqꝫ genitiuum tribuant niſi hac ratione: vt hoc ad vnum illud referatur ad plura: Loquor quotiens comparatio fit ad eos qui ſunt eiuſdẽ generis Nam ad eos qui ſunt alieni neceſſario quoqꝫ vtuntur genitiuo per comparatiuum: cum ablatiuo careant. Cum dico comparationem more Priſciani taꝫ ſuperlatiui q̃ comparatiui intelligi volo. At q̃ apud latinos iſta ambiguitas non eſt: quia cõparatiuo ablatiuum tribuimus. De hoc paulo poſt reſpondebo. Tamen tanti momenti eſt illa grecorum ratio: vt eam latini ad formam grece conſtructionis imitati ſint. hoc eſt vt cuꝫ genitiuo iungerent comparatiuũ vtiqꝫ inter duo Nam ſuperlatiuum non dubium eſt habere locum inter plura: vt Aiacuꝫ fortior fuit Telamonius: et manuũ melior eſt dextra. Si vero tres aiaces fuiſſent diceremus non fortior ſed fortiſſimus: ſicut digitorum longiſſimus eſt. non longior: medius. Horatius. O maior iuuenuꝫ inq̃t Ad duos enim Piſones filios patrem ꝙ ſcribebat.

In arte poetica

Ouidiꝰ in perſona medee: que duos filios habuit. Cum minor e pueris iuſſus ſtudioqꝫ videndi. Conſtitit ad gemine limina prima foris Et Ceſar ſiue alius pro ceſare in commẽtario x. in teſtamento Ptolomei patris. Heredes erant ſcripti ex duobus filijs maior et ea que etate antecedebat. Ideo maior Aiax et minor: ille Telamonius. hic Oilei filius. Maior ⁊ minor atrides ille agamemnon: hic Menelaus. maior Cato ⁊ minor. Maior et minor Scipio de duobus aphricanis. Maior Cyrus ⁊ minor ſiue ſuperior et poſterior. nam tempus ſignificamus: non dignitatem maiorem minorem ve. De malis tamen non maior et minor dicimus: vt Dionyſius ſuperior et Dyoniſius inferior.

Maior ⁊ Minor.

Qui numerus cum ſuperat: non per comparatiuum ſed per poſitiuum aut per ſuperlatiuum loquimur: vt magnus Alexander magnus Põpeius. Fabius maximus Ualerius maximꝰ Et hec eſt grecorum ratio in quaꝫ nobis conuenit cum illis: ꝙ ad vnum ſui generis vtendum eſt comparatiuo: ad plures ſuperlatiuo. Ideoqꝫ curioſiſſimus in loquendo: et reconditiſſime ſcientie Macrobius in ſaturnalibus mihi non probatur vbi dixit. Age Serui non ſolum adoleſcentium qui tibi equeui ſunt: ſed ſenum quoqꝫ omnium doctiſſimus. non enim eſt eiuſdem generis adoleſcens cum ſenibus: non aliter q̃ ſi dicam ego ſum doctiſſimus Romanorum et Carthaginenſium. Nam ſi romanus ſũ tollendum eſt Carthaginenſium: ſi Carthaginenſis. tollendum eſt romanorum ſi neutrum: vtrumqꝫ male iungitur. Et Priſcianus in primo. omnium eſt breuiſſimum eorum que diuidi poſſunt: id quod diuidi non poteſt: non aliter q̃ ſi dicas. hec eſt pulcherrima ſuarum ſororuꝫ cum ſit dicendum hec eſt pulcherrima ſororuꝫ. Nam ſororũ ipſa vna eſt: ſuarum non eſt. Quid autem ad plures generis diuerſi: Nempe nos qui ſextum caſum habemus ſimillimuꝫ genitiuo hunc adhibemꝰ: vt achilles troianis fortior fuit: et ego ſum doctiſſimus romanorũ: et tu doctiores ſenibus: iuuenũ lõge doctiſſimus. Greci eodem genitiuo vtunt: vt ſic hec differẽtia ſuperlatiui ad plura ſui generis Comparatiui ad plura diuerſi generis comparari: qđ Priſcianꝰ reprehendit nolens illaꝫ differentiã inter hos gradus eſſe: ſed hanc ꝙ ſuperlatiuus multũ cõparatiuus parũ excellere ſignificat. Que ratio preter q̃ ꝙ nõ ſatis defendit opinionẽ grecorũ atqꝫ adeo vſum latinorũ etiã falſa eſt: neqꝫ enĩ [vt ipſe vult] quia cõparatiuus diminutioneꝫ accipit: ideo parũ ſignificat ⁊ non potius multum. quia diminui poteſt. preſertim cum dicat cõparatiuũ aliquando tranſcẽdere ſuperlatiuũ vt Achilles fortiſſimo troianoruꝫ Hectore fortior fuit. Sed ego hoc nõ laboro ꝙ cõparatiuũ modo tranſcendat: modo minuat: que res non

Comparatiuum excedit ſuperlatiuuꝫ

mutat naturā cōparatiui. Aliud aīaduertendū eſt quo ſolo ipſi gradus cōparationis pōderātur: ꝙ comparatio vnū gradū obtinet ſiue primum. ſuperlatio vero plures ſiue vltimum. At q₃ vt ego ſentio. non ad ſingulas res ſed ad gradus quoſdā referenda ſit. Nā vbi fuerint multa eiuſdem generis: nō tamen cadat ſuperlatio vno eminente ceteris paribus: vt ſi inter plura vaſcula: aut plura nauigia ad vnā magnitudinem facta aliquod ſit longe capacius: et grandius. nō recte dicas. hoc eſt omniū maximum: neceſſe eſt eñ vbi ſuperlatio eſt: ibi ſit cōparatio. et vt aliquod ſit maius aliquo: et item alterum maius hoc quod erit iam maximū omniū vt in troianis aliqui fortes: et his alij fortiores atq₃ his alij adhuc qui vocantur fortiſſimi. Ita q₃ nunꝗ citra tertium numerū ſit ſuperlatio

Suplatio nō ſit citra tertium numerum.

At priſciano videt̄ ſi cetera paria nauigia aliquod paulo antecederet dicendum maius ceteris ſi multo maximū omnium. Quid ergo ſi inter hec ipſa paria vnū vtcūq₃ emineat: eiuſdem tamen generis nō diuerſi: quomodo dicendum erit. Cōparatiuū nō refertur ad ea ꝗ plura ſūt eiuſdem generis ⁊ ſuperlatiuū nō habet locum inter paria. Malī ergo dicere per cōparatiuū ſed in ablatiuo: vt maior ceteris. Nā inter duo vt dixi: damus genitiuū. Quidā dant etiam genitiuū. vbi plura duobus ſunt: ſed tantūmodo eccleſiaſtici. preſertī imitati grecos authores vnde interpretant̄. Nulla eñ littera eſt latina noui teſtamenti. Dicunt ergo maior diſcipulorum: minor fratrum ſiue quia ceteri pares ſint Vnus aūt excellat: aut excellatur: ſiue ꝙ nō magni fecerunt hanc differentiā ſuperlatiui et cōparatiui. et altero pro altero. hoc eſt comparatiuo pro ſuperlatiuo vtentes: vt ex illo loco datur intelligi: qui vult inter vos maior eſſe ſit veſter miniſter. Cur nō dixit maximus minimuſq₃: aut maior minorq₃: niſi ꝙ pro maximus poſuit maior. in quo grecos ſecuti ſumus. In illo aūt licet huc parum pertineat grecū nō ſequimur Nunc manet fides ſpes charitas tria hec maior horū eſt charitas. Cur nō aut maior harum. aut maius horū. Greci genitiuū hunc in oibus generibus vnum habēt. qui eſt auton. Veruntamē potuiſſent latinius dici maximū: niſi grecos imitari maluiſſent: grecos inquā vnde traduxerunt. nō aūt veteres illos: ex quibus grammatica confirmat̄. Nam vt charitas eſt maior ceteris ita ceterarū duarū [vt opinor] altera alterā ſuperat: raroq₃ reperit̄ numerus triū. vbi nō potius ſuperlatio cadat: ꝗ tres diuerſas exigit quātitates ꝙ cōparatio. Adeo greci contenti fuerunt dicere cōparationē ad vnum: ſuperlationē ad plura: quaſi oīa inter ſe aliud ab alio diſtantia. Quin ipſe Priſcian⁹ ꝙ ꝙ diſſentit: tamen paulopoſt quaſi imprudens quod negauerat confeſſus eſt: prior referri ad vnū: primus ad plura: quod antea Diomedes Donatus ⁊ Seruius dixerant: ideoq₃ iungi ablatiuo more comparatiuorum: hoc autem genitiuo more ſuperlatiuorum. Que nō ſignificant

Nulla ē latina ſubaudi mere. ita vt nihil barbari contineat.

Prior et Primus

melior et optimus: queadmodum ipſe vult ſicut nec potiſſimū ꝓ optimū in phor. apō Terentiū Vbi dubites quid ſumas potiſſimū ſed in his omnib⁹ principalior: principaliſſimus et principaliſſimū. Quod cum ita ſit in ſumma colligam et breuiter dicam: vt a principio inſtitui. comparatiuū inter duo eſſe: ſuperlatiuū inter plura ſi modo tria ſunt imparia: veluti ſi in duas partes diuiſa ciuitas eſt: vt bello ciuili Pōpeij ⁊ Ceſaris recte dicas: maior pars qui ritū ſequebatur Pompeium. minor Ceſarem. non autem maxima aut minima: niſi accipias pro valde magna maximam: et pro valde parua minimam: ſin in tres partes: vt in tempore triūuirali dicendum erit maxima pars quiritum ſequebatur Octauium: maxima pars legionum erat cum Lepido. maxima pars nauium erat cum Antonio: non maior. In quorum vtroq₃ ne quis putet neminem hec ignorare peccauit Lactantius vir latinus plane et facundus: qui in ſecundo libro inſtitutionum inquit. Ut poſſis dubitare quos dicat potiſſimum ſtultiores: illos ne qui falſā religionem ſuſcipiunt: an qui nullam. Et in ſeptimo. Ut ea ipſa que dicerem non noſtris: ſed aliorū potiſſimum litteris cōfirmarem: potiſſimū dixit pro potius. Due eñ partes erant non multe: vt apud Quintilianū. Hoc loco querā neceſſe eſt: que ratio fuerit vt iuuenis ad parricidiū ſuo potius gladio vteretur. Tametſi non abſurde hic potiſſimum dici poſſet: quaſi ſuo ex oibus potiſſimus. Et in illo Lactantij quoq₃ ſi tale forēt noſtris potiſſimū quaſi ex oibus potiſſimum: eruntq₃ multe partes: et totidē quot ſunt genera litterarū: vel nō aliorū ſed noſtris potius erunt due partes: hic noſtre littere. illinc aliene. idem Lactantius in primo. Oēs ſybille vnum deum predicant: maxime tamen Eritbrea: que celebrior ⁊ nobilior inter ceteras habet̄. Celeberrima et nobiliſſima dicendum erat. Cicero aūt quodam loco id quod dico apertiſſime oſtendit cū ait in piſonē Mecum queſtorem in primis edilē priorē pretorē primū cunctis ſuffragijs popul⁹ Rom. faciebat. Aedilem priorem dixit: quia duo tantū erant ediles ſicut duo cenſores ⁊ duo conſules. Ceteri aūt fere oēs magiſtratus multi. vt ꝑtor: queſtorq₃: inter quos ſe creatū dixit aut primū aut inter primos. Cuius rei ſi quis fidem deſideret: bini ſemꝑ ediles nominant̄ a Terentio. ipſe Cicero ꝓ milone inq̄t Septē ꝑtores: octo tribuni plebis: illi⁹ aduerſarij defenſores mei. Nā queſtores pene ſinguli ſingulis prouincijs preficiebātur. Exemplo Lactantij admoneor: vt dicā illas ꝑpoſitiones inter: et ex tam comparatiuo ꝙ ſuperlatiuo poſſe dari vt conſtat ſuperioribus ꝗ retuli exemplis. ⁊ Quintiliani in gladiatore. Qui inter nos [vt apparet] fortior fuit ⁊ in geminis languentibus. Dij prohibeant vt ex duobus filijs vtilior incipiat eſſe periturus. De ſuperlatiuo ipſo paulo ante pretuli exemplū. Celeberrima inter oēs ⁊ nobiliſſima habetur: ꝗ ſi pares preter vnā fuiſſent vtendum

Latinus Lactanti⁹.

Aediles Cenſores, Conſules, Pretores

putatem comparatiuo: vt fecit Lactātius. Solemus quoq; interrogando et dubitando dare vtrum comparatiuo: quid autē ſuperlatiuo: vt idem Quint. Ita non tantū vtrum ſit melius ſed quid optimū queritur. Iterum et duobus vter dignior: ex pluribus: quis digniſſimus. et Cicero cum querere videretur orator vtrū potius aut quid potiſſimum dicamus: tamen aliquando damus quid etiam comparatiuo. Sed ego ad altiora ducente ſtilo tranſeo. et ad ea q̄ oratorum magis ſunt q̄ grammaticorum: et magis latine eleganterq; loqui volentium q̄ eorū qui ad notam grammatice periti eſſe contenti ſunt: quare ſeparemus ea que de hac re ſuperſunt dicenda: et eis ſuum locum aſſignemus q̄ et ſi poſſent poſterius tractari: tamen quia ad materiam graduum pertinēt: in hoc potiſſimū loco exequamur rem dignam auribus ſtudioſorum de exactiſſima antiquorum latinitate et elegātia Mar. Tul. Ciceroni. M. Fabio Quintiliano precipue obſeruata duobus luminibus atq; oculis tum ſapientie. tum vero eloquentie latine.

Utrum. Quid. Uter Quid

Lumina atq; oculi eloquentie latine.

Epitome capitis. xvj.

¶ Quiſq; frequenter et eleganter ſuperlatiuo tam diuerſi q̄ eiuſdem caſus ponitur rarius et minus eleganter cum comparatiuo: neq; pulchre cum poſitiuo: niſi ſuperlatiuus in vſu non ſit. Ponitur tamen decenter cū numeralibus ordinis. Item cum vnum per compoſitionem: cum ſingularis: cū quotus pro quot. Caret aūt cum adiectiuo genitiuo plurali: pro quo ſingularem vſurpamus. Omnis vero eleganter cum poſitiuo et interdum cū comparatiuo: raro admodum cum ſuperlatiuo ponitur.

¶ Exempla ſunt. Optimus quiſq; chriſtianus ſeptimo quoq; die rem diuinam audit. Omnis autem religioſus omni ſolenniori die confitetur prius q̄ rem diuinā faciat. Strennuus vero quiſq; miles priuſq̄ arma tractet. dixi rariꝰ et non pulchre: quia non eſt negandum quin ſecus fiat aliquando. Unde dicit author. Maluiſſē ego dicere omnia placidiora. q. d. Scio quidem aliter quoq; dici: ſed minus eleganter vnde de vnuſquiſq; dicit q̄ non facile patitur ſuplatiuum ⁊c. parum igitur faciunt Mancinelli anno tamenta cum aſſumat eadem exempla q̄ author approbat. Nam in ſequenti capite fatetur quiſq; cum eo et quo etiā comparatiuo iunctum. Mancinelli autem verba ſunt. Boni quiq; et ſapientes quiq; latine non barbare dicit. Apuleius enim in prima oratione inquit. Nā q; peccatū ſemel vt bonus quiſq; ſollicitus cauet ita ⁊c. Tranquillus de othone. ferebatur ⁊ vagari noctibus ſolitus atq; inualidū quemq; obuiorum vel potulentum corripere. ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus li. xij. Trepidatione vulgi inualidus quiſq; obtritus. Item p̄terea probatur quiſq; comparatiuo iungi ſic Uegetiū et Lactantiū recte ſcripſiſſe Quinti. oſtendit. nam lib. ij. ca. iij. inquit Erit eo obſcurior: quo quiſq; deterior. ſic ille. Quibus oſtendit ſe mentem vallen. accipere. Nam vult quiſq; nō cohērere principaliter cōparatiuo: ſed tunc quando eſt particula que cōparatiuo conſentit: vt eo vel quo: ſicut in ſequēti ca. dicit quintilianꝰ. Quo quiſq; ingenio minus valet: hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur. Modo ergo dicef quiſq; melior aut melior quiſq; hoc facit: ſ; quo quiſq; melior eſt: eo diligentius deo ſeruit: quia ordo eſt. quiſq; ſeruit eo diligentius deo quo melior eſt Preterea cum mancinellus probat vnuſquiſq; ſuperlatiuo iungi dicens. Unuſquiſq; optimus dici quoq; recte oſtendit Ualerius maximus li. iiij. ca. iij. de fabricio ſic dicēs. Cēſu par vnicuiq; pauperrimo. videtur ſubaudiri etiam. vt ſit vnicuiq; etiam pauperrimo: ſed vt notum eſt vnū exemplum non facit regulam. Ualla etiam abunde hec purgat in Raudenſem fo. vij. vt impreſſimus.

De quiſq; cum ſuplatiuo. de oīs cū poſitiuo. et aliq̄n cum cōparatiuo. Cap. xvi.

Quiſq; omnes

Bitur ſuperlatiuus aſciſcit ſibi quiſq; relinquit. autē omnis vel cunctus poſitiuo: vt optimꝰ quiſq; pro eo quod eſt vnuſquiſq; qui eſt bonus ac ſapiens: vel omnes boni ⁊ oēs ſapiētes. Nō eñ liceret dicere boni q̄q; ⁊ ſapiētes q̄q;: nec oēs optimi: et cūcti ſapientiſſimi. nō recte ergo Priſci. in proemio: omnium iudicio comprobatur eruditiſſimorum. Idem intelligo ſi ſuperlatiuus in alio caſu ponatur q̄ illud quiſq;: ſic maximo quiſq; aīo diuitias deſpicit. Ualentiſſimi quiſq; corporis longe abeſt a ſapientia. At vero cōparatiuis non quiſq; conuenit ſed omnis. Uegetius tamen non prepolitus ſane ſcriptor: inquit. Honeſtiores quiq; milites: pro honeſtiſſimi quiq;. Et Lactantiꝰ de opificio. nam ſi ita eſſet placidiora queq; animalia vel nihil fellis omnino vel minus haberent q̄ fere. Maluiſſē ego dicere omnia placidiora animalia. Quin. in agro redempto. Rus: ſeruulos: penates: et omnia vtiliora properanti feſtinatione parēti addixit. Ex poſitiuis autem illa excipiuntur q̄ carent ſuperlatiuo qualia ſunt que habēt i vel u ante us: vt pius ſtrennuus: que nonnunq̄ patiuntur ſuperlatiuum: ideoq; vtranq; rationē ſequuntur: omnis pius et pius quiſq;. Saluſt. in Iugurthino. Nam ſtrennuus quiſq; aut occiderat in prelio: aut grauiter vulneratus diſceſſerat. Ipſe mallē dicere ſtrennuiſſimus quiſq; piiſſimus quiſq;. Quidam tamen Saluſtiani codices ſcriptum habent ſtrennuiſſimus. Carent etiam ſuperlatiuo illa: numeralia ſecūdus tertius: quartus: quintus et deinceps. Nā primus etiam cum numerum ſignificat ſuperlatiuum eſt. et vltimus. Dicimus itaq; primo quoq; tempore: primo quoq; die. Quod imperitiores putant eſſe cōiunctionem quoq;: que habē priorem breuem: cum hec ſit longa. Ci. in phil. Primo quoq; die conſules ad ſenatum referāt

nō tam oīs: ꝙ vnus omnium primꝰ dies ſigni-
ficatur. Idē pro Rabirio. Tertio quoqꝫ verbo
excitabat. Et pro eodē Rabi. quinto quoqꝫ an-
no de morībꝰ nr̄is iudicaret. Ceſar commenta
rio .v. Legiōe ꝓducta cognoſcit nō decimū quē
qꝫ eē reliquū militē ſine vulnere. Suet. in vita
Ceſaris. Et intercalario menſe ſublato: vnus
dies quarto quoqꝫ anno intercalaret. Qd̄ ine-
ruditi ſic pronūciare ſolent. om̄i quarto anno ē
biſſextū: omni quinto anno fit luſtrū apd̄ ro-
manos grecoſqꝫ om̄i qnquageſimo anno iudei
agunt iubileū: cū ſit dicendū qnquageſimo qꝫ
Miles — anno. Ulpia. apud Iuſtinianū li. xxvij. ait milī-
tē quaſi milleſimū quē dicerē. i. oēm q̄ eſt ex mil-
lenario numero vltimus: tamē accipiendus eſt
non vltimus: ſed quiſqꝫ ex eo numero. Nā cum
dico. dabo tibi ex ouibus decimam quāqꝫ: non
eam intelligo q̄ decima in numerando euenit.
ſed vnā de decē quecūqꝫ fit: vel [vt abſolutiꝰ lo
quar] ſingulas ex denis ſiue ex decem: quas
tu elegeris. Ita vnaqueqꝫ poteſt eſſe decima.
Exemplo Ceſaris cōſtat decimū quēqꝫ eē vnū
ex numero denario. ita dicimus milleſimū quē
qꝫ vnū ex nūero millenario. Iuriſperiti nr̄i lin
gue latini ignari intelligūt militē ex mille ma-
xime ſtrenuū. Unde puto ex rorē ortū de voci
tādis militibꝰ hoc tēpore inſigne quoddam di
gnationis ferētibus Sed ad rē hinc etiā factū
eſt: vt dicamus vnuſquiſqꝫ: et ſingularis quiſqꝫ
nō ſingulariſſimus. qd̄ non reperitur. ſicut nec
vnicus habet vnicior et vnicissimus. Quotꝰ et
Singlar̄ — iungit cū quiſqꝫ. ſed tamē diuerſa ratiōe a ſupe
Quotus — riorībꝰ. Nunqꝫ em̄ fere vtimur hac dictione ni-
Martial. — ſi interrogatiue: et niſi in ſignificatiōe q̄ ē quot
Quotꝰ em̄ frequēter ſignificat quot: vt Mar-
tial. Dic quotus et quāti cupias cenare: nec vnū
Addideris verbū: cena parata tibi. i. quot teſt;
et quot tecum habes. Cice. ꝓ ligario. Quotus
Cicero. — em̄ iſtud quiſqꝫ feciſſet. id eſt nullus vel rarus.
Oui. de ar-te amandi. — Oui. de arte. Forma dei munus: forma quota
queqꝫ ſuperbit. i. nulla vel rara. Nō venit in mē
tem: an cum alijs noībus iungat q̄ſqꝫ. Hoc em̄
ſcio nō habere genitiuū pluralē dūtaxat cū ad
iectiuo iunctū: ideoqꝫ vtimur genitiuo ſingula-
ri ꝓ plurali. idē em̄ eſt optimi cuiuſqꝫ animus
qd̄ oīm bonorū animus. Unuſquiſqꝫ aūt iō non
facile patitur ſuperlatiuū: quia illud vnus vim
quandam ac naturam [vt paulo ante oñdi] ſu
Unuſq̄ſqꝫ — ſuplatiui obtinet: potiuſqꝫ dicimꝰ vnuſq̄ſqꝫ bo
nus: ꝙ vnuſq̄ſqꝫ optimus: atqꝫ hec hactenꝰ de
quiſqꝫ. Epitome capitis .xvij.

Ut et ita ꝓſimiles efflagitāt gradꝰ: ideoqꝫ ſi
quiſqꝫ interuenit ſuperlatiuos fere exigunt: ſꝫ
Ut et ita — eos aut noīales ambos: aut aduerbiales ābos
Quid — aut alterum nominalē alterū aduerbialē. Quid
autē et oīa eius cōpoſita q̄ i ante d vel c habēt
ſubſtantiua ſunt genitiuum alteriꝰ ſubſtantiui
aut adiectiuum eiuſdem caſus efflagitantia
ꝙ vero cum ſuis: adiectiuū et ſubſtātiuum cōſi-
milis caſus deſiderās vt q̄d mōſtri alis: et quod
mōſtrū alēdū ꝑdicas. Quecūqꝫ aūt vim ſupla-
tiua hn̄t: poſitiuo magiſ ꝙ ſuperlatiuo coherēt.

Ut in primis. cū primis. inter primos. appri
me. ꝑter ceteros Per valde. oppido ſane inter
paucos &c. Fruſtra hanc ꝑceptionē taxat Ca-
lepinus in vocabulo: vt dicēs. Licet quidā ꝑce-
perint in hac iunctura ita et vt ſemper reſpon-
dere gradus. Ouidius tn̄ li. heroidū dixit Ut fe
Ouidius — rus eſt: multoqꝫ ſuis truculentior euris. Spe-
ctaſſet ſiccis vulnera nr̄a genis. Nō em̄ ſiccio-
ribus dixit &c. hec ille. Uerū illud ita qd̄ Ouid.
ſubintellexit ad primā particulā qui cū vt iūgi
tur retulit: nō em̄ dixit vt ferior eſt ſed vt ferꝰ
eſt. Fateo ꝙ vt aliter accipi pōt et ſine ita poni
quo circa locus ille nihil contra nos facit

De vt et ita cum ſuperlatiuo. Et de quo et eo
cum comparatiuo. Cap. xviij.

Damus de vt et ita ſimili
buſqꝫ. Duplicatur ſuperlatiuū:
vel altera ex parte nomen: vel
Cicero. — vtrinqꝫ aduerbiū: cum his inde
clinabilibꝰ que noīaui. Cice. de
oratore: vt quiſqꝫ optime grece ſciret: ita eē ne
quiſſimū. Idē in eodē. Ut em̄ quiſqꝫ optime di
cit: ita maxime dicēdi facultatē varioſqꝫ euētꝰ
orationis expectationēqꝫ hoīs pertimeſcit Idē
de officijs. Ut quiſqꝫ animi magnitudine maxi-
Quicqꝫ — me excellit: ita et maxime vult princeps oīm vl̄
Quodqꝫ — potius ſolus eſſe. Quintilia. Qd̄ vt longe opti-
Quid et qd̄ — mū: ita difficillimū. Et iterū. Nō vt quicqꝫ ꝑmū
dicendū: ita primū occurrit. In quo caueamꝰ:
ne ꝓ quicqꝫ dicamꝰ quodqꝫ. Multū em̄ refert
inter hec duo. In Catone maiore: vtrūqꝫ ſuper
latiuū ſuſtulit Cice. vt q̄ſqꝫ etate antecedit: ita
ſententie principatū obtinet qd̄ facere alibi ſo
lemus vt in illo. Nō in primis doctꝰ. non in pri
mis doctiſſimꝰ: ne due res ſuperlationē hn̄tes
cōiungamus. Iuſta igit̄ cauſa quare Cicero ſu
perlatiuos ꝑtermiſit q̄ cauſa Donato in eunu-
chū Terētij nō fuit qui ait. Ut quiſqꝫ miſer: ita
ſenior videt̄ Nā preter id qd̄ nō adhibuit ſuper
latiuū: etiā cōfuſionē quandā fecit ex poſitiuo
et ꝯparatiuo: qd̄ ita emēdemus: tum per aduer
biū fie: vt quiſqꝫ maxime miſer eſt: ita maxie ſe
nex videt̄: tū per nomē fie: vt q̄ſqꝫ miſerrimꝰ ē
ita annoſiſſimus videt̄: tuꝫ per alterū aduerbiū
alterum nomen ita. vt quiſqꝫ maxime miſer eſt
ita annoſiſſimꝰ videt̄ vel vt q̄ſqꝫ miſerrimus ē
ita maxime ſenex videt̄. tū per cōparatiuū: nā
et hoc efficit qd̄ ſuperlatiuū hoc mō: quo q̄ſqꝫ
Quītilianꝰ — miſerior: vel q̄ quiſqꝫ magis miſer eſt eo ſenior
Suplatiuꝰ — vel eo magis ſenex videtur. ꝙ ita licere fieri. ex
dictionem. — emplo probandū eſt. Quintilianꝰ ſecūdo inſti
ſuplatioēꝫ — tutionū. Quo quiſqꝫ ingenio minꝰ valet: hoc
cōnotantē — ſe magis attollere et dilatare conat̄. Et paulo
refugit — poſt. Erit eo etiā obſcurior: quo q̄ſqꝫ deterior:
Iuſtinus aūt ſiue Trogꝰ ſuperlatiuū cū cōpa-
ratiuo miſcuit inquiens li. xvj. Locupletiſſimꝰ
vt quiſqꝫ eſt: ita plures equites in bello ſuo re-
gi ꝑbet Ego dicerē: ita plurimos: quin et ita ab
illo ſcriptū fuiſſe ſuſpicari libet. Dicebā paulo
ante nō licere dicere in primis doctiſſimus: idē
ſentio de inter primos et cum primis: licet Sa

lustius. ſi nō codex nō ſit mendoſus aliter dixe rit: ac ſane quod difficillimū eſt: in p̄mis ⁊ ꝑlio ſtrenuiſſimus erat: ⁊ bon⁹ ꝯſilio. Si̇lia his ſunt in paucis: cum paucis: inter paucos: itez ſuper omnes ante alios: p̄ter ceteros. Sed hec etſi frequentius poſitiuo gaudent: tamē patiūtur nonnunq̄ ſuperlatiuū: vt Ply. li. xxvj de vſu ab ſynthij. Conuenit dicere herbe facillime atq̄

Plynius
Vergi

inter paucas vtiliſſime. Verg. in ſeptimo. Pe tit ante alios pulcherrimus oēs Turnus auis atauiſq̄ potens: ⁊ in eiuſdē primo. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes.

¶ Epitome capitis. xviij.

Tantum ⁊ quantum

¶ Tantū ⁊ quātū: ⁊ ſimilia in um: poſitiuo qua drant. Sed tanto ⁊ quāto ⁊ conſimilia in o. cō paratiuo ⁊ interduz ſuperlatiuo: ceteriſq̄ vim excedendi cōnotantibus cuiuſmodi ſunt ante: poſt cuz compoſitis alius: aliter: ſec⁹: ⁊ ſimilia Tam aūt ⁊ q̄ in diuerſo ſenſu: tribus coherent gradibus.

Tam ⁊ q̄

¶ Poſitiuo dum tam valet tantum ⁊ q̄ quātū vt vir tam bonus q̄ doctus. i. tantū bonus quā tum doctus. Comparatiuo ꝑ tanto ⁊ quanto. vt vir tam melior q̄ doctior. Superlatiuo aūt pro valde: vt vir ille tam doctiſſimus. i. tam val de ⁊ inſigniter doctus. Vir q̄ optimus. i. valde bonus aut pro tanto vt vir omniū tam optim⁹ q̄ doctiſſimus. i. tāto ⁊ q̄to: ſed pro valde acce ctum ⁊ ſuperlatiuo iunctum non recipit geni tiuum: vt vir q̄ optimus non q̄ optimus oīm vt in ſequentibus patebit.

¶ De tantum ⁊ tanto ſimilibuſq̄ quomodo iū gantur gradibus. cap. xviij.

Tm̄ ⁊ tāto et ſimilia.

Hoc magis et eo magis: idē eſt qd̄ tanto magis. Itē quo ma gis idez eſt q̄to magis. Quare admoneor vt aliquid de hoꝝ no minū natura ꝑcipiā: poſitiuos magis decere tantū ⁊ q̄tum: cō paratiuos tanto ⁊ quanto. Cicero. Quanto es maior: tanto te geras ſummiſſius. Nō aūt quā tum es maior: tāto te geras ſummiſſius. Et cō

Cicero

tra. Quantū potes tantū elabora. nō aūtē quā to potes tanto elabora Lactantius tm̄ p̄ter mo rem oratorū inquit. Quanto frequenter impel

Lactanti⁹
Boetius

litur tāto firmiter roboratur. Et Boeti⁹ in dia lecticis dixit. Paulo equales: hic pro paulū di cens paulo: ille pro frequentius firmiuſq̄ fre quenter firmiterq̄. Tolerabilius qd̄ fecit poe ta Catullus. Tanto peſſimus oīm poeta: quan to tu optimus oīm patronus. In ſuperiori La ctantij exemplo bis peccatū eſt in vtroq̄ mē bro. Quidā peccant in altero: vt ſi dicat quan to frequentius impellitur: tāto firmiter robo ratur: vel quanto frequenter impellitur: tanto firmius roborat̄: niſi ita venuſte dicas: vt Ver

Vergilius
Quitilian⁹

gilius in. xij. O preſtans animi iuuenis q̄tum ipſe feroci Virtute exuperas: tanto me impen ſius equum eſt Conſulere: ⁊ Quintili. in primo Quid aūt aliud in noſtris legionib⁹ cornua ac tube faciūt: quoꝝ cōcentus quanto eſt vehemē tior: tantū romana i bellis gloria ceteris p̄ſtet quod nō licuiſſet aliter dicere. Proxime aūt ad

Aū ⁊ poſt

vim cōparatiuoꝝ accedūt illa aduerbia ante ⁊

Alius

poſt: ſiue propoſitiōes: vt tante ante ego veni:

Aliter

quanto poſt tu veniſti. Et illud nomen alius: et

Secus

eius aduerbiū aliter: ⁊ huic ſiſe ſecus. vt Quin

Quitilian⁹

ti. At quanto alius fuit ille i̇feliciſſimi iuuenis

Terē. In ꝓ logo adrie.

affectus. Et Terentius. Verum aliter euenire multo intelligit: ⁊ Cicero Multo cecus euenit

Aliquanto mlto ⁊ pau lo

Nā qd̄ dico de tanto ⁊ quanto: idez intelligo de aliquanto: de multo de paulo: ceteriſq̄ ſimilib⁹ Rurſus qd̄ de tm̄ ⁊ quantum: idem de aliquā tū: de multum de paulū ⁊ reliquis. Sed q̄ hec tranſeunt in aduerbia: ideo nōnunq̄ his q̄ exe unt in um. abutimur pro his que exeunt in o: p̄ ſertim quādo non eſt illa cōtrapoſitio duorum vt ſuperioribus exēplis oſtēdimus. Iuuen. De

Iuuena.

ſpiciā q̄ ſit quantū ſublimior athlas Terenti⁹.

Terentius

Eius frater aliquantulū eſt ad rē auidior. Qui

Quitilian⁹

til. Ac quidaz ſi forte ſuſceperint negocia pau lum ad dicendū tenaciora: ea conuitijs implēt. Ita in aduerbijs ꝑpoſitionibuſq̄: multū ante: vel multo ante: paulū poſt: vel paulo poſt. Ver bis aūt ſemper fere conenit per um. potius q̄ per o. Exceptis ab ante: pre poſtq̄ cōpoſitis more coꝝ vnde cōponunt̄: vt multo p̄ſtat ⁊ mul tum preſtat. Salu. Multo preſtat beneficij q̄

Nota Criſ pi dictum.

maleficij memorē eē. Ita multū vel multo an tecellit: paulū vel paulo poſthabui tua negocia

Tam ⁊ q̄

meis. Tam ⁊ q̄ ſimilia atq̄ eadē videnſ tantū

Virgilius.

et q̄tum. ideoq̄ raro cū cōparatiuo iunguntur

Saluſtius.

vt Verg. Tā magis illa fremēs ⁊ triſtibus effe

Terentius

ra flāmis. Quā magis effuſo crudeſcūt ſangui

Cicero.

ne pugne. Cū ſuperlatiuo frequentius vt tam hic eſt oīm optimus q̄ nobiliſſimus. Salu. q̄ quiſq̄ peſſime fecit. tam maxime tutus eſt. Te rentius. Nāq̄ adoleſcens q̄ minima in ſpe ſit: erit tam facillime pacem in patris leges cōſi ciet. Solent poni tam ⁊ q̄ ſeparatim ⁊ alteruz ſine altero vtrūq̄ in ſignificatiōe vehementie. vt Cice. In tam optima cauſa non debeo time re. i. in taz valde ac perq̄ valde bona cauſa. Et iterū Nondū erat veſtris tam grauiſſimis tā q̄ multis iudicijs ignominijſq̄ conciſus. i. iu dicijs veſtris ignominijſq̄ tantopere grauib⁹ De q̄ hoc ſit exēplum. Tu es homo q̄ iocūdiſ ſimus. i. valde vehemēter iocūdus. Sz de hoc differēdū lati⁹: ideoq̄ in eundē locū includam.

¶ Epitome capitis. xix.

Per Quā. Per ſemp poſitiuū re quirit.

¶ Per perticula ſignificans valde aut conſum mationem poſitiuo ⁊ verbis nō comparatiuo aut ſuperlatiuo cōponi vult: q̄ autē pro eo qd̄ eſt q̄tum poſitiuo quidem adheret: ſed nō prin cipali verbo: nec ſine figura dicendi Nā aut iro nice aut admiratiue: aut infinite: aut interroga tiue loquimur. Raro aūt admodū ſic ſuperlati uo iunctum legas. Sed q̄ pro quāto legitime: licet nō frequēter cōparatiuo dat̄: ꝑ valde aūt ſuꝑlatiuo idq̄ cū v̄bo ꝑncipali ⁊ citra figurā. ¶ Reſpiciēdū itaq̄ ē ad ſignificationē. Nō eñ apte dixeris: q̄ primum adueneris cenabimus ſed in eo ſenſu dices: cum primū vt primū: vel.

vbi primum. Nã et particula in locũ ꝙ̄ vel quã
tũ ſuccedit. Adheret tamẽ ſic ſuperlatiuis in
teruenięte verbo poſſum aut ſimili: vt dicã ꝙ̄
potero breuiſſime. Nec tamẽ pro valde multꝫ
dices ꝙ̄ plura: ſed complura. Uenuſte autẽ ꝙ̄
Junio: es. cũ vt. aut pro: aut relatiuo ſeqˀtur cõparatiuus:
hoc pacto. Juniores ꝙ̄ q̄ aut ꝙ̄ vt tale bellũ ge
ras. Maius eſt onus ꝙ̄ pro humeris tuis. Ce
terũ ꝙ̄ pro valde iunctum particule poſitiuũ eſ
flagitanti: illi legitime coheret: vt perꝙ̄: oppi
doꝙ̄: ſane ꝙ̄ pauci dicendi ſũt periti. At ſuper
latiuo iunctum q: ſignificat idẽ qꝺ per cũ poſi
tiuo: genitiuũ refugit: ſicut ⁊ poſitiuũ nomẽ.
eɼẽplificat ¶ Ut nõ dicet vir oĩm ꝙ̄ optim⁹: ſicut nec oĩm
perbonus. Si qui aliter locuti ſunt id auctori
tati nõ arti concedemus. Quo circa fruſtra in
auctorẽ noſtrũ ſic inſurgit Mancinellus: ꝙ̄ ꝓ
valde poſitiuis etiam rite iungitur. Ceſar. lib.
iiij. cõmentariorum de bello gallico. Atꝙ̄ cele
rem atꝙ inſtabilem motum haberet. i. valde ce
Mancinel lerem. Au. Gellius. lib. xiij. cap. ix. immo iquã
lima potius nos ⁊ ꝙ̄ audaces ⁊ ꝙ̄ licẽtes ſumus qui
Gellius frontẽ improbe indocteꝙ virili generis dici
Apuleius mus. ⁊c. Apuleius li. viij. Sed heu tu inqˀt cha
Syllius riteꝙ̄ probe veſte contectus: omniꝙ comite vi
Tullius duatus prima vigilia fores meas tacitus acce
Plynius das. Syllius. lib. iij. Magnis ꝙ̄ leta fronte ſa
cerdos Exceptos hoſpes tectis inducit ariſ
bas. Tullius in Celio. Quam multa enĩ q̄ no
ſtra cauſa nunꝙ̄ faceremus. facim⁹ cauſa ami
corum ⁊c. Plyn. lib. xxxiij. cap. xiij. Quare q̄ſo
niſi vt ꝙ̄ multi eos cõſerui inferrent. Scribit
ea Plynius de lanciũ numero ⁊ põdere. Prete
reaꝙ̄ ꝓ valde cõparatiuo quoꝙ recte adiũgit
non ſolũ ſuperlatiuo ⁊ poſitiuo vt patuit. Uñ
Tullius lib. tuſculanarum queſtionum quinto.
Abacoſꝙ ꝙ̄ plures ornauit argento auroꝙ ce
lato. Seneca in epiſtola. lxxviij. Cõuocauit ꝙ̄
plures amicos. Tullius lib. ij. ad herẽniũ. Po
Tullius ſtea admonuim⁹ cauſas eſſe ꝙ̄plures in quib⁹
Seneca ⁊c. ꝙ̄ pro q̄tum ſuperlatiuo quoꝙ adiungi ſo
Uarro let. Uarro aũt lib. ij. de canibus ait ꝙ̄ pauciſſi
Cato mos relinques tam optimi in alendo fient. Ca
Time finis to autem in re ruſtica capi. lxv. Quã acerbiſſi
ma olea erit dum oleum facies: tam oleũ opti
mũ erit. Hec ille. In quibus ꝙ̄ponitur ꝓ vt: et
tam pro ita. ¶ Ualla autem mendam cenſeat
in ſcriptura: vbi ꝙ̄plures pro complures legũt
aut plures abſolutũ indicet: ⁊ ꝙ̄ figurate ad iũ
ctum. Uerũtamẽ eſt vbi dubites an ꝙ̄ pro val
de poſitum cũ abſoluto cenſeas: ſed facile ad fi
guratã locutionẽ trahas. Dictũ ẽ aũt ꝙ̄ ꝓ q̄tũ
adherere ſuperlatiuo interueniente verbo poſ
ſum aut ſimili. Cuius rationẽ aſſignat auctor:
q: tunc ꝙ̄ videt determinare verbũ: vt dicaꝫ ꝙ̄
breuiſſime potero reſoluit ſic. Dicã breuiſſime
ꝙ̄. i. q̄tum potero. Unde ſepe loqˀmur cũ verbo
poſſum: ⁊ ſimili: ⁊ tamẽ ꝙ̄ ꝓ q̄tum poſitiuo da
mus. Ut dicã ꝙ̄ breuiter potero. Manifeſtum
eſt aũt vbicunꝙ ponit ꝙ̄ pro q̄tuꝫ: illic poſſe
poni ipm̄ q̄tum: vt dicam q̄ta maxima potero
breuitate: Cuius ordo eſt. Dicam breuitate ma
xima: quãta videlicet potero. Cui loco videret
cõgruere in hoc ſenſu etiã q̄tuꝫ ſic. dicã quãtũ
potero breuitate maxĩa. Sꝫ in m̃tis [vt dixi]
ſententia animaduertenda eſt.

¶ De per ⁊ ꝙ̄ cũ gradibus. Ca. xix.

Dem nãꝙ ponderis ĩ cõ
poſitione hñt per ⁊ ꝙ̄: ſed alte
rũ poſitiui ꝓpꝛium eſt: alterum
ſuperlatiui: vt perpulchre: per Per ⁊ ꝙ̄
belle: perdiligẽter: ꝙ̄ pulcher
rime: ꝙ̄ optime: ꝙ̄ diligentiſſi
me: quorum exemplorum referta ſunt omnia.
Hoc intelligit quotiẽs accipit ꝙ̄ ꝓ valde ſiue
vehemẽter. At contra ꝙ̄ pro q̄tum nunꝙ̄ cũ ſu
perlatiuo ſẽper cũ poſitiuo: vt Cice. Quã mo
roſi ſunt q̄ amãt: ex hoc potes itelligere. Uides Cicero.
vt ꝙ̄ ꝓ q̄tũ nõ pot adiũgi verbo principali dũ
taxat in recto mõ loquẽdi. hoc ẽ qñ nõ figurate
loqˀmur: vt exprobrãdi deridẽdi vel cã hoc mõ
ꝙ̄ cito veniſti ꝙ̄ ſuauis hoĩes Loquor aũt q̄tiẽs
duo verba in eadẽ oratiõe inſerũt: ſemp cũ ver
bo nõ principali iũgi ꝙ̄ ꝓ q̄tũ: ꝓ valde frequen
ter vno verbo contentum eſſe: ⁊ in duobus prin
cipali potius gaudere nõnũꝙ̄ altero: vt vbi eſt
lucrum: eo ꝙ̄ primum aduolas. Et ibi eſt lucrũ
quo tu ꝙ̄ primũ aduolas. At in hac differentia
poſitiui ⁊ ſuperlatiui aliqui ſe obiicient: afferẽ
tes Terentiũ in and. Reiecit ſe in eum flẽs ꝙ̄
familiariter. Et in eunucho. Poſtilla tute ſcis Terentiꝰ
ꝙ̄ intimũ te habuerim: In quoꝝ exẽploꝝ pore
eſt ꝙ̄ pro valde cum poſitiuo. In poſteriore ꝙ̄
pro q̄tum cũ ſuperlatiuo. Ego vero accipio il
lud ꝙ̄ familiariter figurate: quaſi o q̄tum fami
liariter: ⁊ hoc accipio pro poſitiuo: ſicut proxi
mũ. Dicimus nãꝙ hic eſt mihi magis intimus
Neꝙ in hoc toto meo opere tam licentiã poe
tarum ſectator: ꝙ̄ vſum oratorum. Neꝙ ſi qđ
aliter penes auctores reperiatur: mihi obeſſe
debet: qui nõ legẽ ſcribo: quaſi nunꝙ̄ aliter fa
ctũ ſit: ſed quod frequentiſſime factitatũ ẽ: pre
ſertim a. M. Tullio. Marcoꝙ Fabio: apꝺ q̄s
ſi quando reperiatur ꝙ̄ cuꝫ poſitiuo pro valde
aut cum ſuperlatiuo ꝓ q̄tum: auſim affirmare
mendoſe ſcriptum: vt in proemio de oratore: ꝙ̄ Nota au
boni perdiu nulli: quaſi de valde bonis: ⁊ nõ po ctorem nõ
tius de bonis loquatur: vera ſcriptura erat: bo poetas ſed
ni perꝙ̄ diu nulli: aut potius cum boni ꝑdiu oratores
nulli. Aliter enim videtur non congrue dici. Imitari
quod vitium ſcribendi vtinam in poucioribus
eſſet. Quod Cicero ipſe illo ſuo eruditiſſimo ſe
culo: quod vix credibile videtur: querit ita vt
apud latinos mendoſiores ſint codices latini
ꝙ̄ greci: ꝙ̄ꝙ̄ apud grecos lõge ſit difficilior ſcri
bendi ꝙ̄ apud latinos ratio. Nam cur non ſepi
us ꝙ̄ pro valde cum poſitiuo: in illis reperire
mus: ſi probaſſent potius ꝙ̄ reſpuiſſent. Qua Boeti⁹ car
re in hac te non verebor reprehẽdere Boetiũ. pit Priſci.
Priſcianum: ⁊ elegantiorem vtroꝙ Lactãtiuꝫ Lactã
Primus ſuper Ciceronis topica ita ait. Noſti tiuſꝙ
ob latrantis morſus inuidie: noſti ꝙ̄ faciliſme
ĩ difficillimis cauſis luor iudiciũ ferat. Mallẽ

dixiſſe ꝙ facile. Secundus liber. xviij. ita. Jō
ex vno libro Ciceronis tot vſus pponere ſtudui
vt docerem ꝙ frequentiſſime hac cōſtructione
vſi ſunt auctores eloquētie latine. Latini⁹ erat
ꝙ frequēter ſunt vſi: vel ꝙ frequētiſſime vſos.
Tertius ita libro primo inſtitutionū. Et ꝙ mul
ta alia de deo noſtris hominibus loquut⁹ eſt ſi
mili: ꝓpermulta ergo dixiſſet. Jdem li. vi. Hoc
aūt duplex ſacrificij genus ꝙ ſit veriſſimū Tri
megiſtus Hermes idoneus teſtis ē. Et in prin
cipio ſtatim libri de opificio inquit. ꝙ minime
ſim quietus ſummis etiam neceſſitatib⁹ ex hoc
libello poteris eſtimare. Puto Ciceronē ꝙ ſit
verā: ꝙ primum ſi inquietus potius fuiſſe di
cturum: ꝗ ſcribens ad Trebatiū i proemio ita
ait. Sed dū ſum⁹ vna tu optimus es teſtis ꝙ
fuerim occupatus: nō dixit ꝙ ſumme occupat⁹
aut ꝙ occupatiſſimus fueri. Qō dixi de ꝙ non

Dictū reſtringit

debere illud iungi cū ſuperlatiuo quotiēs ſigni
ficat ꝙtū: vnum verbum excipitur poſſum. ⁊ q̄
idem ſignificāt queo: valeo: licet ⁊ ſi q̄ ſunt alia
vt ſcribas ꝙ optie potes. Nec recte dicas ſcio
q̄ optime ſcribas: qō pter auctoritatē ſummoꝝ

Poſſum

auctorū etiam ratiōe nitit. Qz vbi eſt verbum
potes. ibi ꝙ nō iungitur cū ſuperlatiuo: ſꝫ cuꝫ
verbo ſic. Scribas optime ꝙ potes in alijs au
tem nequit iungi cum verbo ſic. Scio optime

Cū primū
Cum
Ut
Ubi

ꝙ ſcribas niſi ſit alter ſenſus. Ergo illud plane
latinum non eſt ꝙ primum mare intraui: exor
ta tempeſtas eſt: ſed cum primum ac ꝙ primū
potero mare intrabo: vel cū primū potero vel
cum primum potero: vel vt primū: vel vbi pmū
mare intraui aut vt primū: vel vbi potero pmū
mare itrabo latinū erit. Ex his q̄ dixi colligit:

Cicero
Quītilian⁹
Ut

vbi eſt ꝙ p ꝙtum: ibi quoqꝫ poſſum poni idm
ꝙtum. vt Cicero de amicitia. Niſi ꝙ tanta ē in
ter eos quanta maxima poteſt morum ſtudio
rumqꝫ diſtantia. Quintilianus in ſecūdo. Cuꝫ
aliquid adhibita quāta maxima poteſt cura di
ligenter elimauerit. Ut quoqꝫ in locuꝫ ꝙ velꝙ
tum ſuccedit. Nūc ſine ita: nunc cū ita. Primo
mō ſic: vt apō eūdē in. xij. Nō omittēda ps hec

Cicero.

orōnis: ſed exigenda: vt optime poſſumus. Et
Cicero in philippicis. Quas vt honorificētiſ
ſimis verbis ipſe cōſequi potero complectar
mea ſententia. Altero modo ſic: vt apō eundeꝫ
de oratore. Hec vt breuiſſime dici potuere ita a
me dicta ſūt. De poſitiuo aūt nemini dubiū erit
ꝙ et vt conuenire cū poſſum: vt idē in philippi

Cōplura nō ꝙ plura

cis. Sed reliquum curſum vite ꝙ quidē poſſuꝫ
breuiter perſtringā: vt potui breuiter perſtrin
xi. Recte ergo ponēs ꝙ per ꝙtum cum poſiti
uo ⁊ ſuperlatio intercedēte verbo poſſuꝫ. Qua
le autē cū cōparatiuo: ſiue ſine poſſuꝫ: vt ꝙ plu
ra volumina ipſe compoſuit: dicendū eſt cū plu
ra nō ꝙ plura: vt quidam male ſcribunt. Jn ad
uerbio quoqꝫ ſuperlatiuo nōnunꝙ legimus cō
plurimum propleruqꝫ: ſiue per poſſum: vt
narraui rem geſtam ꝙ breuius potui: aut ꝙ po

Cōplimū

tui breuius. Cuius hic quideꝫ ſenſus ſed tamē
barbare platus eſt. Narraui ꝙ breuiſſime po
tui: ꝙ ꝙ hoc ſecunduꝫ poteſt accipi in eum ſen
ſum qui eſt breuius ꝙ potui: ſiue [vt apertius
loquar] breuius ꝙ potuiſſem. Primus mo

Quā vt ꝙ qui

dus ſic accipi non poteſt: nec hoc quidē barba
rie caret: licet huius loci non ſit. Jſte eſt nimis
iuuenis ad dandum ſibi tale negocium ꝙ ſic la
tine diceretur: iſte eſt nimis iuuenis: aut iunior
ꝙ vt ipſi detur tale negocium: vel eſt iunior ꝙ
cui tale negociū detur. Cuius rei plurima vo
bis exempla ſunt. vt Quinti. Sed hoc apertius

Ualerius

eſt ꝙ vt pbandum ſit. idem in. x. Jdeoqꝫ ne ſu
ſcipiende quideꝫ ſunt cauſe plures ꝙ quib⁹ ſuf
fecturum ſe ſciat. Et ita opus inchoatur Uale
rij maximi. Urbis rome externarūqꝫ gentiū fa
cta ſimul ac dicta memoratu digna que apud
alios lati⁹ diffuſa ſunt: ꝙ vt breuiter cognoſci
poſſint. i. latius ſunt diſperſa: ita vt non breui
ter poſſint cognoſci. Jn eandē rationē cadit il
le modus qualis eſt: maiorem geris veſtem: ꝙ

Quā pro.

pro habitu corporis: Ut Curtius. Maioreꝫ ꝙ
pro magnitudine ſylue reddebant ſonum. Jllō
hoc loco iocoſum inſerere non pudebit. Si qs
interrogatus huius poſitiui perpulcher q̄ cō
paratiuus ſit: ⁊ qui ſuperlatiuus: non aliter be

Nota

ne reſpōdebit niſi ita: multo pulchrior ⁊ ꝙ pul

Perꝙ

cherrimus. Ex his autem duobus de quib⁹ diu
diſſeruimus per ⁊ ꝙ conflatur vnum perꝙ: qō
vtri dandū erit poſitiuo an ſuperlatiuo: [vtrū
qꝫ enim in eo partem ſibi vendicat] certe poſi
tiuo: vel quia per anterius eſt vł quia indecēs

Plynius
Terentius
Pōponi⁹

videretur duo aduerbia vehementiā ſignificā
tia ſuperlatiuo imponi. Dicim⁹ itaqꝫ perꝙ do
ctus: perꝙ erudit⁹: perꝙ pulcher. Et ſicut ver
bo ſolet apponi per ita perꝙ: vt peruelim: per
placet: perꝙ velim. per ꝙ placet. Ply. iunior in
epiſt. Per ꝙ velim ſcire. Niſi interpoſitū ſit q̄d
inter ppoſitionē ⁊ verbū cum quo illa copulat
Quale apud Terentiū Perpol ꝙ paucos repe
rias meretricibus fideles euenire amatores:
qō ſic reſoluitur: pol perꝙ paucos. Boetius ta
men in cōmētarijs logice breuiorib⁹ ſuplatio o
dedit dicēs. Apō ſcriptores quidē grecos per
ꝙ rariſſimos. Et Pomponius de origine iuris
digeſtoꝝ Juſtiniani libro primo. Nam ante eū
Seruius duos libros ad brutum perꝙ breuiſſi
mos ad edictum ſcriptos reliquit. Et facund⁹

Sane ꝙ.
admodū ꝙ
Oppido ꝙ
Nimiſꝙ

ſcriptor Curtius li. quarto Beſſum quoqꝫ ba
ctrianorū ducem per ꝙ maximo poſſet exerci
tu coacto deſcendere ad ſe iubet. Sꝫ huiuſmo
di exempla tam rara ſunt: vt dubitem an libra
riorum ſit culpa. certe ipſe ſic loqui non auſim
Aulus quidem Gellius hoc qō pcipimus ſem
per cuſtodiuit. Ceterum vt eſt in loquendo cu
rioſior pro perꝙ ita loquitur: ſane ꝙ vtile: vo
ce admodū ꝙ ſuaui: oppido ꝙ libens nimiſꝙ
ineptū: que aduerbia idem pollent: quod per p
valde Uſitatius tū eſt perꝙ: vt per ꝙ vtile: vo
ce perꝙ ſuaui: perꝙ libens: perꝙ ineptum. Tā
etſi Ceſar commentario. xiij. Quibus rebus

Ceſar.

optimo per ꝙ pauci ſub pellibus acqeſcebant.
Et Seruius Sulpitius ad Cice. ſcribēs ita in
cipit. Poſtea ꝙ mihi renūciatū eſt de obitu fi
lie tue ſane ꝙ p eo ac debui grauiter moleſteqꝫ

tuli. Et ad eundē Celius etiam ita incipit. Sa
ne ꝙ litteris Ceſaris ſumus cōmoti. Nā Caſ
ſius cis euphratē parthoꝝ copias eſſe ſcripſit
Et Brutus quoqꝫ decius ad eundem. Nā ſuos
valde ꝙ paucos habet. Et iteꝝ in eadē epiſto
la. Sane ꝙ gauiſus ſum. Quid plura: Ipſe quo
qꝫ ad fratrē. Cice. nā qđ de Pōpeio Caninꝰ ait
Sane ꝙ reſcripſit. Nō ſuccurrit mihi ⁊ qđ aliud
exemplum apud Cice. reppererim. Et. T. Li
uiꝰ. Neſcio an alibi ꝙ libro. xlviij. Cū haud fa
cile eſſet: an ea que obijcerent̃: aut que aduerſꝰ
ea dicēda erant memoria complecti: nec enim
multa ſolum: ſed etiā pleraqꝫ oppido ꝙ parua
erant. Hec igitur dantur poſitiuo. illa vero ma
gis ſuperlatiuo: multo ⁊ longe in eo fere ſigni
ficato quo ſolet ꝙ cum ſuperlatiuo ſed cuꝫ hac
tamen differentia: ꝙ huic ꝙ tribuimus gtīm il
lum ſuperlatiui ꝓpriū: aut ablatiuū: accuſatiuū
ve cū ꝑpoſitione: vt ſit ſine ipo. ꝙ. M. T. Acer
rimū aūt ex omnibus noſtris ſenſibus eē ſen
ſum videndi. Et iterum. Quē Craſſus dilexit
ex oībus plurimū nō dixit ꝙ acerrimū. autꝙ
plurimum ex omnibus ſiue inter omnes.

Longe ⁊ multo cum ſuperlatio.

Epitome capitis. xx

¶ Lōge ⁊ multo decēter adherent cōparatiuo
ac ſuperlatiuo ac dictionibus exceſſum aut di
uerſitatem cōnotantibus. Facile autē ⁊ ſuper
latiuo ⁊ verbis diuerſitatis aut exceſſus hiſqꝫ
nominibus: princeps: precipuus: primus: ſecū
dus. Ualde autem poſitiuum efflagitat: quē lō
ge ⁊ multo niſi exceſſum aut diuerſitateꝫ ſigni
ficet refugiunt.

Longe et multo Facile Ualde

Exempla

¶ Ut valde doctus: lōge doctior: multo oīm do
ctiſſimus. non longe doctus: nec valde doctior
aut valde doctiſſimus. Sed longe diuerſus: di
ſpar aliꝰ. Itē lōge ꝓſtat: ſupat: vincit: excellit.
Potius tn̄ multū preſtat: aut excedit ꝙ multo
dicam: q: actm̄ regere videntur

¶ De lōge: multo: facile: valde. Ca. xx.

Id quoqꝫ fit i multo atqꝫ
in longe ꝓ valde: ⁊ in facile pro
non dubio vt Quintil. li. ij De
clamādi ratio vt eſt in oībus
nouiſſime inuenta: ita ⁊ multo
eſt vtiliſſima Idē lōge oīm q̄s
quidē mihi audire contigit preſtantiſſimꝰ. Do
mitius apher ⁊. M. Tul. Sed ego neqꝫ eis aſſē
tiebar: neqꝫ harū diſputationū inuentori ⁊ pri
cipi longe oīm in dicendo grauiſſimo ⁊ eloquē
tiſſimo Platoni. Idēꝫ pro Rabirio. Uirū vnū
totius grecie facile doctiſſimū platonē. Amat
etiā lōge [vi multo] ſecum iungi cōparatiuum
vt Uergi. in. ix. At pedibus longe melior lycus
Et ea de quibus antea diſputaui: alius: alter: ſe
cus: ante poſt: vt longe: alius: longe aliter: lō
ge ſecus: longe ante: longe poſt: ⁊ compoſita a
pre: vt longe preſtans: longe preſtat. Quintil.
Sed cū longe precedunt ingenia iuuētū. Et ce
tera q̄ ſuperlationē quandā hn̄t: ⁊ proxime ad
cōparatiua accedūt: vt lōge ſuperat: longe vin
cit: ⁊ q̄ diuerſitatē more illoꝝ: alius: aliter: ſecꝰ:

Longe Quinti.

Cicero Uergilius. Quītiliaꝰ

qualia ſunt diuerſus: diſſimilis: longe alienus
Princeps ne adiectiuū q̄dēꝫ ē more poſitiuorū
tamē quia ſuperlationeꝫ ſignificat aſciſcit ſibi
longe vt idem. Nouem vero lyricoꝝ longe pin
darus princeps. Et facile pro eo qđ ē haud du
bie Marcus Tul. pro Roſcio. Nō ſolum muni
cipij latinitatis ex quo erat: ſed etiam regiōis
illius ⁊ vicinitatis virtute: exiſtimatiōe: nobi
litate facile princeps. Preterea cuꝫ precipuus
cū primus cū ſecūdꝰ: ⁊ ſiqua alia ſunt. Ut Qui
tilia. de Euripide loquens in affectibꝰ cū in oī
bus: tum in his qui miſeratiōe cōſtant facile ꝓ
cipuus: ⁊ admirādus maxime eſt: ſic facile pri
mus vel facile ſummus. Facile vero ſecundus
diciꝰ nō ad ordinē reſpiciētes: ſed ad dignita
tē quale eſt: tu es facile ſecūdus a rege: hoc eſt
facile poſt regem primus. Lōge igitur pro val
de propriū eſt exceptis paucis cōparatiui ⁊ ſu
perlatiui. Ipm̄ auteꝫ valde poſitiui ⁊ verbi: vt
valde diues: valde paup: valde laudat: valde vi
tuperat. Nec auſim dicere longe diues: longe
laudat: nec valde ditior: valde ditiſſimus. Hec
autē que a me de aduerbijs tradunt̃ nō fuerūt
inuenta veteribus grammaticis. Nā nuper cuꝫ
iam iſta compoſuiſſem: inueni in bibliotheca
beneuentana. Sergiū ſuper donatū ita dicen
tē Donatus dicit quinqꝫ tm̄ aduerbia poſitiuo
eſſe iungēda: tam: magis: maxime: minus ⁊ mi
nime. ea ſcꝫ ratione qm̄ vim in ſe hn̄t cōparati
di: atqꝫ ideo: non debent cōparationis caſibus
iungi: ne videat̃ cōparatio geminata: qui eīm
dicit tā doctior: pene hoc dicit doctꝰ doctior:
quod latinitas nō patit̃. Probus aūt dicit om
nia aduerbia que vim augentis aut minuentis
in ſe habent: non debere coniungi nec cōpara
tiuo nec ſuperlatiuo: vt ſunt iſta valde: multum
plurimū: per: ⁊ ſimilia. Nam iſta oīa tm̄ poſi
tiuis caſibus debemus adiungere. Idem Ser
uius longe poſt ait. Cōparatiuo ⁊ ſuperlatiuo
quinqꝫ hec cōparationis aduerbia nō appone
mus: vt tam: minus: minime: magis: maxime: q̄
tamen ſoli poſitiuo adijciuntur. Hec q̄ tres au
ctores tradunt ⁊ imperfecta ſunt: nec oīno ve
ra: vt ex his datur intelligi: que ipſe ꝑcepi. Di
cimus eīm multo fortiſſimꝰ: ⁊ ego ſum tā te for
tior: ꝙ te nobilior: ⁊ tam oīm fortiſſimꝰ ꝙ nobi
liſſimus. Cōparatiua vero addi nō oportere cō
paratiuis: ne ꝑcipiendū quidē eſt. Qđ aūt po
ſuit minime ⁊ maxime: ⁊ ſimilia Seruiꝰ non re
cte poſuit. Nā minimū eſt ꝓpriū aduerbiū ſu
per latinū: minime vero pro negatiōe accipit̃:
quaſi nequaꝙ: vt hic hō eſt minimū litteratus.
i. paucillū litteratus ego ſum minime litteratꝰ
i. idiota nihil prorſus habens litterature.

Princeps. Facile

Primus Secundꝰ Facile

Nullꝰ grā maticꝰ de iſtis aduer bijs aū lau rētiū dixiſſe fuerat

Seruius Minus

Minimuꝫ. Minime

¶ Epitome capitis. xxj.

¶ Cōparatiuū interdū nō rem vere exceſſaꝫ ſꝫ
exceſſe ſimilē in ablatiuo regit: tūcqꝫ cōcinnꝰ
per actm̄ ꝙ per nōīatiuaꝫ loq̄mur: ſicut ſepe
q̄ſi plenꝰ ⁊ ſuauius q̄ppiā per neutrū genꝰ ꝙ
per aliud exprimimus: licet nō plus ſignificemꝰ
¶ Ablatiuiꝗ fere eo mō reguntur ſunt. annis
diebus: fide: opiniōe: ſpe: equo: dicto: ⁊c. Iuue.

Licet Iuuenalis

Flagrantior equo non debet dolor eē viri nec vulnere maior.i.ꝙ equum.i.iuſtū ſit. Obtinuiſti laudem maiorẽ patre tuo:non ꝙ pater tu⁹ ſit:ſꝫ ꝙ pr̄ tu⁹ obtinuit ꝛc. Illō aūt Uirgilianū nec tēpore ſegnior illo.melius ſic accipit. Nō ſegnior ſup.femina.i.ꝙ ſit femina illo tēpore: vt cetera illic docent.

¶ De ꝓprietate quadā cōparatiui.cap.xxi.

Etiā hec hacten⁹: illud ad extremū adijciamus:de cōparatiuo cōſuetiorē ſermonē eſſe per actiū ꝙ ꝑ noīatiuū in illis:quale eſt:tu maiorẽ laudē aſſecutus es patre tuo:tuiſqꝫ maiorib⁹. Ut audeas dicere:tua laus ē maior patre tuo. Tñ ſolemus aliqñ ſic vti:vt Uerg.in.vij. Nō ſecus

Uergilius.

Quitilia.

ignipotens:nec tēpore ſegnior illo. Et Quīti. de apib⁹ pauperis. Unū rogo ne cui minor dignitate veſtra videat̄ cauſa litis mee. Et in.iij. inſtitutionū. Nō debes apud pretorem petere fidei cōmiſſum:ſed apud cōſules:maior ꝑtoria cognitiōe ſumma eſt. Fortaſſe videat̄ mollius in obliquo caſu:qđ ita ſi non eſt:volo tñ annotatum eſſe:ꝙ inconſueta vox auribus hec videt̄ eſſe:maior ſumma pecuniaria eſt ꝑtoria cognitione:ꝓ eo ꝙ eſt maior ſumma ꝙ vt apud ꝑtorem peti poſſit. Minor cauſa dignitate veſtra pro eo qđ eſt minor:ꝙ vt videat̄ digna:q̄ apud dignitatē vr̄am agatur. Et Uulcan⁹ nō ſegnior illo tēpore:pro qđ eſt ſegnior tēpore ꝙ illō fuit A quo nō diſſimile illud eſt. Ego ſuꝫ maior.xx. annis pro eo quod eſt ego ſum maioris etatis ea que eſt.xx.annoꝝ:vel maioris etatis.xx.annorū. Nam et hoc licet dicere:quale etiā ē.ego ſum maior.xx.annoꝝ.i.etate tali:vel ego etate ſum maioris etate.xx.annoꝝ. Frequentiſſime autē huiuſmodi genere orationis vtimur: vbi adeſt hoc nomē opinio:vt ſum ditior opinione hominū;quaſi opinio hoīꝫ diues ſit:ꝛ nō ſic accipi debeat magis ꝙ opinio hoīm ſentit vel ꝙ

Cicero

hoīes opinātur. Cice. Ad Brutum ſuū ſic exorſus eſt. Cū e Cilicia decedēs Rhodū veniſſeꝫ: ibiqꝫ de Quin.Hortēſij morte eſſet allatū:maiorē opinione hoīm cepi dolorē pro eo quod eſt maiorē ꝙ ille eſt quē in me hoīes opinat̄. Nec illud ab hoc multū recedit:cū dicimus.nihil eſt iſto hoīe peius: nihil tuo patre abiectius:nihil hoc vino inſuauius:pro eo quod eſt nullus iſto hoīe peior.nemo patre tuo abiectior: nullū vinū hoc iſuauius. Rurſus in laude:nihil iſto homine melius:nihil patre tuo generoſius: nihil matre tua ſanctius: nihil vxore tua verecundius:nihil hoc vino ſuauius. Dictum eſt de omnibus rebus nō tantum de ſingulis. Interduꝫ etiaꝫ vbi nihil plus cōphenditur in vniuerſo ꝙ in parte:vt nihil eſt te litteratius: nihil eſt illo prudēti⁹:nihil eſt iſto inhumanius:nihil pl⁹ ſignificat̄ hoc mō:ꝙ ſi dicas: nemo te litteratior:nemo illo ꝓdentior: nemo iſto inhuma-

Neutrū genus ſuaui⁹

nior: quoniā litteratura:prudentia:inhumanitaſqꝫ nō niſi in hoīes cadit. Quid ergo in neutro genere potius ꝙ maſculino ꝛ feminino prolatum eſt. Nempe q: neſcio quid plenius ꝛ ſuauius in neutro genere eſt Ideoqꝫ tali ſermone delectati auctores ſunt:vt ipſoꝝ crebra exēpla documento eſſe poſſunt:que inquirentibus notiora erant ꝙ vt a me huc afferri debeant

¶ Epitome cap.xxij.

¶ Nomina que in cōpoſitione variā aſſumunt declinationem in tritiore ſunt nobis vſurpāda vt a ſomnus dicetur potius ſemiſomnus ꝙ ſemiſomnis:ꝛ contra exomnis ꝛ inſomnis: ꝙ exomnus ꝛ inſomnus.

¶ Semper eñ vſitatioribus ꝛ ſuauiorib⁹ vtendum eſt.vt de verbalibus in bundus:ꝛ verboꝝ frequentatiuis:de poſitiuis in icus.ꝛ diues corūꝫ cōparatiuis ꝛ ſuperlatiuis de actō et ntō deqꝫ neutro ꝛ alijs generib⁹ iam dictuꝫ eſt. Diceturqꝫ de oſus a diminutiuis formando.

¶ De cōpoſitiuis a ſomnus.ca.xxiij.

A Somnus cōpoſita q̄daꝫ ſunt ſecunde ſemper declinationis:quedā tertie. Cice.in Uerri. Hic etiā cū ſemiſomnus ſtuperet. Et Celius in

Semiſomnus ſcdē.

Antoniū. Ipſum nāqꝫ oſtendit ſemiſomno ſopore profligatum. Et Saluſtius in Jugurthino. Signo dato caſtra hoſtium inuadunt: ſe-

Saluſtius

miſomnos partim: alios arma ſumentes fugant. Inſomnē ꝛ exomnē draconē ſepe legim⁹: et fere hanc differentiā ſeruatā inuenim⁹. Hec

Inſomnis

Exomnis

admonui:vt in nominib⁹ q̄ ancipitem in cōpoſitione declinationem ſortita ſunt: tamen ſciamus vſum frequentiorem imitandū. Sene.aūt de breuitate vite ait Quā multi heſterna crapu-

Seneca

la ſemiſomnes et graues

¶ Epitome capitis.xxiiij.

In oſus a noīb⁹ deducta

¶ In oſus finita ſi a nomine ſunt deducta. habitionem ſeu copiam ac plenitudinem connotant: vt animoſus. neruoſus: autem affectione vehementē: vt vinoſus: mulieroſus: libidinoſus: ſeditioſus:faſtidioſus. Si a verbo aut actionem aut paſſionem:aut vtramqꝫ Actionē

In oſus a verbis venientia

vt ſtudioſus:faſtidioſus:ſtomachoſus:iniurioſus:cōtumelioſus:curioſus. Paſſioneꝫ:vt odioſus ꝛ inuidioſus. Utrūqꝫ formidoloſus laborioſus operoſus. Similiter a noīe deducta. Voluptuoſus religioſus. Sꝫ moroſus a nimijs morib⁹.curioſus a nimia cura aut curioſitate. Cerebroſus a peruerſo cerebro. Pannoſus a groſſo aut denſe conſuto panno. Format̄ autē euphonie gratia interdum potius a diminutiuo: ꝙ a principali:vt fraudoloſus:meticuloſus:fōnicaloſus:fiticuloſus. Quinetiā interdū addūt vt montuoſus: voluptuoſus. Interdum aliam formam ſumunt:vt induſtrius:nō induſtrioſus Interdum ab alio deducuntur: vt a virtute nō virtuoſus:ſed ſtudioſus a ſtudio dicitur.

¶ Formantur autem fere ab ablatiuo mutādo vltimam vocalem in oſus: aut addendo oſus ſi ſit quarte:vt gratioſus a gratia:nūmoſus a nūmo:lapidoſus a lapide:fructuoſus a fructu:ſpecioſus a ſpecie ſꝫ formidoloſus a formidola deductū videtur. Libidinoſus eñ a libidine. La-

borioſus addit .i. pro laborioſus: ſicut operoſus ab opere ſeu opera. Sed bellicoſus non belloſ⁹ dicitur: ⁊ montuoſus addit .u. verum pōt ⁊ mōtoſus dici: vt enei. vij. Et te montoſe miſere in prelia nurſe.

¶ De ereuntibus in oſus. ca. xxiiij.

In oſus

Nomina que ereunt i oſus: partim a nomine deſcendunt: parti a verbo: partim ab vtroq;: ⁊ ea quidē que deſcendunt a nomine habitionem: ſiue vehementiam: copiam ve ſignificāt: ⁊ affectionē vt animoſus: ingenioſus: lacertoſus: neruoſus: ſaxoſus: aquoſus. Hec copiam ſiue vehementiā habitionemq; ſignificant: ꝙ habent in ſe vehementiam ac copiam aque: ſaxorum: neruorum lacertorum: ingenij: animi. Vinoſus: mulieroſ⁹ libidinoſus: ſeditioſus: factioſus: ꝙ affectus ē ad hec ⁊ amat vinū: mulieres: libidinem: ſeditiones: factiones. Rurſus ea q̄ a v̄bo ſunt partim actionē ſignificant: partim paſſionē: partim vtrūq;: ſtudioſus: faſtidioſus: ſtomachoſus iniurioſus: contumelioſus: curioſus: ſēp actiue ab auctoribus accipi ſolent. Ocioſum ē in re aperta inculcare exempla que vulgo ſunt plurima. Hec eni accipiunt pro his q̄ operam dant ſtudio: qui faſtidiunt: qui ſtomachantur: qui iniuriam contumeliamq; faciūt: qui nimis curāt niſi velimus hec a nominibus venire non a verbis: vt fraudulosus: qui fraudem facit: qd̄ a fraudula diminutiuo videtur venire poti⁹ ꝙ a fraude: quēadmodū meticuloſus: q̄ timidus a meticulos magis ꝙ a metu. Somniculoſus magis a ſomniculo ꝙ a ſomno: ⁊ ſiticuloſus a ſiticula: magis ꝙ a ſiti venit. Tenebricoſus reperit̄ ⁊ tenebroſus: licet quedā ab vſu regulaq; recedāt: vt montuoſus potius ꝙ montoſus: ſaltuoſus ꝙ ſaltoſus: tortuoſus ꝙ tortoſus Verūtamen que ſunt quarte declinationis aſſumūt u. vt vultuoſus: actuoſus: fructuoſus. Ideoq; illud in pſalmo. Oues cor fetoſe. legendū eſt fetuoſe a fetus: ſicut e diuerſo pleriq; ſcribunt mōſtruoſū pro monſtroſo. Lucanus. Monſtroſiq; hoim partus. Nec modo in oſus noīa quarte declinationis: verūetiā in arius: vt ſaltuari⁹: actuari⁹: fructuari⁹: cū noīa ſecunde declinatiōis careāt u. vt aſinarius: caprarius. Odioſus ⁊ inuidioſ⁹ paſſiue. Ille enim ſignificatur qui odio habet et cui inuidetur: non is qui odit ⁊ inuidet. Hec paſſionem ſignificant: vtiq; cū a verbo veniūt: ſecus cum a nomine. Nam odium moleſtiā ꝙ antiquitus ſignificabat. Terentius in phormione. Nunc ꝙ odio tuo me vinces. Et iterum. Si porro odioſi eſſe pergitis .i. moleſti Licero ad Atticum. Sed cum horas tris fere dixiſſet: odio ⁊ ſtrepitu ſenat⁹ coactus eſt aliqn̄ perorare Et in La. maiore. Infirmo corpori odioſa eſt omnis offenſio: ⁊ de ora. Verū ſi placet qm̄ hec ſatis ſpero vob⁹ quidē certe maiorib⁹ moleſto et putida viderit: ad reliqua aliquanto odioſiora pergamus: odioſiora dixit quaſi moleſtiora. Inuidia autem preter illam ſignificationem notam: eſt vel dicto vel facto in alterum maliuolentie conciliatio: vt ſi quis referat: oſtendat ve calamitates ſuas vt auctori calamitatum odium ceterorum concitet: ⁊ hoc vocatur inuidiam facere: vel vocare aut adducere in inuidiā Inde inuidioſa res que atrocitatē facti augēs inuiſum illud vel illius auctorem facit: ⁊ inuidia quaſi atrocitas: vel detractio. In quam ſignificationē accipio illum verſum. Inuidiā nimio cultu vitare memento. Nam latentē inuidiam qui non deprehendo vitare nequeo: ſed eam que extrinſecus ſignificatur vel voce vel geſtu cum populus indigne ferre ſe indicat in aliquo nimium ⁊ inſolentem corporis cultum. ideo ꝙ ſubiungitur. Que ſi non ledit tamen, hanc ſufferre moleſtū eſt: hanc. ſcilicet vel voce vel geſtu vel vtroq; nō detractionē. Quare illō quoq; Terētianū: ita vt ſine inuidia laudē inuenias et amicos pares. Et illud Salu. licet e Demoſthene ſit ſumptum: inuidiā gl'ia ſupaſti. Formidoloſus: laborioſus: operoſus: pariter actiue paſſiueq; accipiuntur. Terentius. Egon formidoloſus. id eſt egone qd̄ timeā. Saluſtius. Regib⁹ boni ꝙ mali ſuſpectiores ſunt. ſemperq; his aliena virtus formidoloſa ē. i. q̄ formidatur. Lice. Videtis vt ſenectus nō mō languida nō ſit: verūetiā operoſa. i. q̄ agit: ⁊ reb⁹ agēdis operā dat. Idem ꝓ Lelio. Vos laborioſos exiſtimet: qb⁹ ocioſis: ne i cōmuni qdē ocio liceat. Ou. Moles operoſa laboret. Operoſa que ab aliquo operata eſt: non que aliquā facit vel vehementis operis: ⁊ multaꝝ operarū: ita res laborioſa: vel ꝙ in ea laborem capiam⁹ neceſſe eſt: vel ꝙ plena laboris ē. Voluptuoſus quoq; et religioſus licet a verbis nō veniant tn̄ iſtis ſimilia ſunt vt affectionem ſignificent ⁊ habitionem ſiue plenitudinem: ſimulq; actiue accipiantur ⁊ paſſiue: voluptuoſus homo: q̄ perq̄ amat voluptatē: res voluptuoſa que in ſe habz voluptatē: vel que plena eſt voluptatis: ⁊ q̄ hō delectatur: ille recipit: hec res recipitur. Religioſus homo qui amat religionem. Sepulchra et monumenta religioſa ſunt id eſt habēt in ſe religionem. ille odorat: hec odoratur. Preterea glorioſus: famoſus: ⁊ imperioſus: non nihil et ipſa a ceteris differūt. Nam licet legamus glorioſam victoriam. i. plenam glorie. Et apd̄ Iuuenalem. Famoſus equitum cū dictatore magiſtros: ⁊ imperioſos populos: hoc eſt latū imperium poſſidentes: tamen dicimus ita glorioſum hominem affectatorem glorie: vt vinoſum cupidum vini: ⁊ mulieroſum nimis appetentē mulieres: qualis miles glorioſus apd̄ Plautū et Terentium. Et famoſum pro infami ⁊ turpi vt famoſa mulier: que noſcitur impudica eſſe. ſit imperioſus oſtentator imperij in exercēda ſeuitia: qualis Torquatus apud Liuium qui filium ſeuitia ob imperium conteptum occidit. Unde imperioſus appellatus eſt. Verum glorioſus ⁊ imperioſus quando honeſte ſignificāt ſunt pro gloriam imperiumq; habente. habitonē plenitudinemq; ſignificāt. Qm̄ ibone

Aioſus
Ingenioſ⁹
Lacertoſ⁹
Neruoſus.
Nomina in oſus a verbis
Fraudulo ſus
Meticuloſus
Sōniculoſus.
Siticuloſ⁹
Mōtuoſ⁹.
Saltuoſ⁹
Tortuoſus
Fetuoſ⁹ et nō fetoſus.
Odioſus
Inuidioſ⁹.
Terentius
Odium
Licero
Licero de oratore
Inuidia

Iſti duo v̄ſus ſunt in eo libello q̄ Lato dicit
Terenti⁹
Saluſtius
Formidoloſus
Laborioſ⁹.
Operoſus
Licero.
Ouidius.
Voluptuoſus.
Religioſ⁹.
Glorioſus
Famoſus
Imperioſus:
Alij famoſus legunt:
Iuuenalis

ſte affectionē: vt dixi. Siſr queſtuoſus et ſumptuoſus ab affectione magis ꝙ ab habitione ſiue plenitudine veniunt.

Queſtuoſꝰ
Sūptuoſꝰ

Queſtuoſus hō ē auidior queſtus et lucri vndiqꝫ lucella queritans. Sumptuoſus qui auidior eſt ſumptus: ꝙ queſtus: ⁊ immoderatū ſumptū facit. i. immoderatas īpenſas. Hec duo magꝭ poſſunt accipi actiue ꝙ paſſiue: magiſqꝫ ad hoīes pertinēt: vt hō queſtuoſus: hō ſumptuoſus.

Luctuoſus

Luctuoſus vo magis ad rē: vt res luctuoſa: hoc eſt plena luctu. Neſcio an liceat ď hoīe miſero ⁊ afflicto dicere hō luctuoſus: ſicut fortuna huius luctuoſa.

Induſtriꝰ

Ab induſtria aūt nō habemꝰ induſtrioſus: ſꝫ induſtrius: nec a virtute virtuoſus more grecoꝝ: q̄ nō deriuant aretos: licet habeant aretos: ſed pro illo dicunt tū [illegible] i. bonus: tū ſtudioſus [illegible] Ariſtotele teſte ⁊ alijs quibuſdam teſtantibus: quod Cice. ad Herenniū imitatus eſt dicēs. Adeoqꝫ bonis viris et ſtudioſis amicus erat.

Studioſꝰ
Moroſus.

Moroſus a more venit: non a mora. Primā em̄ habet lōgā: vt mos moris. Significat eū qui nimis exacte: nimiſqꝫ ad vnguē fieri oīa poſtulat: vt aliqn̄ ob id indignetur: atqꝫ iraſcat: vt Sue. de Ceſare. Circa corporis curā moroſior: vt non ſolum tonderetur diligēter ſꝫ etiā velleret. Et idē de Tiberio. Sed affectiōe ⁊ moroſitate obſcurabat ſtilū. Cice. de ſenectute: At ſūt moroſi ⁊ anxij: et iracundi ⁊ difficiles ſenes. Et idem .ij. de oratore.

Suetoniꝰ
Cicero

Me quidem hercule ita valde mouēt ſtomachoſa: ⁊ quaſi ſummoroſa ridicula. Nā cū a moroſo dicuntur: tum em̄ non ſal: ſed natura ridet. Suetonius accepit ꝓ cupido nimis exacte diligentie. Cicero vero adiūgit impatientiā ⁊ iracundiā. In ſignificato tamē illo ſuperiore poſuit in oratore: vſqꝫ adeo moroſi ſumus: vt nobꝭ nō ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes.

Curioſus

Deniqꝫ ſic dicitur moroſus a nimia diligentia ⁊ ſeueritate: vt curioſus a nimia cura quotiens plus diligētie ꝙ oporteat impēdimus rebus vel noſtris vel alienis. Noſtris cū minutiſſima queqꝫ diſquirimus vt nullius frugis. Alienis cū de rebus cęterorum occultioribus non ſatis cum pudore perſcrutamur: aut interrogamus.

Incuria Calepino hoc non placet
Cerebroſꝰ.
Pānoſus

Sed non tā a cura curioſus videtur deſcendere: ꝙ a curia: cuius compoſitum eſt magis in vſu incuria. i. negligētia: tametſi curia a cura vocatur. Atqꝫ vt curioſus a peruerſa cura vocat: ita et cerebroſus a peruerſo cerebro. Unde Horatius. Donec cerebroſus proſilit vnus. i. inſanus ⁊ peruerſi cerebri. Pannoſus ⁊ ipſum aliquid differentie hꝫ. Is em̄ pannoſus dicitur qui craſſo pāno ac viſi opertus eſt: nec hoc niſi de paupere dicitur: q̄ exempla ſunt plurima.

verba iſco.

¶ Epitome capitis .xxiiij.

¶ Uerba in ſco que potiꝰ meditatiua ſeu exercitatiua ꝙ inchoatiua dicenda ſunt: nō inchoationem ſed exercitationem ſeu paſſionē intrinſecus prouenientem connotant: cum in ſio finita extrinſecus illatam ſignent. Neqꝫ carent p̄teritis: ſed ea a perfectis mutuata ad ſuam ſignificationem trahunt. Sepe autem pro perfectis poſita leguntur.

Vide differētiā inter caleſco ⁊ caleſio

¶ Caleſco igitur cum intrinſecus calorem recipio. Caleſio cum intrinſecus. Calui calorem recepi potius ꝙ calidus fui ſignificat. Ceterū nō deſunt qui poſt doctrinam Valle audent Priſciano ſubſcribere: vt Sulpitius Uerulanꝰ vir artis doctus. neqꝫ ſatis firma videntur valle argumenta. Nam non ideo inchoatiua nūꝙ ſunt ꝙ cum verbo inchoo aut incipio reperiuntur.

Alexander

Quia vt dicit Alexāder. Equiualens geminis harum ſi iungitur vni. Dictio pro reliqua tātūmodo debet haberi. Neqꝫ repugnat quē egreſcere. i. fieri aut incipere fieri egriorem medendo: aut ſordidū ſordeſcere adhuc. i. inſordidiorem eſſe: ⁊ accipere nouos gradus ſorditatis. Qui vero dicūt carere p̄teritꝭ: ſi de ꝓprijs ꝙtū ad formationem intelligūt nihil mētiunt: vſurpant tū voces preteritorū ſuoꝝ perfectoꝝ.

¶ De verbis inchoatiuis falſo ſic dictis. Cap. xxiiij.

Grāmatici auctores vno ore vniuerſi: qui de hac re ſcriptum aliquid reliquerunt aiunt illa verba in ſco: vt caleſco: frigeſco: ſignificare inchoationē: ideoqꝫ inchoatiua illa ī ſo. vt viſo deſiderium. ideoqꝫ deſideratiua: illa in rio: vt eſurio meditationē: ideoqꝫ meditatiua appellari: in quibus oībus ab oībꝰ diſſentio.

verba i ſco

Sꝫ Priſciano eruditoꝝ nuperrimo potiſſimū rn̄debo: qui vt ordinē ſequar: inquit in illo Verg. verſu. Aegreſcitqꝫ medendo. ſignificare ichoationē.

Priſ. notat

Qualem medicū voluit eſſe Priſcia. quo curante quis incipiat egrotare ꝙꝙ quō curari quis ante poſſit: ꝙ egrotus ſit. Neceſſe ē ergo vt ante egrotare cepit. Et cū dr̄ egreſcere intelligatur inter medendū egriorē fieri. Et hoc de turno Ver. intellexit: cuiꝰ augebatur egritudo ad Latini ſalubria cōſilia ſicut de Didone priꝰ dixerat. Expleri mentē neqt: ardeſcitqꝫ tuēdo.

Vergilius.

Quid igitur attinet exēpla repetere: cū nunꝙ in ſenſu ichoatiōis reperiat. An illō apō Quinti. hoc ſignat: Tenuit conſuetudo: que quotidie magis inualeſcit: Aut illud Ciceronis. Quāto plura ille miſcebat: tanto hic magis indies cōualeſcebat.

Quītilianꝰ
Cicero

Et illud eccleſiaſticum. Qui ſordet ſordeſcat adhuc. Quō poteſt quid quotidie incipere validū fieri: ⁊ quidē magis: qō dicit reſpectu precedentis: ad inchoationē nihil precedit: aut quō quod ſordet poteſt incipere ſordere: ⁊ ſordeſcere adhuc. i. magꝭ ꝙ quid magꝭ: certe ꝙ antea inceperat. Sed quid ibi diſputamꝰ cum dicat qui iam ſordet ſordeſcat adhuc quaſi ſordidior fiat: non autem ſordere incipiat: quia iā ſordet: ideoqꝫ grece ⁊ hoc ⁊ cetera hmōi verba per paſſiua explicant: ⁊ illō grece ſordeſcat nihil aliud eſt ꝙ ſordidet.

Plautus
Maceror
Maceſco

Plautus in captiui duo. Ego q̄ timeo merore maceror: maceſco cōſeneſco: ⁊ tabeſco miſer. Pro eodē pene accepit maceror ⁊ maceſco: niſi ꝙ maceror ad animū magis pertinet quaſi affligor: maceſco magis ad corpus. Videtur autem ratio velle dici

potius macreſco vt nigreſco: pigreſco: egreſco ſed etiã dici poteſt maceſco: vt aceſco: crebreſco: tamen potius dixerim q̃ crebeſco. Uerum ad rẽ. E diuerſo Uer. Maria icipiũt agitata tumeſcere. Et iterũ. Fluctus vbi primo cepit cũ albeſcere põto. Et iterũ. Sin i pceſſu cepit crudeſcere morbus. Ubi q̃d opus erat dicere q̃ incipiat res tumeſcere: albeſcere: crudeſcere: cũ ſatis imo magis pprĩu fuiſſet dicere q̃ tumeſcãt albeſcãt. crudeſcebãt. i. q̃ incipiebãt: ſiue inchoabãt tumere: albere: ſiue crudere. Quid ergo ſignificant verba inchoatiua: Nẽpe (vt breuiter finiã) q̃d verba cõpoſita cũ fio caleſio frigeſio: tepeſio: ardeſio: q̃ ideo in vſu nõ ſunt. q2 ſuperuacuũ eſſet nos duas voces habere idem ſignificantes. Nec niſi vbi alterũ deficit: alterius preſidio vtimur. Caleſcens p caleſiens: pateſcens p pateſiens cũ vtrũq3 reperiatur: pareſco & pateſio. Quãq̃ ne in ſimplici quidẽ ſuo reperitur fiens: nec q̃d ab hoc formaret fiendum Dicimus itaq3 caleſcens & calefaciendus. Nec deſunt qui fiens vtant. ſed in eo de quo loquor ſignificato: vt in pſal. xi. Et factum eſt cor meũ tanq̃ cera liqueſiens in medio vẽtris mei. Cũ in alia tranſlatione dicat liqueſcens: ex quo liquet eiuſdẽ vtrũq3 eſſe ſignificatiõis. Idioma te quoq3 italico atq3 hiſpano: q̃d ex italico oriũdum eſt aſtipulante: apud quod pene latina voce hec verba pronunciantur: & certe in hũc quẽ ego dico ſenſum quale eſt hoc omni die macreſco. ogni di magriſco. per quod incremẽtã aſſiduum atq3 continuum declaratur nõ inchoatio q̃ ſi quid inter hmõi verba in ſco et in fio intererit: hoc eſſe arbitror: q̃ hec in ſco paſſionẽ in ſe habẽt: illa vero extrinſecus allatã: vt in egypto Ceſar cum hoſtes fugeret: elata leua natabat: ne libelli quos tenebat madefierent: meli9 q̃ madeſcerent: & cum fores aperiuntur: meli9 pateſiunt dicitur q̃ pateſcũt. At cũ quis in balneo ſudore irrigatur: & fores ſuas ſpõte aperiũtur: magis ille madeſcit q̃ madeſit: & he magis pateſcunt q̃ pateſiunt. Inchoatiuorũ autẽ pterita dicuntur eadem eſſe: que primitiuorũ tñ pauciſſimis cure eſt dignoſcere quãdo a primitiuis ſunt: quãdo ab inchoatiuis; quorũ multũ differt ſignificatio: licet crebrior ſit illa inchoatiuorum: vt pinguit: macruit: frixit: caluit: idẽ eſt q̃d pinguis factus eſt. non aũt pinguis fuit macer factus eſt. & frigidus & calidus factus ẽ: non autem macer: frigidus & calidus fuit. Nã pinguet idẽ eſt q̃d pinguis eſt: macret: friget: calet idem q̃d macer eſt: frigidus eſt: calidus ẽ. Quorum preterita ſunt. pinguit: macruit: frixit: caluit. Uix vnq̃ in hoc ſignificato pinguis: macer: calidus fuit: ſed in illo pinguis: macer: frigidus: calidus factus eſt: vt etiã ex hoc apertius patebit exẽplo. Tã cito macruiſti: tã ſero pinguiſti: nõ id ſignifico q̃ tam cito macer: aut tã ſero pinguis fuiſti: quaſi nũc talis nõ ſis ſed q̃ macer aut piguis factus es: atq3 etiã talis es ſiue tunc eras: ſiue de alio tempore loquimur. Que preterita quiã a primitiuis nõ veniunt vt

Uergilius.

Uerborum in fio ſignificatio.

Nota Fiẽs nõ dr nec fiendi. do. dum.

Idioma hiſpanicum

Uerba i ſco & in fio q̃d differant

Uerbor in ſco pterita

Uide differentiam inter pinguit de pingueo & pigueſco.

ſignificatio indicat: neceſſe eſt veniant a deriuatiuis in ſco. vnde probatur etiã inchoatiua nõ ſignificare inchoationem. Quare Seruius viderit q̃ his verbis preteritũ non tribuit: quorũ frequentius eſt q̃ ſuorũ primitiuorũ. Nã q̃d ait q̃a inchoatiua ſunt: ideo carere pteritis: caſſa ratio eſt: cũ ipm verbo inchoo etiã pteritum habeat. Uerũ hec verba nec inchoatiua ſunt et pteritũ habẽt. Illud tranſeo: q̃ multa ſunt q̃ pro ſuis primitiuis accipiunt cõticeſco: adhereſco: deliteſco: concupiſco: labeſco: obdormiſco: contremiſco: expaueſco: et his ſimilia.

¶ Epitome capitis. xxv.

¶ Uerba in ſo tertie cõiugationis a Priſciano deſideratiua vocata: actum corporis non affectum mentis important: ideoq3 potius inchoatiua vocari debeant. vnum autem faceſſo preter communem ſignificationem que eſt factum cor: vel facio ſepe accipitur p eo quod eſt ad recedendum cor: vel recedo.

De verbis in ſo.

Faceſſo

¶ Quod inde tranſlatũ videtur quia qui ad faciendum it recedit.

De verbis deſideratiuis male ſic vocatis Cap. xxv.

Nam que idem author deſideratiua appellauit: ipſius quoq3 exẽplo oñditur nequaq̃ eſſe deſideratiue ſignificãtie. Hoc eñi exẽplum ille affert. Uerg. viij. Nã memini Heſione viſentẽ regna ſororis. Laomedontiaden. Priamũ viſetẽ dixit p cupientẽ videre: q̃d greci

Uerba i ſo. Lib. viij. xi ſo.

Uergilius.

Idẽ & in eodẽ exẽplo. Ser. dixerat Simile ẽ facio faceſſo: capio capeſſo. lacero laceſſo: arceo arceſſo: accio acceſſo: q̃ poſſumus nõ incõgrue deſideratiua noiare. Sed quero a Priſciano cur magis Priam9 cupiebat videre ſororẽ: dũ iter faciebat q̃ cũ erat i Troia: Cur magis Priam9 q̃ ceteri aut cur ſol9: Poſtremo q̃s nouit voluntatẽ eius: Quid agat video: quid velit nõ video Quid ergo ſignificat viſere: Nimirum id quod agit Priam9 ire ad vidẽdã ſororẽ: q̃d frequẽtatiuũ ipſi9 declarat viſito. Itaq3 actũ corpis hec ſignificãt verba nõ affectũ mẽtis viſo vado ad videdũ: nõ aũt cupio videre Cic. ad Atticũ. Cupio equidẽ & iãpridẽ cupio alexãdriã reliquãq3 egyptũ viſere. i. vt ego ſentio ire ad vidẽdũ. aliter dicẽdũ erat viſo eãdẽ & iampridẽ viſo: quo certe mõ ne Priſc. quidẽ ipſe loq̃ auderet Uſurpam9 tñ hec verba: queãdmodũ de ſuperiorib9 teſtat9 ſũ p eor pmitiuis: vt miſſi ſũt legati viſendi cã. i. videdũ: q̃d certe ita exponi nõ poteſt cauſa videre cupiẽdũ: tolerabilior q3 mea ſ. ita ſorer cauſa vt eãt ad videndũ. Similiter faceſſo eo ad faciendũ vel facio. Uerg. Haud mora continuo matris pcepta faceſſit. Frequẽtius tñ accipitur pro eo ad recedendum: vel recedo. Ut Liui. li. i. Faceſſe hinc Tarq̃nios aut corinthus Capeſſo eo ad capiendũ vel capio. Laceſſo eo ad lacerãdum vel lacero puocãdo. Acceſſo: vel arceſſo vtrũq3 p eo ad vocandum vel voco. Teren. in and. Obſtetricem acceſſo: quidam et in

Uerba i ſo. actũ corporis non mẽtis affectũ deſignant

Faceſſo

Uergilius.

Capeſſo Laceſſo Arceſſo

quarta coniugatione vtuntur: vt ibi. Mitte in Joppen ⁊ accerſi Simonem quendam q̄ cognominatur petrus.

Epitome capitis.xxvj.

De terminat. in rio.

¶ In rio finita non meditatiua ſed potius deſideratiua aut optatiua vocāda ſunt. vt parturio deſidero aut opto parere

Notabile

¶ In ſco ergo meditatiua. i. exercitatiua: in rio deſideratiua: in ſo inchoatiua: aut initiatiua vocabuntur. Ea vero que frequentatiua aut iteratiua dicuntur rectam obtinent appellationem.

De verbis meditatiuis non recte ſic vocatis. Cap.xxvj.

verba i rio.

Commodius aūt deſideratiua atq̧ optatiua vocarent̄ ea que noiant̄ meditatiua in rio. parturio eſurio. Cic. vtinā alq̄ dolor populi Ro. pariat qd̄ tādiu parturit. Et Liui. Et qd̄ diu parturit anim⁹ veſter aliqn̄ pariat affectū ſignificauit: nō cogitationē aut actuz corporis q̄ per hoc vbū indicat̄. vn̄ meditatio armoꝝ: meditatio declamādi: meditatio gladiatoꝝ. i. exercitatio Eſurio cupio edere. Quin. Pater filios eſurit. Valer⁹ Martial. viij. epigrēmatuz In oīb⁹ vacerra q̄ cōclamib⁹ cōſumit horas. Et die toto ſedet: cenaturit vacerra non cacaturit. i. cenare cupit: nō cacare vel dicamus hec accipi ꝓ primitiuis. Scaturio magis ꝓ ſuo primitiuo ſcatet ponit̄: qd̄ eſt nō ſolū aquarū: ſed herbaꝝ ceteroꝝ ſua ſpōte vbertim naſcētiū. Quin ſi volum⁹ ſua quibuſq̧ apta tribuere vocabula nec a cōſuetis recedere ea q̄ ſunt in ſco appellemus meditatiua. i. exercitatiua. Qui eñ caleſcit ſiue caleſit q̄ſi meditat̄: atq̧ vt caleat exercet̄. Teren. Nūc vide vtrū vis argentū accipere. an cauſaz meditari tuā. Ea in ſo inchoatiua: hec in rio deſideratiua. Atq̧ hāc opinor fuiſſe veram ⁊ germanam verborum ſignificationem: quam antiquitus impoſitam poſteritas deprauauit.

Cicero
Parturio
Meditor
Eſurio
Cenaturio
Cacaturio
Scaturio.
Terentius

Epitome capitis.xxvij.

¶ Nomina ſubſtātiua preſertim cū verbis affinitatem habētia gerūdiuz in di legitime ſibi aſſociant: q̄ ſi infinitiuū habeant grecam facient locutionez. Adiectiua vero que preſertim gtm̄ nō regunt infinitiuū verbū efflagitāt. Que vero ⁊ nomina ⁊ participia eſſe poſſunt: dum nomina gerūdiū: cū participia ſunt infinitiuuz deſiderant. verboꝝ aūt quedā tm̄ poſtulāt gerundiuum acc̄i caſus cū ꝓpoſitiōe: vt induco: voco ſto: ſedeo: vado: ⁊ ſimilia. Nō eñ niſi more greco cum verbis motuz importātib⁹ infinitiuum cōſtruas. Quedā tm̄ infinitiuū vt iubeo: cogo: cogito: timeo ⁊ ſīlia: q̄dā vtrūq̧ vt hortor: flagito: paratus ſuz: aptus ſum: idoneus ſum ⁊ ſīlia.

Nota

¶ Subſtātiua hoc mō gerundiuū regētia ſunt hmōi tps hora: loc⁹: ſpaciū: ociū: opportunitas idoneitas: aptitudo: occaſio: amor: ſpes: cupido: deſideriū: fames: ſitis: auiditas. Grecā aūt figurā cenſet Seru⁹ eneid. ſcdo cū dicit̄. Sed ſi tant⁹ amor caſus cognoſcere noſtros. Quod latine diceret̄ caſuum noſtroꝝ cognoſcendoꝝ aut cognoſcēdi caſus noſtros. Quādo aūt infinitiuus pro ſuppoſito ponitur: nō eſt locus gerūdio: vt optima res eſt agricolare: non agricolandi. Item non eſt mihi opus mō reſpondere non reſpondendi. Adiectiua infinitiuum poſtulātia ſunt dign⁹ amari. dignus hr̄e multa opes letus me bene valere. Participia que in nomina migrare poſſunt ſunt timens: cupiens. peritus ꝓ̄ptus ꝯſuet⁹: cupid⁹: timid⁹: auid⁹. Ut timēs nauigare ⁊ nauigādi. Sīl' eſt de ſubſtātiuis vt habeo mādatū aut p̄ceptū cōueniēdi te aut tui ꝯueniēdi. Mādatū eſt aut p̄ceptū ē mihi te ꝯuenire. aut vt te cōueniā. Quia vero gerūdia in di raro admodū paſſiue accipiūt̄: ponem⁹ infinitiuū paſſiuū cū dictis pticipijs: nō gerūdiū i di niſi ꝓponat̄ gtūs paſſiue ſignificās ⁊ gerūdiuz fiat gerūdiuuz nomē: vt mulier ē cupida videri nō vidēdi niſi ſit ſui vidēde. Sū tui vidēdi cupidus: mei ꝯmēdādi ⁊c. Itē cū Verg. dicit enei. p̄mo. Non nos aut lybicos ferro populare penates Venimus. Et euang. Vado piſcari: latin⁹ dixiſſent ad populandos ⁊ piſcatū.

Exemplificat
Seruius.

De infinitiuo: vbi gerundio potius vtendum ſit. Cap.xxvij.

Gerundiū in di.
Infinitiuū

Quedā oratiōes infinitiuuz magis poſtulāt: q̄dā gerūdiuz: q̄dā vtrū ꝗ. Adiectiua magis īfinitiuū ſiue actiuū ſiue paſſiuū Subſtātia gerūdiū gtī dūtaxat caſus. Nā de accuſatiuo mox dicā. Tu es dign⁹ habere opes: Tu es dign⁹ honorari. Tu es letus me bn̄ valere. tu es let⁹ me honorari. Rurſus tēp⁹ ē gaudēdi: loc⁹ ē ex poſtulādi cōmoditas ē alloquēdi. Participia aūt ⁊ multa adiectiua a vbis deriuata vtrāq̧ formā ſibi vendicāt. Sed pticipia iūcta infinitiuis dicūt̄ ſeruare viz pticipiorū iūcta gerūdio viz noim. Timens nauigare. ⁊ nauigādi: cupiēs diſcere ⁊ diſcēdi: doct⁹: perit⁹ ꝓ̄pt⁹: ꝯſuet⁹ cātare ⁊ cantādi. timid⁹: cupid⁹: auid⁹ nauigare ⁊ nauigādi. Nā illō admonitione nō indiget: optīa res ē agricolare: recte dici optīa res eſt agricolādi dici nō recte: q: ſic illō reſoluit̄ agricolare eſt optīa res. hoc reſolui ſic nō pōt. agricolādi eſt res optīa: niſi forte dure ⁊ aſpere ſic. Ipſa eñ res agricolādi eſt optima Quare illū nō ꝓbauerim: q̄ dixit nō ē mihi op⁹ reſpōdēdi: cū eſſet dicēdū reſpōdere: vt ſit ſuppoſituz me reſpondere. opus vero appoſitum. Itē habeo mandatū a patre cōueniendi te: latine dr̄: mādatū eſt mihi a patre cōueniēdi te. dicitur non latine: quia mandatū hic verbum eſt: vnde non poteſt regi hmōi gerundium: illic nomē ſubſtātiuum vn̄ regit̄ gerundij gtūs: niſi in vtraq̧ orōne exceptiōe vtaris In prima quidē vt ſic itelligas: hēo a pr̄e mādatū conuenire te. i. hoc ipm̄ conuenire te. In ſcda vero vt mandatū ſit nomē: non verbū aut participiū: quaſi mandatū adeſt mihi. Ad quā tergiuerſationez cōfugere nō poterit quiſpiam in talibus exemplis Habeo in tabulis publicis a patre mandatum conueniēdi te. hic nō poterit dicere conue

Optīa res ē agricolare non agricolendi.

nire te. Itē eſt mihi iniunctū mādatū cōuenire te. vbi dicere nō poteris cōueniēdi. Cice. tñ ad vxorē nouo quodā mō locut⁹ eſt: cum in aīo habere nauigādi, p eo qđ eſt nauigare: vt lib. i. de diuinatione. Haberetq; in aīo nauē conſcenderet: itaq; ſubintelligit propoſitū ſiue voluntas: ſicut in illo fit apud eūdē. Cū illi⁹ dici mihi venit in mentē. Et alibi. nō minus ei venit in mētem poteſtatis φ̄ equitatis tue. Ubi quidā volunt accipi gtm̄ p nō. Mihi potius placet ſubintelligi conditio ſtatus qualitas illi⁹ dici: tue poteſtatis: tue equitatis: aut aliquid ſimile: ita hic ppoſitū ſiue volūtatē: vt ſit cū haberem in aīo ppoſitū nauigādi. Uenio nunc ad actm̄ gerūdij. Dicimus itaq; induxi te ad nauigandū: nō aūt nauigare niſi more grecorum: qui cū carent gerundio funguntur infinitiuo cum articulo: raro ſine eo licet nunc quidam frequētiſſime vtantur: vt nō veni ſoluere legē: ſed: ad implere: pleriq; eruditorū dixiſſent: non veni ad ſoluēdā legē ſed ad implendā: quos ⁊ ipſe nunc imitor: ⁊ imitādos oībus arbitror. Quam enī cām habes: vt alienā linguā ſecteris relinquas tuā: φ̄ φ̄ ne illā quidē ſeqris cū careas articulis qbus greci vtunt: ⁊ qđ illi hñt cathoti tu malis dicere quia aut qm̄: φ̄ φ̄: vt in eodem putatis quia veni ſoluere legē: cū eſſet dicēdū φ̄. Sed ad rem vocaui te ad currendū non currere. Sto ad pdandū non predari: ſedeo ad audiendū non audire: vado ad venandum non venari. Rurſus iuſſi te arare non ad arandum: cogito inſidiari non ad inſidiandum: timeo edificare: non ad edificādū. Quedā verba cum vtroq; cōueniunt: hortor te ſtudere ⁊ ad ſtudendū: flagito reſpondere ⁊ ad reſpondendū: parat⁹ ſum ſcribere: ⁊ ad ſcribendum. Ego ſum aptus pugnare ⁊ ad pugnandū. Ille eſt idoneus militare ⁊ ad militādū. Que oīa rara ſunt. Nā pleraq; hmōi actm̄ poſtulāt: vt bon⁹: vtilis: cōmodus: mal⁹: iutilis: in cōmodus ad militandum.

(Margin: Cicero. In aīo hēo. In mentē venit. Gerundiū in dū. Quia p φ̄. Nota. Uerba tertium gerūdium ⁊ infinitiuum poſſentia.)

¶ Epitome capitis. xxviij.

¶ Fore quia futuri temporis ſignificationē hʒ reſpuit pticipia: niſi in noīa migrēt. Cōpoſita a fore futurū quoq; tps cōnotāt: ſʒ abſolute fere pnunciant. Fore aūt ⁊ fores foret nō differunt ab eſſem eſſes eſſet eorūq; cōſtructionē habēt. ¶ Nō ergo dicem⁹ amatū forē: ſʒ eē: aut amatorē fore. Qđ autē Ouidi⁹ dixit doliturus erit. ſenſ⁹ pōt eē ſi qs erit q̄ poſtmodū ſit doliturus itaq; duo futura nō coincidāt. Nā he pn̄t ſil' verificari Nemo ē antichriſtū viſur⁹: ⁊ erūt mlti āticriſtū viſuri: ſi q̄ cū videbūt nōdū ſūt. Ciceronianū aūt qđ Mācinell⁹ adducit poſſumus cōſtruere: vt fore nō dr̄ pticipio ſic. diuinarē fore. i. futuꝝ eē ſtudiū tuū mihi aliqñ expetēdum ſubaudi eē. digeſt. exēpluꝝ cū authore militat q̄ dicit idē eē forē ⁊ eſſem: ſi q̄ rite dr̄ pſtandū eēt etiā pſtādū foret. Calepin⁹ aūt ſic. Cōſtruit fore q̄n etiā cū pticipio pn̄tis tpis. qđ ē contra Uallā Ceſar Nonulli etiā Ceſari nūciabāt cū caſtra moueri: aut ſigna fieri iuſſiſſet: non fore dicto audiētes milites. Uerba aūt Mancinelli ſunt. Participiū paſſiuū futuri etiā ſi in nomen nō reuertit legim⁹ recipere fore. Tulli⁹ eñ lib. iij. epl'aꝝ familiariū in epl'a q̄dā ad Appiū pulchrū ita ſcribit. Quaſi diuinarē tali in officio fore mihi expetēdum aliqñ ſtudiū tuū. ſic cū de tuis reb⁹ geſtis agebat inſeruiebā honori tuo. Et lib. ix. digeſtoꝝ ſic legit. Sufficeret id pſtare qđ pſtādū foret. Sed tñ aſſeris idē eē fore fores foret: qđ eſſē eſſes eēt. Ouī. φ̄ pticipio futuri in rus erit futuri vocē cōiūxit metamor. ix. Si qs tū hercule ſi qs. Forte deū dolitur⁹ erit te. De pticipio i o⁹ nil affero cū id paſſiꝫ legat. Que eñ rara inuētu ſunt tñ obſuo. Hec ille.

(Margin: Fore. Exempla Ouidius. Calepinus. Mācinelli lima. Mācinell⁹. Time finis.)

¶ De fore: affore: defore. ab fore: cōfore, pfore. Ca. xxviij.

Fore quidē habet vocē infinitiui: vt eē: ſignificationē verò pticipij qđ ē futurū vna cū infinitiuo eē. Idē ē eñ fore qđ futurū eē nō tñ eē: licꝫ forē fores foret idē ſit qđ eſſē eſſes eēt. Quare cū noīe iūgi debꝫ fore: nō cū pticipio ne duo pticipia ſimul cōfundam⁹. Spero te amatorē vl' amicū fore. nō aūt amaturum fore: ſed tñ amaturū: ne videaris hoc dicere te futurū amaturū qđ ratio nō patit: cū futurū ſupuacuū ſit. Idē de pticipio paſſiuo futuri. Timeo te verberādū fore ſatis erat verberādū: vel adiūcto infinitiuo: verberādū eē. Participia autē pſentis tēporis ⁊ pteriti videt min⁹ cōmunionis habere cū fore: qđ ad futurū ſpectat: φ̄ pticipia futuri tēporis: tñ plus habēt. Ibi. n. id nō ouenit q̄ ſupuacua ſignificatio eſt: qđ hic nō fit. Eo φ̄ ſepe cū iſtis cōiunctū illud fore reperim⁹: ſed ita ſi traſeunt in nomē alioqn nō ꝯgruāt diuerſoꝝ tēpoꝝ eodē in loco pticipia: vt ſpero te ſapiētē fore: credo me amātē tui fore: nō te. Seruāt eñ naturā noīs: nō pticipij. Opinor te acceptū illis fore: nō ab illis. Cic. Spero amicitiam noſtrā notā poſteritati fore: nō dixit a poſteritate. Quod ſi qñ reperiat regere naturā verbi: quid mirū cum etiā nomē ne ſit: an participiū dubitari poſſit: et putari potius nomen: vt ego ſum dilectus ab oībus: ⁊ ego ero dilectus ab oībus. Nō eñ hoc eſt participiū pn̄tis tēporis aut futuri: nec tēpus perfectū indicatiui: nec futurū ſubiūctiui: ⁊ tñ cū pn̄ti iungit ⁊ futuro: propter qđ debet potius nomē videri: ſicut ⁊ pticipium paſſiuum futuri in nomē reuertit tūcq; recipit fore. Ut ſpero hūc puerū admirandū virū fore. i. admirabilē. Cōpoſita aūt a fore nullā cōtrouerſiā hñt: q̄a fere nuda ponunt ſine noīe et ſine pticipio. Affore. vt Uergil. Affore cernetis. Statius tñ li. i. Thebaidos videtur accipere p ſignificatione pn̄tis. Senſit manifeſto numine ductos Affore quos nexis ambagibus augur Apollo Portēdi generos vultu fallente ferarū Ediderat. Defore. vt. M. T. cōtra Rullū: Uerū arbitrantur nō defore qui illā reſtituerent. Abfore quod minus in vſu eſt: vnde dicuntur ab futuri: Confore et profore apud comicos. profore. Ut Horatius. Que nocuere ſequar: fugiam

(Margin: Fore. Cicero. Cōpoſita a fore. Affore. Statius. Defore. Confore Profore Horatius.)

que profore credam: id eſt profutura eſſe

❡ Epitome capitis .xxix.

**Supina**

❡ Supina: quia neqꝫ genꝰ: neqꝫ numeruʒ neqꝫ caſum more noim habent non noia: ſed verba cenſenda ſunt. Gerundia vero quia caſum nominalem habent ⁊ regūt poſt ſe in ſignificatione vtiqꝫ actiua: participialia verba vocari ſolēt. Differunt tamen a participijs tam gerundia ꝙ̄ gerundiua noia: ꝙ participia tēpus ſine rei adminiſtratione conuotant: gerundia rei adminiſtrationem ſine tēpore. Habent aūt gerundiua nomina caſus omnis: ſed nullum regunt: veruʒ reguntur cum ſubſtantiuis ſuis in eodem caſu.

❡ Supina non habere genus: numerū: aut caſum patet: quia indifferenter dico. Vado ſcitatum oraculuʒ ⁊ oracula. Sortes ⁊ libros ſybillinos. Gerundia hr̄e caſuʒ patet. q: regunt̄ in gtō. actō: ⁊ ablatiuo more noim vt ſtudio vidēdi patres.

**Locutiões incongrue.**

Oblectatus ſum inter videndum patres: aut vidēdo patres. Dixi poſt ſe habere caſum: quia ante ſe nullū regunt. Unde. In conueniendo populos in vnū. In cōuertendo dn̄s captiuitateʒ: ⁊ ſimiles nō ſunt latine locutiones. Nec dices ſcribentē habēdum eſt calamuʒ: ſed ſcribenti opus eſt calamo. Addidi in ſignificatione vtiqꝫ actiua: quia in paſſiua abſolute ponuntur: vt res ad intelligendum difficilis: fit facilis ſepe repetendo. i. dum ſepe repetitur. In di vero raro admodū paſſiue legūtur: niſi fiant gerūdiua noia aut pluralis numeri: vt ſtatiʒ dicam. Gerūdiua autem nomina eodeʒ modo declinantur: vt participia in dus. ſed non ſignificant tempus vt illa.

**Vergilius.**

Ut eneid. vij. Turne quod optāti diuū pmittere nemo Auderet: voluēda dies en attulit vltro. Voluēda inquaʒ dies nō q̄ voluetur: aut volui debeat in futuro: ſed volubilis: ⁊ que tūm voluebatur. Significat ergo adminiſtrationem rei. i. formam rei gerende. vnō ⁊ gerundia dicta ſunt: Reguntur autem cū ſubſtātiuis ſuis: ſicut cetera adiectiua: vt dies voluenda attulit: habeo rationē diei voluende. Accōmoda te diei voluēde. Obſerua diem voluendaʒ. O dies voluenda quid attuliſti nobis: Terreor a die voluenda: ⁊ ſic de alijs. Quia vero doctrina authoris cōfuſius traditur ꝙ̄ vt facile capiatur, dicemꝰ diſtinctim q̄ reſtant de ſingulis.

**Gerundia in di ⁊ gerūdiua gti caſus.**

❡ Gerundia in di a ſubſtantiuis affinitatem p̄ſertim cum verbo habentibus ⁊ quibuſdam adiectiuis genitiuū regētibꝰ regūt̄: idqꝫ fere in ſignificatiōe actiua: in qua poſt ſe caſuʒ ſui verbi regere poſſunt: concinniuſqꝫ ponunt̄ ꝙ̄ gerundiua quotiens interuenit relatiuū.

**Differētia inter gerūdiū ⁊ gerūdiuuʒ**

Paſſiue aūt nō inueniſte pro gerundiuis ponunt̄ cū genitiuo plurali: quaſi vtriuſqꝫ ſint numeri et generis ois. Gerundiua aūt noia genitiui caſus ab eiſdē a quibus ſubſtantiua ſua regunt̄ ſed nullum regunt caſum: recipiunt aūt cuꝫ genere diuerſas terminationes potiuſqꝫ paſſiuā ꝙ̄ actiuam rerum adminiſtrationē important.

**Exemplificat.**

❡ Exempla igit̄ ſūt. Rapior ſtudio vidēdi patrē: ſum cupidus vidēdi patrē nō vidēdi a patre. Pulchrius tamē, vt dicemꝰ loqueremur per gerundiuū nomē niſi interueniat relatiuū: cuiꝰ interuentu locū habet gerūdiū: vt hic dics attulit initiū dicendi q̄ vellē. nō eorū dicendorū q̄ vellē. Cū genitiuo plurali: vt veſtri adhortandi cauſa apud Liuiū. Nā gtūs p̄mitiuꝰ eſt a vos veſtrū vel veſtri: ⁊ iſtor nominandi apud plautū ſui irridendi apud Ciceronē q̄ exēpla in textu patent. Illud tn̄ plautinū manifeſtius erit ſi animaduerterimꝰ loqui de obſonijs multis quorū illi potiꝰ nominādi ꝙ̄ edēdi. hoc eſt comedēdi erat copia cū ea nō haberet: de gerūdio hoc ſit exemplū. Cupidꝰ ſuʒ patris vidēdi: matris vidende. templi videndi. parentum videndorū ſororum. videndarum. ſpectaculorum videndoruʒ: ſed ad vitandam ſyllabe coincidentiā non inepte dixeris videndi ſpectacula. Mancinellus docet etiam paſſiue capi gerundiū in di: ſed id rarenter ⁊ apud Iuſtinuʒ verba eius in fine huius ponentur.

**Gerundia in dum taʒ actiue ꝙ̄ paſſiue capiūt̄**

❡ Gerundia in dum conſtructa cū verbis ⁊ nominibus regētibus accuſatiuū mediātibus his prepoſitionibus ad. ob. propter. ante. inter ⁊ ſimilibus. tam actiue ꝙ̄ paſſiue capi poſſunt: ſed actiue ſuorum verborum caſum poſt ſe regunt. paſſiue nullum. vt apud Saluſtium ipſe ad imperandū vocaret̄. i. vt ei imperetur.

**Saluſtiꝰ.**

Cuʒ inter vero ſignificant fere quod imperfectuʒ ſubiunctiui addita particula cū. Gerundiua aūt noia accuſatiui caſus vtriuſqꝫ numeri ⁊ ois generis: cum eiſdeʒ conſtruuntur: aut ſine prepoſitione cum his verbis: loco: cōduco: mando: curo: habeo pro debeo. et ſimilibus.

**Exempla**

❡ Exempla patēt in textu: vt ad vidēdū ſpectacula. ob purgandū ſcelus, ꝓpter coronā obtinēdam. ante domandū. inter cenandū. i. cuʒ cenaret̄: aut cū cenaremus ſcōm exigentiam ſermonis premiſſi. Locaui vineā paſtinandā: habeo agros colendos ⁊c. Paſſiue accipitur cum dico Res eſt ad cognoſcendum facilis.

**Gerundia in do tā actiue ꝙ̄ paſſiue**

❡ Gerundia in do ſepe cū his prepoſitionibus de. e. ex. pro. pre. a. ab. abs. cum. in. et ſimilibus conſtruunt̄: ſepe ſine prepoſitione per motum ablatiuorum abſolute poſitoruʒ quaſi imperſonalium: et tam actiue ꝙ̄ paſſiue accipiunt̄: ſed paſſiue etiam poſt ſe nullū habent caſuʒ. Gerūdiua vero noia in do: taʒ datiui ꝙ̄ ablatiui ſunt caſus: regūturqꝫ a q̄bus dicti caſus idqꝫ in omni genere ⁊ vtroqꝫ numero. Refugiunt tamen verba motus de loco. Que etiaʒ in textu declarantur: Sunt qui velint gerundia datiui etiam caſus eſſe et poſt ſe verbi ſui caſuʒ regere: vt puer aptus diſcēdo rhetoricē ⁊ aptus docēdo rhetoricē a preceptore: qđ genus locutionis a Calepino poſitū: non prius recipiā ꝙ̄ apud aliquē idoneū inuenero: tametſi eam eſſe gerundij poteſtateʒ vt cōmuniter ſignificet nō ignoro.

**Calepinus**

Addere tamēn poſſumus q̄ venuſtius interdū vtimur gerundiuis noibus ꝙ̄ gerundijs.

**Idē ſermo varijs vbꝫ dici poteſt.**

❡ Poſſumꝰ itaqꝫ vnā reʒ multis modis et equi pario per gerūdia: vt veni cauſa vidēdi matreʒ ad vidēdū matrē. Nō audeā dicere pro vidēdo matrē. Scdo per gerundiua noia. vt cauſa ma-

tris vidende. ad matrē videndā. pro matre videnda. idq̄ vt dixi venuſtius. Tertio greco more nobis nō vſurpando: vt veni videre matrem Quarto per participia ī rus: vt veni viſurꝰ matrē. Quinto per ſupinū: vt veni viſum matrem. Sexto per verbum in ſo: vt viſo matrē. Septimo per verbū et particulam: vt quo aut ſimilē vt veni duntaxat quo matrē videam. vel vt matrem videam. non vt quicq̄ auferā. Paſſiue accipiuntur vt vriturq̄ videndo femina. i. dum videtur. vriturq̄ videndo feminam maſulus. qd abſurdū nō videt. Quis nō dicitur vritq̄ videndo femina a maſculo. Exemplū de gerundiuo

Cicero — abſolute poſito eſt apud Ciceronē in prologo officiorū. Orationem aūt latinam efficies profecto legendis noſtris pleniorem: pro eo quod vulgatiores dicunt legendo noſtra vel dum noſtra leguntur. et in eodem. Quis eſt enim q̄ nullis officij preceptis tradendis philoſophū ſe audeat dicere: hoc eſt tradendo nulla precepta

Mancinellus. — Verba mancinelli quibus probat gerundia in di etiam paſſiue capi ſunt hec. Amandi et huiuſmodi gerundia in di paſſiue quoq̄ pferri inuenimus.

Iuſtinus. — Iuſtinus enim: ſiue Trogus eſt. li. xvij. ita ſcribit Athenas quoq̄ erudiēdi gratia miſſus. de regio quodā puero dixit Et in prologo primi voluminis ait. Quod ad te imperator antonine non tam cognoſcendi q̄ emēdandi cauſa miſi. Hec ille. In quorum poſteriore ſi placeret: actiua ſignificatio inueniretur ſic cognoſcēdi. i. vt ipſum cognoſcas q̄ emendandi. i. vt ipſum emendes. Ex his que de comparatiuis et ſuperlatiuis dicta ſunt. deq̄ gerundijs et ſupinis dicentur. poſſunt inferri aliquot regule diſcentibus non inutiles: quarū hec ſit prima.

Pria regla — Gerūdia et participia inuenta ſunt vt plures actiones vni ſuppoſito ſine piunctione media tribuantur. quomodo primo participium deinde gerundium aut verbum ponere ſolemus

Probat regulā — Ut ſocrates primus moralis philoſophie p̄ceptor repertus non ſcribendo ſed docēdo more moratu ſcriptuq̄ digna: plurimum bonis moribus profuit.

Secunda regula.

Secunda regula. — Tametſi que eandem habent ſignificationē vt deriuata et primitiua eoſdē caſus regere poſſunt: tamen obſeruanda eſt peritorū conſuetudo. Gerundia em̄ et ſupina paſſiue ſumpta nullum poſt ſe caſum regere volunt: neq̄ in quacūq̄ ſignificatione ante ſe: niſi pro futuro infinitiui vſurpentur.

Nota — Non ergo dices dignus es amatu ab oībus: ſed amari nec vrit mulier vidēdo amare: ſed abſolute videndo. Neq̄ vrbs eſt in periculo capiendi ab hoſtibus ſed in periculo capiendi. idq̄ parce. Neq̄ hoc eſt facile ad intelligendum ab omnibus: ſed duntaxat facile ad intelligendū Cuius non videtur alia ratio q̄ peritorum conſuetudo.

Tertia regula.

Tertia regula. — Neq̄ imperſonalia paſſiue vocis tametſi cū ablatiuo ſuppoſitali conſtrui poſſunt continuo accuſatiuum poſt ſe regent.

Uerbi gratia dicere licet: ita nunc viuitur ab omnibus pro eo quod eſt oēs ita viuunt: nō tamen dicemus cum alexandro. Mattheū legit pſalmos erat ante legendum. Quia dicere poſſumus. Nunc mattheus legitur: et pſalmi erant ante legendi. Conſtruuntur tamen imperſonalia cum accuſatiuo mediante prepoſitione: vtitur in antiquam ſyluam — Carpit Alexādrū.

Quarta regula.

Quarta regula. — Semper autem cum infinitiuis imperſonalium paſſiue vocis: ex primi vult ablatiuus: ſiquidem ab actiuis veniant.

Ut volo a me amari. notū eſt ſic ab omnibus doceri. Addo ſiquidē ab actiuo veniant: quia tunc ſine ablatiuo viderentur paſſiua: quod in abſolutis non fit vt notum eſt ſic viui.

Quinta regula.

Quinta regula. — Gerundia autem in dum et gerundiua nomina: vtcunq̄ exeant: cū verbo ſum conſtructa: videntur quandam neceſſitatem connotare.

Ut ita faciendum erat. i. ita facere aut fieri oportebat Mos gerundus eſt thaidi. i. geri debet habenda ē ratio honeſtatis. i. haberi debet

Sexta regula.

Sexta regula. — Turpe eſt aūt infinitiuum conſtruere cū nominibus ſubſtantiuis cū quibus gerūdia in di conſtruenda ſunt: aut cum verbis importantibus motum ad locum: cum quibus priora ſupina non tamen in ſignificatione paſſiua cōſtrui volunt: Quis greci tale diſcrimen non habētes id decenter faciunt.

Non ergo dices vado piſcari: ſed piſcatum: non tamen homicida vadit decollatū a tortore ſed decollādus: aut alio modo latinis noto. Neq̄ dices [vt iam oſtendimus] locus eſt dicere: ſed dicendi que vellem: ſed ad authorem reuertendum eſt.

De gerundijs. Ca. xxix.

Gerūdia licet a participijs differant. tamē prope inter participia numerari poſſunt: ſupina inter verba: meritoq̄ pticipialia vocata ſunt Nā et caſus et genera in vtroq̄ numero habēt ex quo verba non ſunt ſed participia ſiue participialia. Regunt preterea caſum more verbo͛ participiorumq̄: ex quo nomina nō ſunt. Poſt ſe in q̄ regunt: non ante. Nā eiuſmodi locutio qualis eſt. In conuertēdo dominus captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati: inaudita eſt greca figura decipiēte [vt in multis] interpretem Greci enim infinitiuū hoc loco habēt quod vult ante ſe accuſatiuū: quod multis modis transferri poterat: vel ſic. dum conuerteret dominus captiuitatem ſyon: vel ſic conuertente domino captiuitatē ſyon: et alijs vt dixi multis modis. Quidam imperiti aiunt caſum pro caſu poni. quaſi latine diceretur ſi eēt: dominū quale eſt illud in deficiēdo ex me ſpiritū meum Et alibi. In conueniendo populos in vnum: et reges vt ſeruiant domino. cum vt oſtendi gerū — Nota.

Gerundia differunt a pticipijs.

dium nõ habeat ante ſe caſum. Sed ad propoſitum. Differunt gerundia a participijs: ꝙ ipſa ſignificant rei adminiſtrationẽ ſine tempore illa vero tẽpus ſine rei adminiſtratione: vt tenet me occupatio iuris dicẽdi: gerundiũ eſt. nec tẽpus ſignifico futurũ: ſed rei adminiſtrationem hoc: eſt i iure dicẽdo. Rurſus tenet me cura dotis numerãde id eſt que numerãda eſt Participiũ eſt futuri ſignificatiuũ ſine adminiſtratiõe rei. Neſcio an dicendũ ſit gerundiũ eſſe participiũ preſentꝭ temporis more grecorũ. cuius rei hoc argumẽtũ eſt ꝙ idẽ eſt in legẽdo: ⁊ in ipſo legere quod greci melius.

Virgilius

Et in legendis libris videlicet qui legendi ſunt Nolunt aũt grammatici gerundiũ habere rectũ caſũ: ſed quattuor tantũ obliquos Fortaſſe ⁊ caſu recto non caret: vt apud Lucretium atqꝫ Virg. Voluenda dies en attulit vltro. Voluenda nõ tpꝰs futurũ intelligit: ſed rei adminiſtrationẽ: dies videlicet que voluitur: nõ que voluenda eſt: aut que voluetur. Unde indicatur gerundiũ eſſe participiũ tẽporis preſentis. Iuſiurãdum eni poteſt videri eiuſdẽ caſus etiã vocatiui: ſed de quattuor nunc obliquis diſſeramus: quo in loco breuiſſime ſtultorũ quorundã opinionem reprehendamus: qui aiunt recte dici cauſa eſſendi rex: eſſendi regis: eſſendi regem: cum nuſqꝫ eſſendi repiatur: et ſi reperiatur nõ regeret caſum: ſicut manendi. viuendi: exiſtendi.

Eſſendi

Et de genitiuo exẽplum iam ſubiecimus occupatio iuris dicendi. De datiuo tale eſt: da operam rebus agendis. De accuſatiuo vt ad accuſandos homines premio duci proximũ latrocinio eſt. De ablatiuo: vt tu delectaris criminibꝰ inferendis.

Verba cũ gerundijs accuſatiui caſus conſtruenda.

Cum accuſatiuo fere ſemper iungimus prepoſitionẽ preter pauca quedã: q̃ ſunt loco conduco. mando. curo. habeo pro debeo. ⁊ ſi qua alia ſunt: vt faciendam ſepulturam locarent: id eſt darent alteri faciendã vel ipſi locarent ſe ad faciendum: vtrunqꝫ eni ſignificat: nõ participiũ eſt: ſed gerundiũ illud faciendã: qđ exemplũ ſumptũ eſt ex Sulpitio.

Cicero

Cicero de diuinatione lib. ij. Magis numine deorũ id factũ ꝙ caſu arbitraris ⁊ redemptorũ: qui columnã illã de Cotta ⁊ Torquato conduxerant faciendam.

Suetoniꝰ.

Suetonius aũt in vita Ceſaris Gladiatores inquit notos ſicubi in feſtis ſpectatoribus dimicarent: vi rapiendos reſeruandoſqꝫ mandabat. Curauit iaciendos lapides ſepe legimꝰ ſedita fere: vt alius curet: alius iaciat:

Cicero

vt Cic. vij. Verrinarũ. Recenti negocio ad te litteras miſit: mittendaſqꝫ curauit. Interdum idẽ qui curat: ⁊ qui agit.

Plinius

vt Plinius poſterior: Petis vt libellos meos quos ſtudioſiſſime comparaſti recognoſcendos emendandoſqꝫ curem: ⁊ iterũ Continendos cauea nido ve curabis.

Quitilianꝰ

Quintil. in mathematico. Poſitus in ea conditione triſtiſſime ſortis: vt nec morte dignus ſim niſi me parricidam putetis nec premio niſi innocentẽ adeoqꝫ ludibrijs miſer ſim diuerſitatis implicitus: vt impetrandum a vobis habeã odij mei fauorem.

Plynius.

Plynius idem ad Saturninũ. Preſertim cum enitendum haberemus ꝙ parentibus eorũ ⁊ orbis probaretur.

Suetoniꝰ.

Suetonius in vita Ceſaris: vt conſalandos eos magis imperator ꝙ puniendos habuerit. Hunc modum loquendi apud Ciceronẽ repeririſſe non memini me. In his exemplis vbiqꝫ gerundiũ eſt. Illa aũt participia in nomẽ traſeuntia putaui ad te ſcribendum: exiſtimaui hanc rem tractandã: cenſui tibi illud ſignificandũ. i. dignũ ſcribi. tractari. ſignificari: que omnino idẽ valent quod ſcripſi. tractaui. ſignificaui: ſed non ſine deliberatione tamen ⁊ non inconſulto.

Rogatos velim

Quitilianꝰ

Dicebãt aũt antiquiores rogatum te velim: oratos vos velim pro eo quod eſt rogo ⁊ oro: ſicut poſteriores. Quorũ eſt Quinti. Dicebat venio petiturus: venio oraturus: pro eo quod eſt venio petitum: et venio oratũ Sed hoc ad ſupini magis rationẽ pertinet. Illud aũt quod Seruius ait gerundiũ eſſe participiũ eſt potius: aut nomẽ: cum inquit ſimiliter etiã accuſatiuo caſu vtimur: cum volumus abſolutã facere elocutionẽ: et per gerundij modum aliquid dicere: vt petendũ eſt mihi equũ. codicẽ. birrum. Hinc Virgilius. Pacẽ ab rege petendũ. Nã ſi dixeris petẽdus eſt codex iam nõ per gerundij modũ ſed participialiter loqueris hoc nõ aliter participiũ eſt ſiue nomẽ ꝙ illud petendũ eſt mihi iumentũ. preſertim ꝙ gerundia nõ regunt paſſiue ſed actiue: ⁊ nominatiuis carere creduntur ⁊ accuſatiuis prepoſitionem ante poni volunt: ſicut ante oſtendi: vt accuſatiuus: ita et ablatiuus amat ſecum prepoſitionẽ: vt in defendendo maior labor eſt ꝙ in accuſando.

Ad. in. ob. ꝓpter. iter ante.

Indagemus ſi poſſumꝰ cũ quot prepoſitionibus accuſatiui gerundij iungũtur: cum quot item ablatiui. Accuſatiuus iungitur frequenter cum ad. raro cum in. Item frequenter cum ob propter et inter. raro cum ante: vt ad capiendum hoſtem. Ego veni ob te vel propter te redimendum. Inter nauigandum ꝑ in nauigãdo ſepe legimus Virg.

Virgilius.

Et inter agendũ Occurſare capro cornu ferit ille: caueto. Idem Nãꝗ ante domandum Ingentes tollent animos. Totidem fere prepoſitiones ablatiuo gerundij ſeruiunt. In frequẽter: cetera rarius de e. ex. a. vel ab. ⁊ cũ: in: vt in nauigando: de: vt de edẽdo: de migrando: de agendo.

De. e. ex. a. ab. cum. in.

Quitilianꝰ

Quin. Sed quã latius fuſus eſt hic locus mixtuſqꝫ cũ elocutione tractabitur: cũ precipere de apte dicẽdo ceperimus. etiã cũ motu

Cicero

vt Cice. ad Atticũ lib. viij. Tu quid cogites de transeundo in epirum ſcire ſane velim. Et vel e: vt ex defendendo ꝙ ex accuſando vberior gloria comparatur A vel ab.

Cicero.

Cicero. Ex quo ardeſcit amor ſiue amicitia: vtrunqꝫ eni dictũ eſt ab amando. Alibi quoqꝫ in quo etiã iſti nos iuriſconſulti impediũt: a dicendoqꝫ deterrent. Et alibi Nõ diſtinguit a nõ dolendo voluptatem.

Plynius.

Plynius poſterior. Sermonibus dies tranſigebat: cum a ſcribẽdo vacaret. Cũ vt Quint. Sed ratio recte ſcribendi iuncta cum eloquendo eſt. Variantur porro gerundia per oẽs quos enumerauimus caſus: numeroſqꝫ et genera. Nam vt ego ſentio: hec oia

habent in genitiuo: vt delectatio fruendi principatus: fruende prouincie: fruendi imperij: moleſtia educandorũ filiorũ: locandarũ filiarum: colendorum prediorum: regitq́ is genitiuus aliquando caſum. Cicero. Equidẽ efferor ſtudio patres veſtros quos colui ⁊ dilexi videndi Nã durum fuerat futurum ſtudio videndorum patrum veſtrorũ.

*Cicero*

Et quotiens oportet loqui per relatiuum. neceſſe eſt loqui per hoc gerundiũ vt hic dies attulit initium dicendi que vellem. non autem dicendorum eorum que vellem. illud apud Liui. Lib.i. quis non vitioſuz putaret: in quo ſumma honeſtas latinitatis ſubeſt. nõ eñ vereor: ne quis hoc me veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet: ipſum aliter aio affectuz eſſe. Adhortandi eñ ſingularis numeri eſt: veſtri vero pluralis. Item Cic. li.ij. de diuinatione Solebis tamen ſtoicos noſtros epicureis irridendi ſui facultatẽ dediſſe. Plautus in captiui duo nominandi tibi iſtorũ erit magis ꝙ edundi copia.

*Nota gerũdium cũ relatiuo.*

*Gerũdia ĩ di vtriuſq́ numeri.*

In datiuo. Uaco agro colendo vinea paſtinende: nemori ſuccidendo. In plurali vna vox ẽ triũ generũ: vt vaco agris: vineis nemoribus procurandis qui caſus regimen nõ habet. Abſurdum ſit namq́ dicere do operam colendo agrum: vel legendo librũ. Soluendo nõ ſum: nũꝗ patitur ſecũ ſubſtantiuũ ideo dubitari poteſt an datiu⁹ ſit an ablatiuus. Significat aũt ſatiſfacere pro eo quo obligatus ſum ſiue pecunia: ſiue remuneratione. vt Quintili. Placeamus licet nobis fortuna noſtra ptz pauperi ſoluendo non ſumus. Uult autem ſemper poſt ſe datiuũ: licet nõ ſemꝑ apponat̃ Interdũ etiã alium caſum apud eundẽ. Maximi tuz virorum: et quibus artis ſue ſoluendo non ſit humanitas.

*Soluendo*

*Quintilianus*

In accuſatiuo vt eo ad ſalutandũ fratrem: ad ſalutandũ ſororẽ: ad ſalutandũ ſydus ad ſalutandos fratres: ad ſalutandas ſorores: ad ſalutanda ſydera: qð elegãtius dicitur ꝙ cũ regimine: vt eo ad ſalutandũ fratres: ad ſalutãdum ſorores: ad ſalutanduz ſydera ꝑ alias quoq́ prepoſitiones ſimiliter. Sed inter raro habet cum gerundio ſubſtantiuũ: rarius regimẽ vt Liuius lib.ij. Et ipſe inter ſpoliandũ corp⁹ hoſtis veruto percuſſus. Et iterũ Inter accipiendas de ſuis cõmodis rogatiões. De ante nullum tale in preſentiarũ exemplum occurrit in ablatiuo ſine prepoſitione vt ſit iniuria domino vel de fringendo ramo vel ligno incidendo. Res eunt ordine lite eſtimãda. id eſt cũ defringitur ramus: cũ incidit lignum: quãdo lis eſtimatur vel defringendo ramũ: incidẽdo lignũ eſtimando litem. Sed frequentius vſi ſunt veteres ablatiuo plurali in tali genere ſermonis vt Cicero. Orationẽ aũt latinã profecto legendis noſtris efficies pleniorẽ. id eſt legendo noſtra. Nam in ſingulari ſolebant ſepius apponere prepoſitionem: vt in committendo prelio. Regit autem hic ablatiu⁹ ſine prepoſitione caſum: vt hos accuſando: illos occidendo: totam ciuitatem labefactaſti. Cum prepoſitione tum regit: vt in tribuendo ſuũ cuiq́: tum variat genera vt in colendo agro: in paſtinanda vinea: in nemore excidendo. Per de ſimili modo etiã regit: vt Cic. in Tuſcu. His preſertim cognitis que de nihil ſentiendo paulo ante dicta ſunt: niſi dicimus nihil aduerbiũ nunc non nomen: et variatur per genera: vt de accuſatore conſtituendo: de collocãda filia: de prelio emendo. Per ex: vel e. et a vel ab. neſcio an licet dare tali gerundio regimen. Nullũ eñ exemplum occurrit variari aũt per genera certũ eſt. Cato ex plaſmatis bibendis: ex aluo leuanda. Et abſtineas ab offendẽda repub.

*Liuius.*

*Cicero*

*Cicero.*

Sed cauendũ ne id verbũ ſignificet motum quale eſſet: reuertor ab arando aruo: redeo a ſpectando ludo vel a ſpectandis ludis: cum ſit dicendũ reuertor ab aratione vel ab aratiõe arui: redeo a ſpectaculis vl' a ſpectaculis ludorum. Per cum vix locum habet talis oratio: vt nõ participiũ ſit potius ꝙ gerundium: vt ſedeo cum viro coronando. id eſt qui coronabitur. nõ aũt qui coronat̃. Poſſet etiam habere regimen: ſed nullũ exemplũ ad manũ eſt.

*Uerba motus.*

Atq́ oĩa gerundia cum ſociata ſunt ſubſtãtiuis paſſiue accipiunt̃: diſiuncta vero actiue: nonnunꝗ paſſiue vtiq́ ſine prepoſitione et ſine genere in caſu ablatiuo. et quaſi abſolute: vt apud Uirgilium. Alitur vitium creſcitq́ tegendo. Et alibi. Egreſcitq́ medendo. Et iterum. Uritq́ videndo femina. Hoc eſt cum tegitur vitium: cũ curatur eger: cum videt̃ femina. Neq́ id modo apð poetas: verũ apud oratores quoq́ vt apud M. Fabiũ. Sed memoria excolẽdo ſicut oĩa alia augetur: ex colendo dũ ex colitur. Nec regit caſum quale foret: vrit femina videndo a maribus ſicut dicimus vruntur viri ⁊ equi videndo feminas.

*Gerundiorũ ſignificatio.*

*Uirgilius.*

*Fabius*

Accuſatiuus quoq́ cum prepoſitione non tantum actiue accipi ſolet: vt tu es idoneus ad dicendum: ſed etiam paſſiue vt hec res facilis eſt ad diſcendum. Saluſtius. in Iugurthino. Pauca ſupra repetam quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis magiſq́ in aperto ſint. Quidã non indoctus hac etate ſcribere auſus eſt. Iamiam vrbs in periculo capiẽdi eſt. pro eo quod eſt iam vrbs in periculo eſt ne capiatur. Siue hoſtis parum abeſt a capiẽda vrbe cum ſemper ſine ſubſtantiuo gerundiũ accipiatur actiue aut ſi a neutro venit neutraliter: niſi aliquando: vt oſtendimus in ablatiuo.

*Saluſtius.*

Epitome capitis.xxx.

¶ Supina in um que mera verba ſunt non ſine verbo importante motum ad locum ſaltem latentem conſtrui volunt: quo gerundia in dum carere poſſunt. Differunt preterea a futuris ꝑticipiorum in rus ꝙ ea l. vt nunc eis vtimur genus et numerũ diſcernentia non ſine futuri tẽporis nota ſed bene ſine verbo motus collocãtur. Supina vero neq́ genus neq́ numerum agnoſcentia futurum tempus cum verbo motus accipi poſſunt. ſepe tum preſertim in paſſiua voce: et nonnunꝗ aut ob penuriam: aut conſequentiam: aut grammaticorum conſenſuz in actiua pro futuris infinitiuorum cuz verbo ire et iri vſurpantur.

*De ſupino in um determinato.*

Exemplificat.

¶ Dico supina in um: ꝓpter supina in u que longe aliam habent acceptionem vt proximo capite dicemus Addo que mera verba sunt. quia casuz regunt. ⁊ nullius casus aut generis sunt. vt eneid. ij. Suspensi euripilum scitatum oracula

Virgilius.

phebi mittimus: vbi scitatum supinum regit accusatiuum oracula. Capiuntur autem fere actiue nisi cum verbo iri capiantur pro futuro infinitiui passiui. In u vero semper passiue Addo preterea non sine verbo: quia illo gerundia carere possunt: vt equus ad currendum idoneus Subiicio saltem latentem: quia cum dicitur in

Horatius.

arte poeti. Spectatum admissi risum teneatis amici. Non est manifestus motus nemo tamē admittitur nisi moueatur ꝙuis permitti possit sine eo. Dico de futuris participiorum in rum vt nunc eis vtimur: propter antiquos qui sine genere ⁊ numero ea vsurpabant: neqꝫ partici-

Verba indefinita:

pia esse censebant: sed vt author est Aul. Gelli⁹ li. i. cap. vij. verba indefinita: que greci aparem phata vocāt. Huius rei tum ex gellio tū ex Pri-

Nestor

sciano multa collegit nestor exempla que hec sunt Cicero oratiōe quinta in verrē: Sed quocūqꝫ venerint hanc sibi rem presidio sperāt futurum. Et Caius Gracchus in oratione cuius titulus est de Quinto pompilio. Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Cato. li. v. originuz Illi polliciti sunt facturum sese omnia. Leo papa in sermone dominice intra octauam epiphanie. Tres itaqꝫ viri fulgore insoliti syderis diuinitus incitati: preuium micantis luminis cursū sequuntur: existimantes se significatum puerū hierosolymis ciuitate regia reperturū: vbi calcographi. i. in ere scribentes. reparturos īpresserunt. Claudius quadrigarius annalium. iij. Hostiū copias ibi occupatas futuruz: ⁊ in principio. xij. annalium. Si pro tua bonitate et nostra voluntate tibi valitudo suppetit: est ꝙ speremus deos bonis bene facturuz. Valerius antias lib. xiiij. Haruspices dixerūt omnia ex sen-

Plautus.

tentia processurum esse. Plaut⁹ in casina. Etiā ne habet casina gladium habet sed duos: quib⁹ altero te occisurum ait a tero villicuz, vbi intelligitur se. Non enim sensus est te occisuruz sed

Laberius.

occidendum esse. Laberius in gemellis. Non putaui hoc eam facturum. Lucilius li. xvij: Nupturum te nupta negas. ⁊c. Sylla li. j rerū suarum. Ad summam perniciez rempublicam peruenturum esse. In quibus omnibus ponit̄ verbum in rum fine genere ⁊ casu ac numero forte quia illis nonduz perspecta erat discretio. inter supinum ⁊ participium. Nos autem vtemur ꝑticipiis cum discretione generis numeri ⁊ cas⁹ vt dicemus hunc amaturuz esse: hanc amaturaz hoc amaturum hos amaturos. has amaturas. hec amatura: neqꝫ tamē damnabimus veteres quibus placuit futurum infinitiui circumloqui per prius supinum aut futurum in rum vtrumqꝫ sine declinatione gn̄e casu ac numero. Nos autem per vtrumqꝫ circumloqui possumus: sed vt Valla docet alterum hoc est supinum verbū est: alterū participiuz quod semper futuri tp̄is significationē affert: sicut et supinū freqūētius vt concedit Valla in passiuo: ⁊ vt diximus etiaz in actiuo: aut propter penuriam. nam quia caremus futuro infinitiui videtur congruuz vt qḋ pro eo ponimus futurum significet presertim id tota manu grammaticorum concedente. adiici aut propter consequentiam Nam licet cuz dico eo lectum iam significo presentationez: tn̄ non presentem lectionem mihi esse sed futurā Itaqꝫ lectum ire est quidem nunc ire: sed vt cū perueneris quo is legas: non autem nunc legere. In principali ergo verbo denotatur futurū tempus. Preterea licet de rigore singularū partium cenatum ire importet itionem ⁊ motum: atqꝫ ita posses vere dicere te cenaturum esse ⁊ non cenatum ire: siquidem vbi es cenaturus es tamen quia hoc complexum cenatum ire sumitur pro eo quod est cenaturum esse: ex eo ꝙ qui cenatum it nondum cenat: sed cenaturuz se sperat: non recipiam eiusmodi differentiam de futuro tempore: cum non sit ratio cur cenatuz iri sit futuri ⁊ cenatum ire presentis temporis: vt Mancinellus attestatur adducens et aliam ꝓbationem dicens idem esse itum ire ⁊ iturū esse quod Valla negaret. Nam te iturum esse significat te iam non ire: sed futurum esse vt eas. At itum ire significat te iam ire: si dicas ergo frustra additur itum dicam ꝙ non: quia possuz ire vt eam. Verbi gratia. si ex iniuncto septem passus ire debeam in tēplo quouis in quo non sim ⁊ interroget me qui iniunxit: iuisti: congrue respondero non: sed eo itū. atqꝫ ita dixero me itū ire: quod ex sequela importat iturū esse. Unde de rigore neqꝫ omnis qui itum it iturus est: qꝛ posset desinere esse. neqꝫ oīs qui iturus est ituz it: quia posset quiescere: sed de consensu pro eodem ponimus amatum ire ⁊ amaturum esse at si presentem itionem notatam velim. dicaz me non amatum ire. sed ire amatuz. De qua re priusꝙ̄ mancinelli verba ponantur subiiciam vnū ꝙ dicimus cōgrue teste Aulo Gellio lib. ix. Audio illi iniuriam factum iri ⁊ contumelia vel iniuria factū itur. Unde Marcus cato pro se contra Cassium. In hac contumelia que mihi per huiuscemodi petulantiam factum itur rei quoqꝫ publice mediusfidius miserear. Quod locutionis genus nescio an vsurpare audeā. Est certe iucundum ⁊ raruz habetqꝫ nescio quid quod vix aliter dicas. Nam contumelia mihi fit aut fiet: longe friget. verum vt finem faciam. Verba mancinelli sunt. Idem esse oratum ire ⁊ oraturum esse satis parere potest vel solo infinitiuo huius verbi eo is it. Idem nāqꝫ est itum ire ⁊ ituruz esse. Adde etiam laurenti ꝙ vti tuteipse asseris. In passiuo idem est damnatum esse ⁊ damnatum iri Quod quidem esse non posset nisi damnatum ire in actiuo infinitiuo esset futuri temporis. Quo enim pacto id quod in actiuo p̄ntis est temporis in passiuo futuri esse posset. Itaqꝫ Priscianus optie docuit. Hec ille Verum si pro Valla loqui liceret: dicerem damnatum ire. ideo ex parte saltez presentis esse tp̄is

Factum iri
Factū itur

Mancinellus.

Nunc finis

Priscian⁹.

quia ire quo vtimur pñtis eſt. Damnatũ iri: nõ niſi futuri⁹ q: iri. nõ vtimur per ſe niſi impersonaliter: quõ illic nõ accipitur: ſed per vtrũq; exprimitur vnũ futuꝝ: quod tamen ſimiliter dicã per damnatum ire fieri: licet aliter dicã ire dãnatum: ſed finem facio.

¶ De ſupino in tum. Cap. xxx.

Supia i tũ

DE ſupinis ita ait Priſcianus in cõpendiario quodã opuſculo: ſed hoc intereſt inter amandũ qđ eſt gerundiũ ⁊ amatum qđ eſt ſupinuꝫ: ꝙ amandũ neceſſitatẽ amoris ſignificat. amatuꝫ aũt imitationẽ ad amorẽ. Dignũ obſeruatione preceptũ elegantie: ſi modo verũ: qđ minime ẽ tum auctoritate: tum ratione.

Priſcianũ irridet

Nã auctoritatis loco exemplũ nullũ poſuit. Et quod nã q̃ſo ponere poterat. Quid intereſt vado venatũ et ad venandũ: vado piſcatum ⁊ vado ad piſcandum dormitũ ⁊ ad dormiendũ.

Saluſtius

Saluſt. Legatos ad Iugurthã de iniurijs queſtum miſit. Et iterũ Non mea culpa ad vos oratuꝫ mitto. P. L. neceſſario nõ imitatiõe. Preterea p rationẽ hoc fit ꝙ greci pro his duobus nr̃is transferentes vtũtur vno ſuo infinitiuo cũ articulo qđ nos viciſſim transferentes nũc per gerundiũ nũc per ſupinũ interp̄tamur.

Supinũ in tum petit motũ ad locũ in verbo

Si quid autẽ inter hec duo intereſt: id erit ſi ſupinum nunq̃ fere eſt ſine verbo ſignificante motum ad locum: vt eo: vt venio. Nam illa do filiã nuptũ. do venũ ſiue venũdo edeo. Spectatum admiſſi fuimus: latẽtẽ in ſe motũ obtinẽt. Idẽ Priſci. in alio grandi opere ⁊ multi cũ ingenij: tum laboris inquit. Frequenter tamẽ antiq̃ſſimi neutro participio futuri addebant eſſe: ⁊ infinitũ futuri ſignificabãt: vt oraturũ eſſe p oratum ire: facturũ eſſe pro factum ire: nuptuꝫ eẽ pro nuptum ire.

Supiũ cũ ire differt a futuro in rus cũ eſſe.

Quod mihi minime videt̃ Nã vt concedã qđ merito negare poſſum: qđ latine aut certe viſitate pro eo qđ eſt cupio filiã meam nuptum ire: ⁊ nos factum ire dicam⁹. Cupio filiã meã nuptuꝫ eſſe ⁊ nos factuꝫ eſſe: cũ dicendũ ſit nupturã eſſe: ⁊ facturos eſſe Dico aliõ eẽ oraturũ eſſe ⁊ oratum ire. Ego quidem cenaturus ſum: non tamẽ eo cenatũ ſiue ad cenandum Et ſcio te cenaturũ eſſe: ſed nõ protinus ire cenatum: vel ad cenãdũ. Nã participiũ futuri cuꝫ verbo ſubſtantiuo nõ habꝫ actionẽ illã ⁊ motũ quẽ habet verbũ eo. Atqui in paſſiuo fuerat veriſimilius ſi dixiſſet: quo etiã frequenter vtuntur auctores: idẽ eſſe damnandũ eſſe ⁊ damnatum iri. Nã eodẽ loco dicere poſſumus: credo peccatũ meũ reſciendũ eſſe: ⁊ reſcitũ iri. Item intelligo. ſcio. video. opinor. exiſtimo. peccatuꝫ meũ patefaciendũ eſſe: vel patefactũ iri: ⁊ cetera verba huiuſmodi. Illa aũt q̃ ad futurũ reſpiciunt: vt timeo: metuo: vereor: ſpero: cupio. non idem faciunt: quibus maior differentia eſt cuꝫ paſſiuo participij futuri: vt vereor peccatũ meuꝫ patefactũ iri: ⁊ pro illo mõ per paſſiuũ participiũ futuri ſubſtatuim⁹ hunc: timeo peccatũ meuꝫ ne patefiat: vel vt patefiat: qđ fieri neq̃t i alijs verbis. Nõ enĩ liceret dicere ſcio peccatũ vt reſciatur: ſed reſcitũ iri vel reſciendũ eẽ.

Summa

Deniq; vt eo reuertar vnde egreſſus ſum. ⁊ ſemel Priſciano reſpõdeã. Nõ ideꝫ eſt oratuꝫ ire ⁊ oraturũ eſſe. alterꝫ pñtis tẽporis eſt. vt video te accuſatũ ire me. i. nũc. alterꝫ futuri: vt video te accuſatũ eẽ me: ⁊ tñ accuſatũ iri me abs te video: accipit̃ vl' pro eo qđ eſt video te accuſatũ ire me. vl' accuſatũ eẽ me vl' abs te accuſandũ eẽ me.

¶ Epitome capitis. xxx.

De ſupinis in u.

¶ Supina i u q̃ mera verba ſunt. nõ ꝯſtruũtur cũ verbis importantib⁹ motũ de loco: nec ſunt alicuius caſus: nec regũt caſum: nec regunt̃ ab alio ꝙ ab adiectiuo ſine ꝑpoſitiõe cũ quo paſſionẽ ſubſtãtiuo cõuenire ſignificãt. Cũ multũ a noib⁹ illis in voce dũtaxat ſimilibus diſcrepant. Nã illoꝝ quedã ſenſus corporis ſignificare poſſunt ꝯſtructa cũ adiectiuis: ⁊ regere caſ⁹ et regi a verbo aut participio etiaꝫ interueniẽte prepoſitione.

Exẽpla ſũt

¶ Ut ſum captus viſu: vel ſum debilis in viſu. vel deſtitutor a viſu. nomẽ eſt. Sꝫ ſuꝫ terribilis viſu id eſt dũ videor: vel vt videar: vel ad videndũ ſupinũ eſt. Neq; dices venio viſu ſpectacula: ſꝫ a ſpectaculoꝝ viſione. Et quereti vñ venis q: vñ querit de loco: nõ dices luſu. ſꝫ e ludo aut luſorio. Quia vero ſupina in tu paſſiue ſignificant: ab abſolutis rara ſunt inuẽtu: vt ſtatu. curſu. ſeſſu. niſi quis velit illis impersonaliter vti.

Nota

vt iocundũ eſt hic ſeſſu. i. vt ſedeat̃. dignũ curſu vt curatur q̃ q: a doctis vſurpata nõ ſunt nemo me quidem auctore vſurpauerit.

¶ De ſupino in tu. Cap. xxxi.

Supia i tu

IDem auctor et in eodem quo ſupra dixi opuſculo: ita ait Hoc intereſt inter amando et amatu: ꝙ amãdo ẽ i ipo amore amatu do pro amatiõe vel pro amore. i. pro ipſa re accipitur. Et hoc manifeſtat etiã iterp̄tatio greca. Sꝫ an hec differentia vera ſit: ⁊ hoc grecum argumentũ quantũ momẽti habeat Priſcianus viderit. Mea aũt ſententia: tum et ſuperioribus q̃ dixit in gerũdio: tũ ex ſequẽtibus apparebit. Paulo poſt ſubiungit. Accipit̃ venatũ p ad venationẽ quõ venatu pro venatiõe: ſicut miſerabile viſu p viſiõe: ⁊c. Nec viſu facilis: nec dictu effabilis vlli: pro viſione ⁊ dictione. Mult' igitur modis ſicut ⁊ in alijs docuimus locis noĩa ſunt hec accipiẽda magis ꝙ verba. An hoc ego a Priſciano libere diſſentio: vel ratiõe quã poſtea dicã: vl' auctoritate ⁊ potiſſimũ M. Fabij

Quintiliani laus

quẽ omnibus ſine cõtrouerſia ingenijs antepono: q̃ ait dictu factuq; aliud eſſe ꝙ dicto ⁊ facto q̃ Priſcian⁹ appellat dictiõẽ ⁊ factiõẽ: q̃ ali⁹ in ſignificãdo figure ſunt ꝙ viſiõe ⁊ venatiõe. p̄terea Quinti. vocat verba pticipialia: ſicut a mlt̃is gerundia dicunt̃ nomina participialia.

Quitilia.

Et qđ ad rationẽ pertinet ſupina hec per verbum potius a grecis transferuntur ꝙ per nomen ꝙ ſi nomina forẽt caſus ablatiui, certe alij caſus

nō deeſſent. At nemo vnꝙ auditū hab; hic di-
ctus hic factus: ſed tantū dictu ⁊ factu: ꝓpter
qđ neceſſe eſt aliud eſſe ꝙ dicto ⁊ facto, ſiue di
ctione ⁊ factione. i. aliud ꝙ nomen. At viſu: au
ditu: cognitu: inquies oīs caſus hn̄t: ⁊ hi abla-
tiui ſunt. Hec parū prudentis aut certe parum
perſpicacis eſt ratio: de qua anteꝙ dicam libet
caſtigare vulgus imperitum grāmatice profeſ
ſorum qui vniuerſum ſane orbem ſtulto errore
peruertunt: ſic ſemper loquentes: eo lectu: ve
nio lectu: pergo auditu; reuerto: auditu. Qui
error vnde profectus: ⁊ quo ex fonte imperitie
emanauerit: neſcio: ſummoq; opere hallucina
tione publicam admiror: ⁊ ꝙ tam diu a nemine
aīaduerſum eſt: nunc oſtendamus, q̄ differētia
eſt inter viſu ⁊ auditu nomina: ⁊ inter viſu ⁊ au
ditu verba. Quando ſunt nomina ſignificant
ſenſus corporis: coniunguntur cum adiecti-
uis: regunt caſus: regunur etiam a verbo ⁊ par
ticipio: ſubueniente quoq; prepoſitione vt ca-
reo toto viſu oculorum. Antea priuatus auditu
aurium non nihil etiam ex odoratu. Hec om-
nia abſunt a ſupino: ſi quidē nō rem non ſubſtā
tiā non qualitatē: ſed actionē: ſiue potiꝰ paſſio
nem verbi ſignificant: nō iungūtur cū adiecti-
uo non regunt caſum: non regunt nec a verbo
nec a perticipio: ſed a noīe tantū eodemq; ad-
iectiuo: nunꝙ interueniente ꝓpoſitione: vt mi
ſerabilis viſu, i. cum videt non autem miſerabi
lis ſenſu videndi: facilis viſu. i. vt videatur: vel
facilis ad videndū: nō autē ꝙ habeat viſum fa-
cilem. eſfabilis dictu. i. vt dicat: non autē vt di-
cat. Optimū factu: vt fiat: nō vt faciat Difficile
factu: q: difficile ad faciendum eſt. Incredibi-
le memoratu: cū memoratur: non memoratiōe.
Dignū auditu: qđ eſt audiri dignū: non vt ſen-
ſu audiendi potiatur. Impoſſibile creditu: vt
credatur: non vt credat. Accipenſer piſcis ra-
rus in inuētu: vt inueniatur ſeȝ nō vt inueniat
Res iucunda cognitu: vt videlicet cognoſcat.
Abſurdum relatu: cū refertur. Obſcenū aſpe-
ctu: cū aſpicit: ⁊ ſiqua ſunt alia. At hō ſuperbꝰ
dicto ⁊ dictis: non dictu. Segnis facto ⁊ fact;
non factu: id eſt cum dicit: non cum dicitur: cu;
facit non cum fit. Res vero ſcua factu et dictu:
qn̄ fit. Aut quando dicitur. non q: facit ⁊ dicit.
Scipio clarus adminiſtratione bellorum dicitur
et adminiſtratu bellorum quando eſt ablatiuus:
id eſt adminiſtratione. Cato dignꝰ adminiſtra
tione reipublice. ⁊ adminiſtratu eodeȝ mō. At
reſpub. digna eſt adminiſtratu verbu; eſt. i. vt
adminiſtretur niſi addēdo gtīn̄ facias nomen
adminiſtratu Catonis. Quare in illo Virgilia
no qđ Priſcianus attulit. Nec viſu facilis: nec
dictu effabilis vlli. qn̄quidem abeſt genitiuus
non eſt nomen vt ille vult pro viſione ⁊ dictiōe
ſed verbum pro eo quod eſt ad videndum ⁊ au
diendum. Nec ignoro a multis legi. Affabilis
non effabilis: qđ putatur ſumptum ex illo ver-
ſu Accij in philoctete. Quem neq; tueri cōtra.
neq; affari queas. Quod ſi ita eſt: nomen eē cō
fitebimur: ſed tamen nequaꝙ ſupinum. Multi

Non dices venio lectu

Viſu ⁊ auditu noia q̄d a v̄bis differant.

Accipēſer.

Supina in u. paſſiue ſignificant

Enei. iij. ⁊c.

ſcripſerunt de cultu agrorum nomen erit. i. de
cultione ⁊ cultura agrorum. Locus autem ſaxo
ſuo non eſt dignus cultu: nempe vt colatur: vel
dignus coli. Non dignus eſt amatu puer dignꝰ
doctu: liber lectu: qui ametur: doceatur: legat.
Ideo cu; ex omnibus verbis paſſim liceat vti
talibus ſupinis: raro tamen eiſdem vocibꝰ vti-
mur loco noīm. Quis enī dicat tu es priuatus
amatu meo: exclusus a doctu meo: doctus ſine
lectu meo: profecto nemo. Ex quo apparet: cu;
in vſu vulgatiſſimo ſint pro verbis: vt ille liber
eſt dignus lectu: nō poſſe inter noīa numerari.
Et tamē que ambiguū vſu; verbi habent ⁊ no-
minis aīaduertendū eſt vtram in partem acci-
pi debeant: vt tu es dignus gubernatu: ſi ꝓ gu-
bernatione nomen erit: ſi pro eo quod ē vt gu-
berneris vel dignus gubernari verbum: ſȝ no-
mini accommodare ſolemus: aut etia; debemꝰ
gtīn̄: v̄bo nec debemꝰ ſolemꝰ. Deniq; ex duo-
bus ſupinis alteꝝ actiuo v̄bo dare poſſis: alte
rū paſſiuo vt amatū fit ab amo: amatu ab amor

Amatū ab amo. Amatu ab amor

## Epitome capitis. xxxij.

Circunſpectus: conſideratus: diſcretus: cau-
tus: tutus: ignotus: argutus: falſus: contentus:
tacitus: profuſus: fluxus: ſcitus: inueteratus: cō
placitus: ⁊ quo nonnulli vtuntur: diſcretus: in-
ratus: exercitus: exoletus: adultus: defectꝰ. Et
quedam alia in voce paſſiua actiuam frequen-
ter ſignificationem obtinent. Contra euidens
et indulgens in actiua paſſiuam. A facio aute;
in ficus formata ⁊ eorū cōparatiua ⁊ ſuperlati
ua cōmunē habent ſignificationē. Uerum hec
omnia potiꝰ nomina verbalia ꝙ participia di
xeris: nam ⁊ tempus amittunt: ⁊ comparatio-
nē amittūt: neq; dubium eſt: ſi mera participia
ſint quin in ſua ſignificatiōe accipi poſſint: ac
ſi dicas turnus lapidem vix circūſpectu; arri-
pit. ⁊ ſtultꝰ periculū bis cautū incurrit. Nemo
rem bene conſideratā; temere exponit. Qui di
cūt ciuitatē incenſam: accipiūt ꝯtinēs pro con
tento. Nemo aquam turpē refuſam recolligit.

Circūſpectus cōſideratꝰ, diſcretus Cautꝰ ⁊c.

Dixi ⁊ quedā alia: vt conſultus: potus: cena-
tus ⁊c. Uerū qui propius reſpexerit non offen
derit longe a propria ſignificatione aberrare.
Nā cōſultus eſt abs quo cōſiliū petitur qui q:
peritus eſſe ſolet ⁊ prudens: videtur quaſi pro
merito ⁊ prudentē accipi: vt conſultus iuris: q̄
ſi peritus. Uerū docti dicunt potius iure cōſul
tum. ponitur etiā conſultū pro prudente: quaſi
a conſulto dictū: vt apud Oui. Sit tibi credibi
lis ſermo: cōſultaq; verba. Peritus autem a pe
rior verbo deponentali vn̄ ⁊ periculū deriuat.
Potus vero eſt quidā qui bibit plus ſatis. qua
ſi ab alio potus. i. potu ſaturatus. vn̄ potꝰ paſſi
ue dr̄ a Iuuenale: epotaq; flumina mede pran-
dente. Sic cenatus qui cenauit: ſed ab aliquo
cena acceptus. Quinetiā circūſpectus. cōſide-
ratus. cautꝰ ⁊ ſimilia. Ideo accipi actiue viden
tur ꝙ q̄bꝰ paſſio ineſt etiā actio ineſſe ſolet: vt
qui ab aliis circumſpicit ſolet eſſe prudens ⁊ ſe
cirūſpicere ⁊ ſiſr cōſideratus. Et cautꝰ q: ſepe
cauet cauēs ⁊ euitās verſutias aliorum. Iura-

Cōſultus

Ouidius. Peritus Potus

Epotus Cenatus.

Cautus

Iuratus
Argutus

tus eſt autē quaſi iuramēto aſtrictus licet iura uerit. Scite queſtiones quaſi facte cum ſcientia et euidentia. Cōtentus cuius appetitus continetur. Argutus ſepe caſtigatꝰ. vnde ſolertia preditus Diſcretus quaſi egregiꝰ et ita ab alijs diſcretꝰ. Defecta lingua quaſi ſenio ꝯfecta. Atq̧ ita in alijs inueniunt quedā ratio patiendi: vnde plurima paſſiue accipi poſſunt: vt tacitꝰ Seneca: qđ tacitū eſſe vis: nemini dixeris. falſus apud comicum vt in textu videre eſt. Quia vero de ſignificatione participiorum aut verbalium illorum loquimur adamus plebeios verſiculos quibꝰ ſignificatur ꝙ participia pñtis temporis et futuri in rus. a verbo cōmuni ſignificāt tantū actiue. Futuri in dus tantum paſſiue: ſʒ preteriti communiter.

Seneca
Participia verborum cōmunium
Nota verſiculos

Uerbū cōmune q̄uis agat et patiatur
Sola per ans ens rus tñ actio ſignificatur
Dus ſolū patitur: ſed tus vtrunq̧ notatur

Quod etiā verū eſt de rus. vt amplexus ſum te et a te: criminatus te et a te. Criminās et criminaturus te non a te. Criminandus a te: non criminandus te. et ſic de alijs.

¶ De participio preteriti ſignificāte actionem et pñtis paſſionē. Cap. xxxij.

Circūſpectus
Cōſpicuꝰ

Participia quedaʒ in voce paſſiua actionē: quedā in actiua paſſionē ſignificant. Circunſpectus: cōſideratus: diſertus: cautꝰ: tutus: ignotus: argutꝰ: falſus: cōtentus: tacitus: ꝓfuſus: fluxus: ſcitus: et quo nō nulli vtunt diſcretus. Circūſpectus eſt nō qui circūſpicitur quē ſolemus appellare cōſpicuū ſed qui circūſpicit: et in oēm partē more iā ſpectat hoc eſt prudēs et ſagax. Conſideratus icō ſideratuſq̧ qui agenda cōſiderat: aut ſecus: nō qui conſideratur: aut qui non conſideratur: Diſertus qui prōpte diſſerit: non qui diſſeritur. Cautus qui ſcit ſibi cauere: non cui cauetur: nō nunq̄ tamē res cui cauetur: vt pro Cecinna Cicero. quo res mulieri eſſet cautior. Tutus portus: tuta vrbs: q̄ tutatur alios: nō ꝙ ab alijs defendat. Cū ſepe paſſiue in hoībus vt tutus ſuʒ ab hoſtibus ꝙ munitꝰ et ſine periclo ſim. Ignotus etiam ſepe actiue. Quinti. ne quis tamē erret ignotus nō eſt filij mei nouerca: ſed mater ignotus dixit ꝓ ignorans et ꝓ hoſpite et alieno non pro ignorato. Argutus q̄ eſt acuta quedaʒ et accurata ſolertia quaſi acute arguens et veſtigans nō autē ab altero acute intellectus et veſtigatꝰ. Falſus qui fallit: vt Teren. Cenſen me aliquā cauſam fictam falſam ineptā ſaltem potuiſſe proloqui. Aliqñ et paſſiue vt idē. Carine falſus eſt id eſt deceptus. Et Saluſt. nec ea res me falſum habuit. Contentus qui cōtinet qđ aīo ſatiſfacit: nō qui cōtinetur. Tacitus hō taciturnus Uirg. tamen poſuit paſſiue. Quis te magne Cato tacitū: aut te Coſſe relinquat. Profuſus et fluxus actiue apud Saluſtiū Alieni appetens: ſui profuſus: quaſi ꝓfuſor. nā diuitiarū et forme gl'ia: fluxa et fragilis habet. Scitus qui ſciens eſt et argutus. Unde ſcite platonis interrogatiōes dicunt aſtute et vafre ac cū magna arte cōpoſite: et apud Teren. quoq̧ Scitū hoiem hic prorſus ex ſtultꝭ inſanos facit ni ſi accipere volumus paſſiue: vt apud eundem. Scitus puer natꝰ e Pāphilo eſt: qñ ſcire et docte natus. Diſcretus q̄ qualitates perſonaꝛ et rerum momenta diſcernit: non qui diſcernitur.

Conſideratus
Inconſideratus
Diſertus.
Cautus
Cicero
Tutus
Ignotus
Quītilianꝰ
Argutus
Falſus
Terentius
Contentꝰ
Tacitus
Profuſus
Fluxus
Saluſtius
Scitus

Cōplacitus aūt ab actiua voce ſicut fluxus venit: habetq̧ ſignificationē nec actiuam plane nec paſſiuā: ſicut fluxus et inueteratus qđ et ipſū ab actiua voce deſcendit. Inueteraſco neutralis enī verbi vox et actiui vna eſt: ſicut paſſiui et deponētis atq̧ cōis: cui ſimile eſt. Juratꝰ a iuro. Iuratos enī iudices dicimꝰ q̄ iurarunt. Et excretos hedos apud Verg. ab excreſco. Et exoletus ab exoleſco: qđ dum eſt ſubſtātiuū ſignificat ſcortū maſculū et precipue iā adultū. dum eſt adiectiuū ſignificat adultum: ſed raro reperitur: vt apud Plautum. Reliqui domi exoletā virginē. Adultus ab adoleſco. Defectus quoq̧ qñ q̄ deficit: vt Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Quint. Defectaq̧ labore ſenectus magna pars mortis nihil mihi reliq̄t niſi diligentiā. Et hec quidē ſignificatiōis actiue in voce paſſiua: pauciora ſunt in actiua paſſiue. Euidens negociū dr: qđ videt et aperte intelligitur non quid videt et intelligit. Indulgētior facies apud Quintilianū ꝓ pulchra non q̄ alijs indulgeat: ſed cui alij indulgeant. Idem in alio loco Fili indulgētiſſime vidi te: nec ſemel vidi. Unde Statiꝰ. Pulchrior haud villi triſte ad diſcrimē ituro Uultus et egregia tanta indulgētia forme Preterea honorificētiſſimos magnificentiſſimos et munificentiſſimos ludos cū dicimus videmur paſſionem ſignificare in participio pñtis. Ab honorificēs enī magnificēs munificēs veniūt: licet fiens pro faciens nō dicatur. vl' certe a magnificus: munificus: honorificus: q̄ a facio cōponunt qđ eſt actiuū: et tamē ita accipiūtur ſicut honorifice: magnifice: munifice facti non aūt facientes. Sed cauſa eſt ꝙ hec ipſa a facio cōpoſita tam paſſiue q̄ actiue ſignificant. Siquidē vocamꝰ hoiem magnificū et opus magnificū. Illum quidem magnanimiter facientem: hoc vero magnanimiter factum.

Diſcretus.
Cōplacitꝰ.
Fluxus
Inueteratꝰ.
Iuratus
Excretus
Exoletus
Defectus
Martial'.
Quinti.
Euidens
Indulgēs
Statius
A facio ſuperlatiua

¶ Epitome capitis. xxxij.

¶ Ab actiua voce quia participiū preteriti tēporis latinis deeſt vſurpāt interdū pro eo preſens qđ tunc licite fit: qñ ſignificatio arridet. Et qr a paſſiua voce deeſt preſens frequētius pro eo ponunt preteritum

¶ Exemplū prioris vt in textu. Cu e cilicia diſcedens. rc. vbi arridet ſignificatio: quia a termino a quo diſcedimus vſq̧ ad terminū ad quē Itaq̧ diſcedentes aduenimus. Exemplum ſecundi. Ut eneid: primo. Et qua vectus abas: et qua grandeuus alethes. Qua vectus. id eſt vehebatur: aut q̄ paulo ante vectus erat: ſed et adhuc vehebatur.

¶ Participiū pñtis pro preterito cap. xxxiij.

participiū pñtis tpis p pterito Diſcedens Cicero.

SOlent auctores nonnunq̄ p preteriti participio ſubſtituere illud pñtis nec ſolū latini qui carent participio preteriti actiui ſed greci quoq̧ q̄ non carent. Cicero in Bruto. Cum e cilicia diſcedens Rhodum veniſſem. Nō eñ quis diſcedēs applicat. Multū inter principiū vie ⁊ finē intereſt. Primū diſcedimus poſtq̄ vero diſceſſimus nauigamus: vel iter facimus: poſtea quo tendimus peruenimus. Quō ergo diſcedens a' Cilicia venit Rhodū. Sepe vtens pñtꝫ participio loco preteriti qō deeſt. Qō pbat per aliqō verbū: cui nō deſit huiuſmodi participiū: quale eſt proficiſcor. Neq̧ eñ dixiſſet cū e cilicia proficiſcens: ſed profectus: vt idem de offi. li. iij. Si exempli cauſa vir bonus. Alexandria profectus magnū frumentū Rhodum aduexerit. Nec tñ quis in oñib⁹ verbis permiſſum eſſe: qō in diſcendēdo permittitur putet: veluti ſi dicas. Cū amicos ſalutans qui Alexandrie erant Rhodū veniſſem: dicendū erat amicis ſalutatis. Nam is qui recedit tam diu recedere dicit: q̄diu tendit ire: dumq̧ perueniat: qō nō idē fit ſalutādo Si qs tñ hoc ſep⁹ vti velit faciat ſꝫ tēperate. (Cicero)

Epitome capitis. xxxiiij.

In ppoſitione de copulato predicato videt verius poni participiū cū verbo q̄ duo verba: qō ſi non verius: certe concinnius fit.

Unde hec ſi ſit copulatiua falſa dicatur. mulieres ornant ſe ne videantur et derideant: q: altera cathegoricarum eſt falſa: vtpote mulieres ornant ſe ne videantur: videri eñ volunt q̄ ſi ſit de copulato predicato vera cēſeatur: venuſtius tamē dicatur. Mulieres ornant ſeſe ne viſe derideantur: ⁊ ſic de ſimilibus. (Exempla)

De compendio participij. Cap. xxxiiij.

Cōpendiū participij

HAbet autem participiū talem tantamq̧ non gratiā: vt ſine eo nō ſit plane latina oratio: vt ē apō quedā perſepe hoc vitiū admittentem: circūdedim⁹ caſtris foſſam ⁊ valluꝫ ne hoſtes venire poſſint: ⁊ nos opprimere. Quaſi foſſa ⁊ vallum ideo fiant: aut hoc preſtare queāt: ne hoſtes venire poſſint: ſola ratio eſt ac cautio de oppreſſione. Itaq̧ dicendū fuit: ne venientes hoſtes aut ne aggreſſi hoſtes nos opprimant.

Epitome capitis. xxxv.

Participia pñtis tēporis ſubſtātiuata ſi pro certo accipiūtur ſubſtantiuo illius ſunt generꝫ cuius ⁊ illud: ſin pro incerto ad neutrū trāſeunt quod in ceteris quoq̧ fieri ſolet. (De participijs pñtis temporis)

Uerbi gratia quia cum dicitur oriens ⁊ occidens intelligit ſol. qñ fluēs ⁊ confluēs fluuius Ideo maſculina ſunt. Sicut q: dū dicitur cōſonans intelligitur littera. dū cōtinens terra peninſula. Dū pregnās aut lactās femella. ⁊ cum bidens ouis: ideo ſunt femina. Sed ſi bidēs capiat pro duplici dente aut pro inſtrumento bidēte erit maſculinū vt triēs. Animās aūt ſi ſub audit natura animata femininū eſt: ſi abſolute ponat neutrū. Uñ animātia dicunt: ſicut et alia multa neutra ſunt vt cōtinēs p firmamento rōnis: impertinēs accidens ⁊c. Legit tñ elephas lactās ⁊ lepus pregnās ſed in pmiſcuis penuria quadā fit. Adieci quod in ceteris quoq̧ fieri ſolet. vt quia dū dicit Aprilis. quītilis. ſeptem ber ⁊c. intelligitur menſis: dū tyberis ſcaldis ſecana fluuius. Dū boreas iapyx. vētus dum edilis. magiſtratus aut veri: dum molaris deus aut lapis. dum cupido deus. ideo hec oīa maſculina ſunt. Sicut q: dū dr pyrus ⁊ pomus intelligit arbor: duꝫ corinthus ⁊ babilon vrbs dū Juno dea. dū glyceriū femina aut virgo. dū bipennis ſecuris ideo femina ſunt q̄ ſi dicatur ferro bipenni vt a Uergilio: fiat neutrum.

De participijs in ens in ſubſtantiuū tranſeuntibus. Cap. xxxv.

PReſentꝫ tēporis participia ſolent cū ſubſtantiuat neutri gñis eſſe vt accidens: contingens: antecedēs: conſequēs decēs: cōueniēs: preſens: continens: apud rhetores pro firmamento rationis. Quedā tamē alteri⁹ gñis ſunt maſculini: vt oriens: occidēs: profluēs pro flumine: ⁊ cōfluēs quo duo flumina cōueniūt. Feminini continens pro terra que non eſt inſula: vt de Sicilia ad continentem parū intercapedinis eſt. Plynius maior lib. vj. Alymnū a prima continente abeſt. viij. millibus paſſiuū Animās quoq̧ vt Cicero. Requirat atq̧ appetat ad quas ſe applicet ſui generis animātes. Nō nunq̄ tamen hoc nomen in neutro gñe reperitur ſed magis in plurali. Conſonans pro littera nō vocali. Pregnās vero vnde participiū neſcio. Alia quoq̧ huc pertinētia in nr̄is de phyloſophia libris commodius explicantur. (Gen⁹ pticipio⁊ ſubſtātiuato⁊: Accidens Cōtingēs. Anteced ēs Cōſequēs. Decens Cōueniēs. Preſens Cōtinens Animās. Cōſonans Pergans a quo ori ignorat)

Epitome capitis. Cap. xxxvj.

Sicut futuruꝫ participij in dus dū tempus amittit ⁊ habilitatē ſeu dignitatē connotat in nomen migrat: ſic ⁊ in rus dum qualitatem nō tempus ſalua tamē actione connotat.

De participio in dus innumera ſunt exēpla. Sciem⁹ aūt qō Sulpiti⁹ admonet ab eis neq̧ cōparatiua: neq̧ ſuperlatiua apō idoneos legi licet vulgo dicāt pater metuēdiſſime colēdiſſime ⁊c. De participio ī rus tria ponit auctor exempla. dixi aūt ſalua actione: q: licet tēp⁹ amittat: nō tñ ſignificationē: q: adhuc caſus ſuos regit vt nō taciturus⁹ gloriā ſuā aut de gloria ſua (Exempla.)

Participium futuri. Cap. xxxvj.

NEc illud quidē transeundꝫ eſt quēadmodū participiū paſſiuū futuri tēporis trāſit in nomē Amandus dignus amari. colendus dign⁹ coli. Ita ⁊ actiuū. Seneca de naturalib⁹ queſtiōib⁹. Nullā aūt mētionē fecit cometarū nō ptermiſſurus ſi qd exploratū apō illos cōperiſſet. Pretermiſſurus dixit pro eo qō eſt talis q̄ ptermitteret: nec tēpus innuit ſꝫ hoīs q̄litatē atq̧ animi (Futurū in dus. Futurū in rus ī nomē migrans.)

voluntatē. Quinti. in vndecimo. Nec⁊ oīno huius rei meminit vſq̄ poeta ipſe: profecto nō taciturus de tanta ſua gloria. Nō alio modo dixit nō taciturus q̄ per participiū paſſiuū iam cōuerſum in nomē. vt modo dixit tacendū taceri ſic. Nec⁊ omino ſignificauit hoc vſq̄ poeta ipſe profecto rem ſibi non tacendam. Et adhuc Plynius iunior. Itaq⁊ partē oneris tui mihi vēdico. ⁊ tanq̄ parēs alter puelle noſtre confero quīquaginta milia numinū plus collaturus: niſi a verecūdia tua ſola mediocritate muniſculi impetrari poſſe cōſiderem: ne recuſares.

Quītilia. — Plynius.

## Epitome capitis .xxxvij.

Repetundaꝝ ⁊ repetundis q̄ ſoli ſunt caſus in q̄b⁹ ſubauditur pecuniaꝝ ⁊ addit̄ pecunijs e in u mutant: vt a participio ⁊ verbali repetēd⁹ differāt. Quod in alijs quoq⁊ a tertia p̄ſertim coniugatione deductus fieri ſolet: vt gerund⁹: facund⁹: ⁊ oīa ab eo ⁊ queo: vt eūdi obeūdi trāſeundi nequeundi. In nominibus aūt tertie declinationis reperiuntur ſepe accuſatiui plurales in es ⁊ in is.

Repetundarum Repetundis.

Ideo autem in genitiuo ⁊ ablatiuo he voces in vſu ſunt q̄ in illis noīa dānatoꝝ ⁊ penaꝝ poni volunt. Qd̄ aūt ait Sꝫ tertia ꝯiugatio p̄ter ceteras hoc iuris hꝫ ⁊c. Intelligendū eſt de frequentiori vſurpant vt tertia quartā q⁊ cōplectatur. ſicut apud donatum cum dicitur. Eſt preterea quando tertia coniugatio futurum tēp⁹ nō in am vel in ar tantum ſed in bo ⁊ in bor ſyllabā mittit. vt eo is ibo. queo quis quibo. caꝫ vel queā. Nam nōnulla quarte: id quoq⁊ facere docet māci nellus his verbis. Idem in quarta ꝯiugatiōe licere. Aulus gellius lib. xv. cap. vj. oſtēdit. Nā ita ſcribit. Redeūtes grecia brūduſiū nauē admittimus: ibi q̄ſpiaꝫ lingue latine litterator roma a brūduſinis accerſitus experiūdū ſeſe vulgo dabat. ⁊c. Et Tullius lib. ij. de diuinatione. Nam q̄ aiunt quadrigenta ſeptuaginta milia annorum in periclitandis experiūdiſq⁊ pueris quicunq⁊ eſſent babylonios poſuiſſe fallunt. Idem pro A. Licinna. nulli experiūdi ius conſti totum. Curtius lib. vj. Rex nō cupiditate magis potiundi loci. q̄ vice coruꝫ quos ad tam manifeſtum periculum miſerat. Hec ille De accuſatiuis tertie declinationis eſt Seruiana regula ad illud primi eneid. Tris not⁹ abreptas in ſaxa latentia torquet. q̄ quecūq⁊ habet ium in genitiuo plurali niſi ſint neutra poſſint habere etiā latine is in accuſatiuo. vt omnis ⁊ omnes: tris ⁊ tres. ⁊c. Sciemus aūt non eſſe verum q̄ pleriq⁊ dicunt actm̄ ⁊ vocatiuum tertie declinatiōis etiā finiri is p̄ter hec Sardis. trallis. gradis. alpis ⁊ ſyrtis Videtur autē actūs pluralis a ſingl̄ari legitime formari. Nā ſi ſingularis deſinis in a pluralis non neutri generis exiet in as: vt hunc cratera hos crateras ſi in em in es: vt hunc panem hos panes. Si in im in is. vt hanc nauim has nauis. Illud auteꝫ is acti quod longum eſt veteres per ei diptongon ſcribebant. Sed finem facio.

Aulus Gellius Tullius — Curtius — Seruiana Regula

## De repetūdis: ⁊ de repetūdaꝝ. cap. xxxvij.

Repetundarū et de pecunijs repetūdis nō habet alios caſus: ⁊ dubitari poteſt participium ne ſit ſiue nomen: an gerundiū. Verres accuſat⁹ eſt repetundarū vel de repetundis pecunijs. Cum dico repetundaꝝ ſubintelligo pecuniaꝝ. Quo noīe pecunie: ⁊ oīa quibus diuitie conſtant ꝯtineri dicimus. Hec accuſatio proprie cadit in eos q̄ cū foret magiſtratus: prouincialib⁹ aut vi aut dolo eripuerūt pecunias: aut vaſa precioſa: veſtē frumentū: nauigia: nūmos. Mutatur aūt e i u. Repetundaꝝ em̄ erat dicendū: ſed tertia cōiugatio preter ceteras hoc iuris hꝫ vt litterā hāc immutare poſſit: ſicut accuſatiuo plurali tertie declinationis licet mutare candē vocalem in i. Dūtarat in his noībus quorū genitiuus plural' erit in ium. vt Seruio placet. Nam P̄riſ. plura precepta dat. vt Saluſtius in initio Catilinarij. Omnis homines qui ſeſe ſtudent preſtare ceteris animātibus ſumma ope niti decet: ne vitam ſilentio tranſeant. Ita hoc ſiue participiū: nomen ve ſiue gerundiū: a tertia coniugatione natū mutauit e. in u. vel ob hoc ſaltem vt differret ab illo qd̄ dicit̄ ad res repetendas: q̄ ſignificatur principi aut populo ereptaeſſe vl̄ pecorum: vel hominū: vel locorum: aut terrarū agrorumq⁊ corpora.

Repetundarum repetundis — Accuſatio repetūdaꝝ — Saluſtius

Finitur liber primus.

Additio

Preter adnotata ab Laurētio: ſunt q̄dā v̄ba actiua cū participijs ſuis abſolute poni ſolita nā appetere ꝓ aduētare hiſtorici ponūt: vt appetente vere. applicuit ꝓ applicitus eſt: multi vſurpant: Val. in Raudeñ. vetat. Sic appulit pro appulſus eſt: ni ſubaudias ſe aut nauē. Cetera q̄ ad hūc locū parauim⁹ ad aliū reccpim⁹ propter fucos ad p̄ſepia noſtra incubātes.

## Queſtio de participij natura.

Queritur vtrum participium talem caſuꝫ regat qualem verbum a quo deſcendit. Arguitur primo q̄ non. Verbum et participium ſunt diſtincte orationis partes igitur diſtinctas conſtructiones habent. Secundo arguitur verbuꝫ perſonale a fronte nominatiuum regere liquet ſed non participium ab eodem verbo deductū ſequitur participiū non regere ſui verbi caſum Arguitur tertio. Iſtud verbum criminor a tergo aſciſcit ſibi ablatiuum et participium criminans ab eo deſcendens actm̄ ergo participiuꝫ diuerſam regentiam a ſuo verbo obtinet. In oppoſitum. Cōuenientia ſignificationis participij ⁊ verbi a parte poſteriori: vt teſtātur grāmatici: eſt conſona. ergo participium regit caſum verbi. Concluſio. Omne participium ſui verbi ſignificationem ſeruans eandem cuꝫ eo naturam poſt non ante haber. Nam perſonale verbum a fronte nominatiuum poſtulat. Participium vero non. Quod patet auctoritate omnium grammaticorum igitur concluſio vera. Correlarium. Participium participialiter

tentum ſimilem verbo conſtructionem habet. Relinquitur participium talem caſum regere qualem verbum. Ad primum dicitur anteceͣdens diſtinguendo vel ꝙ participium ⁊ verbū ſint diſtincte partes orationis ⁊ quod diſtictę ſpecies habent diuerſa accidentia propria cuȝ eis conuertibilia et ſic conceditur antecedens vel ꝙ non habeāt diuerſa accidentia cōia ⁊ ſic negatur. Nam regere ⁊ conſtrui accidunt partibus orationis et ita in hoc conueniunt. Ad ſecundum dicitur negando conſequentiam: quia intelligitur a parte poſteriori ⁊ nō a parte anteriori. Ad tertium dicitur. negando conſequētiam quia verba communia excipiuntur: quia intelligitur dummodo habeant vocem preteriti participij ſiue naturam verbi paſſiui: a quo tale preteritum oritur. Ad queſtionem reſpondendum eſt ꝙ participium regit eundem caſum ſicut verbū a quo deſcendit tribus ɔ̄ptis Primū ē ꝙ intelligat̄ de caſu poſito a parte poſteriori ⁊ nō a pte anteriori. Scđꝫ ꝙ pticipia ꝟboꝛum ſubſtantiuorum non ſint poſita cum verbis actiuis. vt video petrum exiſtentem album. Tertium ꝙ non ponatur participiuȝ terminatum in ans ortum a verbo communi regēte ablatiuuȝ. Immo oportet ꝙ tale participiū habeat duas terminationes. vnaȝ in ans ⁊ tūc regit accuſatiuum. Alteram in tus. et tunc regit ablatiuum. Preterea non eſt niſi vnum verbum capiendo verbum ſtricte ⁊ proprie ſcilicȝ eſt tamen capiendo verbum large ſunt plura: quia vt dicit. Philoſophus primo periermias. Uerbum eſt quod connotat tempus et eſt ſemper eorum que de altero dicuntur quod non cōuenit niſi iſti verbo eſt tertio adiacenti ex quo multum aliud verbum eſt nota compoſitionis predicati cuȝ ſubiecto. Ideo dicit Philoſophꝰ ibidem ꝙ hoc verbum eſt dicit quandam compoſitionem quam ſine extremis non eſt intelligere.

## ¶ Epitome in libri ſecundi proemiū

SI Ceſar. maſſala. Varro. Gellius. Macrobius: ceteriqꝫ litterature proceres de latina lingua etiaȝ minutiſſima queqꝫ ſecuti ſunt: dabitur auctori huius operis venia: ſi illos ab optimis viris auriſpa greco ⁊ Leonardo aretino cohortatus. immo perſuaſus de elegantijs ſcribendi imitatur: preſertim cum nonnulli ab ipſo inuenta: pro ſuis ediderint.

¶ Defendit ergo ſe contra emulos ab auctoritate ſicut ⁊ comicus ī prologo andrie dicens. Faciunt ne intelligendo: vt nihil intelligant: qͥ cum hunc accuſant. Neuium. Plautum: enniuȝ accuſant quos hic noſter auctores habȝ ⁊ cete. Commēdat preterea Auriſpam preceptoreȝ ſuum et Aretinum amicum a quibus ſe adhortatum atteſtatur. Et vt ex opere in Raudēſem conſtat: ipſum raudum. furti arguit. ꝙ aliena pro ſuis ediderit: quo minor ſit inuidia ſi ipſe tandem ſua edat. Poſſet etiā de ſipontino epiſcopo intelligi niſi vero ſimile ſit illum poſt huius operis editionem ſcripſiſſe. Uerum vt contextum quoqꝫ aperiam. hactenꝰ. i. hucuſqꝫ hoc eſt ad hunc vſqꝫ locum vel ad hoc vſqꝫ tempus ⁊ ſubauditur diſſeruimus per zeugma ab inferiore. diſputaui de complexu. i. conſtructiōe cū caſibus. Nō de fore. i. affuturos. qui meos hos commentarios. ſ. libros. Tanqꝫ autem ⁊c. ſubtile argumentum. Nam aut ea continent que veteres digna putauerunt. aut que indigna. Si q̄ digna: ergo inertes ⁊ ignaui fuerūt ꝙ ea neglexerunt: ſi que indigna: ergo reſpuenda. Hoc autem diſſoluit auctor ſic: vt digna dicat a veteribus eſtimata ⁊ forte ab illis edita ſꝫ intercidiſſe ⁊ non extare. Aut marcellus. ſ. Nonius: aut Pōpeius. ſ. Feſtus. Explicauit ⁊ in poteſtateȝ eſſe annotauit Gellius lib. j. cap. vij. Macrobius Gellij emulus. multa enī in ſaturnalibus a Gellio dicta ponit: aut ab eo ſumpta aut ex eodem deprompta. Triumuiri dicuntur q̄ tres ſimul magiſtratum gerunt aut rempub. regūt. Triumuiri
Ut Auguſtꝰ. Lepidus ⁊ antonius olim rēpub. Romanam: ad eos ergo alludit cum dicit donatum: Seruium et priſcianum rei litterarie triūuiros. Multi ſcriptores vt palemon permēſis grammaticus doctiſſimus trogus ⁊ alij multi. Nullus expectet vt dicam. dicit quidem ſꝫ oratorie negat ſe dicere cum manifeſtarium ſit nō fieri contumeliaȝ aut iniuriā prioribus ſiqͥd ad eorum inuēta adijcitur Nulle vnqꝫ repete. Nullus expectet vt dicam. Nulli vnqꝫ. Nihil vſquequaqꝫ perfectum. ſup. eſſe. Repete. Nullus expectet: et eſt ſententia horatiana. Nichil eſt ab omni parte beatum. Non omnia poſſe omnes ſic maro. dicite pierides non omnia poſſumus omnes. repete iterum. Nullus expectet. Non id ⁊c. repete ideȝ. ſed ideo. Nullus expectet: q: id dicere nolim: cum veteribus potius ꝙ recētibus concedā. Ad dicam. Pulchre omiſit particulā: ſed autē vero ac ſimileȝ: vt ſuo loco videbimus. Rettuliſſem de propoſito animi. i. conſultaſſeȝ. eo id eſt ad id glorie ⁊ dignitatiȝ: quo. i. ad quod: licet pergꝫ. i. ſane aut valde arduū ſit Sed hortamini: incēditis ⁊c. auteſis eſt. Nam minus eſt hortari ꝙ incēdere ⁊ minus incēdere ꝙ opem ferre porrigendo dextram. Honeſtū autē eſt qđ dicit quaſi de alto: ſic enī amicorum honori conſulit. Quorum vnꝰ ⁊c. raudeñ. aut perotti ſcđm multoꝝ ſententiā quem ⁊ Calderinꝰ lege plagiaria conuenit plagiariumqꝫ ſepe vocat in Commentarijs Iuuenalis Eſt autē Pla- Plagiarꝰ
giarius proprie is qui aut emit aut vendit aut detinet pro ſeruo hominē quem ſcit liberuȝ aut libertinum eſſe: vel q̄ contra ſeruo: ſerue vel ſuadet fugam: vel cū eam vel inuito dño tenet: emit aut vendit: ſi dictus ꝙ lege fannia que a plagio Lex plagiaria
plagiaria dicatur: plagis. i. verberibus ſeu percuſſionibus damnatus eſſet. Crimen auteȝ ob Plagium
eandem cauſam plagiū vocatur. Et q: liberne-

[library stamp: …ANDER … VALENTINUS FERDINAND…]

ſtri nobis quaſi liberi ſunt: quicunq̧ eos in ſer
uitutem aſſerit aut ſublegit plagiarius videt̃.
vnde ⁊ martialis furem librorum ſuorũ q̇ eos
pro ſuis tenebat plagiarium vocat dicẽs. Im⸗
ponens plagiario pudorem: quẽ hic quoq̧ au
ctor imitatur. Hanc elegantiam agnoſco: quaſi
propriã ⁊ ſibi prius notam: vt ⁊ veterem anchi
ſen agnouit amicum: ⁊ mancipium meũ aſſero
quaſi manu captum Unde ⁊ ſeruus ꝙ ſeruatus
eſt cum [quia captus] iure belli interimi poſ
ſet. ꝙ diceret amicorum ⁊c. iuxta grecũ adagiũ
Ta ton philon panta [lege panda] koina .i. ami
corum omnia ſunt communia. Urbanus ſermo
Urbanus vrbi conueniens. Inde vrbanitas Tu ille ſup.
reſpondit aut ait: q̇ filios .i. liberos meos. Sto
machari .i. agitata bili commoueri ⁊ iraſci: ad⸗
ductus ſum igitur: concluſio proemij ſummam
votorum continens.

## Laurentij Uallenſis de lingua latina bene merentis elegantiarum lingue latine Liber ſcd̃s Et primo proemiũ de vtilitate operis.

Proemiũ Hactenꝰ de noĩe ver⸗
boq̧ ⁊ ex his duobꝰ com
poſito participio: nũc de
alijs partibus orationis
q̇d ſingule ꝓprietatẽ ha⸗
beant diſſeramꝰ poſtea
de earum diſputaturi cõple
ri: de quo ego prius ꝙ di
cã: nõ puto mihi diſſimu
landũ non de fore qui meos hos cõmentarios
anteꝙ legant: ſumant ve in manus putent re⸗
ſpuendos: tan̄ t̃ aut ea q̄ haud quaꝙ̃ vetuſtas
ſtatuiſſet digna memoratu continentes: aut ve
tuſtatem ipſam partim negligentie: partim im
peritie condemnantes: ꝙ preteriſſent q̄ eſſent
in p̃mis [vt ego ſentio] digna que litteris mã
darentur: aut potius vtrũq̧ faciẽtes ꝙ inepta
quedã minimeq̧ memoratu digna precipiam:
et veteres illos perfectos ſane ⁊ cõſummatos
exiſtimẽ minus cõmode precepiſſe. Ego vero
[vt ad illud primum reſpondeam] nõ video cur
hanc de qua loquor materiam ſe indignam exi
Ceſaris ſtimaſſet aut L. Ceſar q̇ de analogia aut Meſ⸗
Meſſale ſala qui etiam de ſingulis litteris volumina cõ
Uarronis ſcripſit: aut Uarro qui de etymologia minutiſſi
Marcelli mas tractauit queſtiones: aut Marcellus Põ
Pompeij peiusq̧ lingue latine indagatores: Aul. Gellꝰ
Au. Gellij. publicus pene litterarum cenſor: qui vt magnũ
Opera quiddã annotaſſe ſe preter ceteros apud Cice
ronem exiſtimat: explicauerunt ꝑ explicuerũt
et eſſe in hoſtiũ poteſtatem pro poteſtate: que
ipſe indigna ducerem opere meo. aut Macro⸗
Macrobiꝰ bius Gellij emulus: qui om̃es libros videt̃ ex⸗
cuſſiſſe: vt aliquid in lingua latina q̇d auribꝰ ho
minũ dignũ eſſet pro ſua virili parte conferret
Donatus in mediũ. Aut tres illi taꝙ̃ triumuiri de quorũ
Seruius p̃cipatu inter eruditos querit̃. Donatꝰ: Ser⸗
Priſcianꝰ uius: Priſcianꝰ: quibꝰ ego tantũ tribuo vt poſt
Imperiti eos quicũq̧ aliq̇d de latinitate ſcripſerũt: bal⸗
butire videant̃: quorum primus ẽ Iſidorus indo⸗ grãmatici
ctorum arrogantiſſimus q̇ cũ nihil ſciat: oĩa preci
pit. poſt hunc papias: alijq̧ indoctiores. Ebe⸗
rardꝰ. Huguitio. Catholicon. Aimo: ⁊ ceteri in
digni q̇ nominent̃ magna mercede docẽtes ni⸗
hil ſcire: aut ſtultiorẽ reddẽtes diſcipulũ: ꝙ ac
ceperũt. Multos tranſeo cum indoctos: q̄s nu⸗ Rurſum
mero cõprehẽdere nõ licet: tũ doctos inter q̄s docti
ſunt Pedianus: Uictorinus: quorum alter ad ora Aſconius
tiones alter ad rhetoricos. Marci Tullij com Pedianus
mentaria compoſuit: ſed prior vt etate: ita do⸗ Uictorinꝰ
ctrina lõge antecedit: Poſtremo nõ video cur
aliquis de grammatica ac lingua latina cõpo⸗
nens hec ſuo officio minora exiſtimet: quibꝰ ni
hil ſane in grammatica ⁊ latinitate preſtantiꝰ:
vt primus liber potuit eſſe documento: Quod
cum ita ſit: dicam ne eos aut imperitia hec omi⸗
ſiſſe: aut negligentia: minime: ſed L. Ceſaris ac
Meſſale libri interciderunt temporum culpa.
Uarronis vero de lingua latina dimidiati re⸗
periunt̃ in quibus fortaſſe ea q̄ precipio conti
nebantur. Ceteri autem [fieri poteſt] vt que a
ſuperioribus tractata nouiſſent: ſibi non attin
genda exiſtimarẽt. Deniq̧ multi ſcriptores ad
noſtrã vſq̧ memoriã non peruenerũt. Neq̧ ve
ro aliquis hoc loco expectet vt dicã non eſſe cõ
tumelioſum prioribus ſi quid ad aliorum inuẽ
ta poſteriores adijciant. Nulli vnꝙ̃ ab antiquis
ad eiuſdem curſum conficiendum viam fuiſſe ꝑ̄
cluſam. Nihil vſquequaq̧ perfectũ. Nõ omnia
poſſe oẽs. Nõ id quod Priſcianus ait. Artis grã
matice auctores vetuſtiſſimos quoſq̧ maxime Priſcia. dã
erraſſe: recẽtiſſimos vero ⁊ ingenio et diligen⸗ nat vete
tia longe queſtitiſſe. Id dicam [quod vere poſ res
ſum dicere] me non tam mea voluntate: que ar
dentiſſima erat: ad hoc opus deſcẽdiſſe: ꝙ pru
dentiſſimorum atq̧ amantiſſimorũ conſilio cum
aliorũ tum precipue Auriſpe ⁊ Leonardi Are⸗ Auriſpa
tini: quorum alter grece legendo: alter latine ſcri⸗ grecus
bendo ingenium excitauit meum. Ille precepto Leonardꝰ.
ris. vnũ enĩ mihi legebat hic emẽdatoris: vtriuſ⸗ Aretinus
q̧ parentis apud me locum obtinẽs. Ad quos
cum ſeparatim de ꝓpoſito animi mei retuliſ⸗
ſem: deguſtationemq̧ quandam operis demõ
ſtraſſem: vterq̧ per ſe: vt pergerem hortatus ẽ
et vt ſe auctore ederem iuſſit: vt iam integrum
mihi non eſſet illorum auctoritati repugnare: ſi
repugnare voluiſſem: ſed currentem vt dicitur
incitarunt. O viros omni laude digniſſimos.
O de litteris ac de litteratis optime meritos:
non veremini ne alij eo quo peruenĩſtis: licet per
ꝙ arduum ſit: perueniãt. Sed hortamini: incẽ
ditis: ⁊ quaſi de alto manum ſcandenti porrigẽ
tis. Quare querentibus atq̧ admirantibus au
daciam meam. Ita reſponſum velim: me ſum⸗ Audaciã
mis viris ſuadentibus hoc opus ⁊ condidiſſe ⁊ defẽdit au⸗
edidiſſe. ꝙ̃ꝙ [quod ad cupiditatem meam atti ctoritate
net] que tandem ſecordia atq̧ ignauia mea
extitiſſet: ſi commiſiſſem: vt alius hanc lau⸗
dem michi qualemcunq̧ preriperet. Sunt
enim qui nonnulla horum que a me precipi⸗
untur: vel de me vel de auditoribus meis audi⸗

tal nunq͂ eñ iſta ſuppreſſi in opera ſua retule

*In inuētores ſuorum fures.*

rint: feſtinentq͂ edere vt ipſi priores inueniſſe
videant: ſed res ipa dep̄endet cuius dñi vere ſit
hec poſſeſſio. Quorũ vnius libellos quoſdã pro
amicitia cũ legẽdos eo p̄ſente cepiſſem: depre
hendi quedã mea. ⁊ que amiſiſſe me neſciebã:
furto mihi ſublata cognoui. Parco illius nomi
ni. Erat aũt locus de per ⁊ q͂ in compoſitione
de qua re primo libro diſputaui: ⁊ de quiſq͂ cũ
adiungit̃ ſuperlatiuo. Negligẽter ille quidẽ ⁊
inſcite tractatus: vt ſcires aliunde decerptum:
nõ ex ſe prolatũ: ⁊ auditũ nõ excogitatũ eẽ. Cõ
turbatus tñ ſum: ⁊ inquã hoĩ hanc ego elegan
tiã agnoſco: ⁊ mãcipiũ meũ aſſero: teq͂ plagia
ria lege cõuenire poſſum: At ille erubeſcens io
co tamẽ atq͂ vrbanite eluſit q͂ diceret vti reb⁹

*Lex plagiaria.*

amicorũ licere vt ſuis. At iſtud inquã abuti eſt:
non vti. Nihil eñ mihi reliqui ſit: vbi tu huius
rei in qua ipſe elaboraui: palmam ſemel occu
paueris. Cũ ille etiam vrbanius: q͂ mal⁹ parẽs
eſſem: qui filios quos genuiſſem ⁊ educaſſẽ cõ
tubernio eijcerem: ipſe tum miſericordia tum
amicitia noſtra ad ſe domũ ſuam colligeret: at
q͂ educaret pro ſuis. Deſtiti in illũ ſtomachari
intelligẽs multo magis mihi bona mea negli
genti q͂ illi bona ab alijs neglecta colligenti vi
tio dandũ eſſe. Quare quis nõ videt inhoneſtũ
eſſe: ea me mandare litteris ex me inuenta que
alij ne furto quidẽ ſublata turre ſibi ducũt ſcri
ptis ſuis inſerere. Adductus ſuũ igitur ad hoc
opus cõponendum non modo magnorũ hoim
cõſilio: ſed etiam neceſſitate. Nunc ad inceptũ
redeundum.

¶ Epitome cap. xxviij.

¶ Genitiuus omnis aut paſſiue tantum ſigni

*De gtõ*

gnificat: vt mei: tui: ſui: noſtri ⁊ veſtri: genitiui
pronominũ p̄mitiuorũ: aut actiue tantũ ſeu poſ
ſeſſiue qđ fere idem eſt: vt olim hi genitiui nũc

*Mis tis ſis ab vſu receſſere.*

abſoleti mis: tis: ſis: ⁊ nunc noſtrũ ⁊ veſtrũ: aut
vtroq͂ modo: vt reliqui oẽs. At q: mis. tis. ſis.
in vſu non ſunt: vtimur pro eis pronoĩbus poſ
ſeſſiuis: que q: mera ſunt adiectiua: volunt ſub
ſtantiuis in genere: numero ⁊ caſu conformari
Ex qua propoſitione ſequunt̃ cõplures vt di
cunt conſequentie.

¶ Prima.

*Correlariũ primum*

¶ Quotiens dictio regens tam actiue q͂ paſſi
ue capi poteſt: ſemper eſt amphibolia cum ge
nitiuo: niſi cũ his genitiuis mei. tui. ſui. noſtri.
veſtri. noſtrũ ⁊ veſtrũ: vt amor dei.

*Secundũ.*

¶ Secunda.

¶ Qñ poſſeſſiua in eodẽ caſu cõſtrui volũt: con
tinget aut gratia identitatis: aut gratia cõiun
ctionis vni regenti: diuerſos caſus dare.
¶ Ut tua vnius nihil refert quod mea vni⁹ ope
ra factum eſt. Saluus ſum meo p̄ſidio atq͂ hoſ
pitis. Tuam ipſius animam tranſibit gladius
et cum participio. Exaudi vocem meã claman
tis ad te. Item Suſtulit puerũ de latere meo
ancille tue dormientis ⁊c.

*Tertium.*

¶ Tertia.

¶ Interrogando per adiectiuũ ⁊ reſponden
do per ſubſtantiuum aut econuerſo vtimur di

*Nota.*

uerſis caſibus.
¶ Ut cuiũ pecus an melibei. Non verũ egonis.
Cui⁹ hec tunica: mea. Cuia hec chlamis militiſ

¶ Quarta.

*Quartum*

¶ Cõgrue ad poſſeſſiua ſit relatio: vt fieret ad
primitiua licet in nullo conueniant: neq͂ p̄mi
tiua poni poſſint.

*Terentius*

¶ Ut i andria. Oẽs laudauere fortunas meas
qui haberem filium tali ingenio preditum: vbi

*Ouidius*

non liceret dicere: fortunas mei ⁊ tñ videt̃ ad ip
ſum fieri relatio. Ouidius. Tu mea ſcripta le
gis: qui ſum ſubmotus ad hiſtrum.

¶ Quinta.

*Quintum*

¶ Mei tui ſui noſtri ⁊ veſtri nunq͂ conſtruent̃
niſi cum dictione: qui cum paſſiue accipiantur
vt cum nomine verbali aut genitiuum regente
et cum dictione partitiua totius integralis nõ
multitudinis.

*Exempla*

¶ Uerbi gratia Congrue dico. amor vel deſide
riũ tui: hic memor ſui cupidus noſtri. miſertus
veſtri: ego vel miſerior tui. dic. Itẽ aliqđ mei.
Nihil noſtri parte mee cõgrue dico. nõ tñ ali
quis noſtri ſed noſtrum. Nec nullus veſtri: ſed
veſtrũ: ⁊ nõ veſtrorũ: niſi ſubaudiat̃ ſubditorũ
aut familiariũ. Cã eſt q: dũ dico: nullus noſtrũ
partitio eſt totius multitudinis: que ſine paſſio
ne partis fieri poteſt. Cũ aũt nihil noſtri par
titio eſt toti⁹ integralis. Nã ſenſus eſt corporũ
noſtrorũ aut vt ſic dicã perſonarũ nrãrũ. Un vir
gines dicere poſſent ſi per milites tranſimus
amittemus aliqđ noſtri: q: virginitatem

¶ Sexta.

*Intereſt Refert Sextum.*

Intereſt ⁊ refert importantia pertinentiã ſta
tus vel officij includunt in ſe ſubſtantiua femi
nini generis quibuſcum genitiui paſſiue ſigni
ficantes conſtrui nequeunt: ideo regunt poſt ſe
ablatiuos poſſeſſiuorum: mea: tua: ſua: noſtra ⁊
veſtra: ſine quibus interdum nominatiuum an
te ſe regunt.
¶ Perottus dicit hunc locum non ſatis diligẽ

*Perottus*

ter a Laurentio tractatum. Nã vera inq̃t cau
ſa cur non gtõs ſed ablatõs regant eſt: quia in
his verbis includunt̃ ablatiui feminini generiſ
Sed ea non primaria: ſed quam Ualla dat. Qr
videlicet cum dictis verbis non congruit ſigni
ficatio genitiuorũ primitiuorũ paſſiue ſignificã
tiũ: cũ actiue aut poſſeſſiue ſignificare debeãt.
Ueruntamẽ friuole ⁊ inanes videntur ratiũcu
le: cur in ablatiuo: q: natura genitiuo ſimillim⁹
eſt: nec ideo in feminino: quia id genus mediũ
aut ſuauius eſt. Sed q: vt dicit Perott⁹ ſub
ſtantiuũ femininũ icludit̃. idq͂ ablri caſus: vñ
nihil aliud eſt intereſt q͂ in re eſt: ⁊ refert: q͂ in
quit res fert: ſed ſic nõ eſt ablati caſus: vñ mal
lẽ dicere: q͂ p refert. Neq͂ tamen ea ratio ſuffi

*Argumẽtũ*

ceret niſi adderet̃ Laurentiana. Nam ſi liceẽ di
cere cauſa mei: nõ ſequit̃: hec dictio ẽ aut inclu
dit ſubſtãtiuũ feminini generis: ergo habebit
ablatiuũ poſſeſſiuũ feminini gñis ⁊ nõ genitiuũ
primitiuũ: ſz oportet addere ⁊ ſignificat ſic: vt
illi nõ cõgruat gtũs paſſiue tantũ accipiendus

ergo nõ dicã refert mei: ſicut interdũ cauſa mei q: res aut re mei nõ dicit̃ Adieci φ interdũ nominatiuũ ãte ſe regũt: vt nihil refert mea. Tua multũ intereſt. Ceterũ verbũ eſt: qd nõ videtur includere ſubſtãtiuũ feminini generis frequẽtius hz ntm̃ neutri generis: vt Nõ noſtrum eſt inter vos tãtas cõponere lites. Aut nõ veſtruz non meum: non tuuz. non ſuum. Quia tamẽ genitiuuz regit: ſicut intereſt ⁊ refert: poteſt etiaz ablatiuos regere forte: quia ſubaudit̃ in re. Ut ẽ mea ſup. in re: de genitiuo exempla ſunt. Grates perſoluere dignas Nõ opus eſt noſtre. Nõ viri cuiuſq3 eſt corinthum petere ⁊c.

Septimuz

¶ Septima.

¶ Mei tui ſui noſtri ⁊ veſtri: dum genitiui primitiui ſunt cõſortiũ ſubſtãtiui quaſi per appoſitionem reſpuũt Sicut meus: tuus: ſuus: noſter ⁊ veſter adiectiua conſortiũ gti nois ꝓprij: quocirca aut caſum aut ſermonẽ mutabim᷒.

¶ Uerbi grã. Nõ dices [authore Ualla] Eges mei Priſciani: ſed mei qui Priſcian᷒ ſuz: vl̃ me Priſciano. Nulla tñ videt̃: niſi vitande amphibolie ratio cur nõ liceat dicere mei priſciani: ſicut meo priſciano: ſed dũ dicit̃ mei priſciani dubiũ eſt an mei q̃ ſuz priſcian᷒ an ei᷒ q̃ eſt priſcianus me᷒. ſ. ſeru᷒ aut filius. Nã ſicut ꝓpria nõ regunt gtm̃ niſi per ſupplementũ appellatiui: ſic nec ꝯſtruunt̃ cũ poſſeſſiuis. Unde cum dicitur enei. vi. Deiphobe glauci: ſubaudit̃ filia. Et duz dicit̃ primo enei. Quid me᷒ eneas in te cõmittere tm̃. Subaudit̃ filius. De ſecũdo exẽplũ eſt vt licet dicat̃ mea ſol᷒ opera nõ tñ mea priſciani opera.

¶ Octaua.

Octauum. ¶ Recipiunt aũt mea: tua: ſua; noſtra: ⁊ veſtra frequẽter hos gtõs. vnius: ſolius: ipſius: cuiuſq3: ⁊ genitiuũ participiorũ: clamantis: dormiẽtis ⁊c. Primitiua aũt genitiuũ gerundiui nois et etiã participij ac illos vnius ⁊c.

¶ Exẽpla patuerũt. Mea vni᷒ opera: tua ſol᷒ diligẽtia: tuã ipſi᷒ animã. ſua cuiuſq3 gratia.

Ouidius. Cicero

Litere meo dormientis. Ouidius in epl̃is. Copia placande ſit modo parua tui. Cicero ad Lentulũ. Quocũq3 tpe mihi poteſtas pñtis tui fuerit Neq3 inepte dixeris. Nõ egeo tui ſol᷒ ſed oim tuorũ. Et ſicut tua vnius: ad vnum loquẽs dico: ita veſtra duorũ: triũ: aut quattuor opera factũ dicere poſſum: ſed quia illis propriũ eſt in vſu: mallẽ dicere veſtrũ oim: aut veſtrũ duoꝝ φ vr̃a

Brutus

Brutus tñ ad Ciceronẽ dixit. Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus: pro veſtrũ.

¶ De tribus ꝓnoibus mei: tui: ſui: cap. xxviij.

De mei tui ſui

Ultris in locis Priſcian᷒ teſtat̃ nihil intereſſe an vtamur ꝑmitiuo an deriuatiuo i illis ꝓnoibus mei: tui et ſui. Quid eſt [inquit] meus eſt fili᷒: niſi mei fili᷒: ⁊ alibi: mei ager eſt: et mei agri iſtrumẽtũ: ⁊ mei agro dedit: ⁊ mei agrũ colo. Similiter tui agri: ⁊ tui agrorũ: ⁊ tui agros et ſui agrũ: ⁊ ſui agros: ⁊ noſtri agrum et noſtri agros: ⁊ veſtri agrum ⁊ veſtri agros. Et alibi amatiſſe ſuũ filiũ ⁊ amaſſe ſui filiũ bñdicit ſuo filio: ⁊ bñdicit ſui filio. Petit a me vt ꝓſim ſuo filio: ⁊ ꝓſim ſui filio: ⁊ i alijs adhuc locis niſi hac rõne: vt ipſi᷒ vtar vbis. Si ipſa tñ poſſeſſio in poſſeſſorẽ faciat trãſlationẽ nõ eſt congruũ vti genitiuo primitiui ꝓ poſſeſſiuo: q: vix hz cõpoſiti greci vt Ciceroni redit ſu᷒ fili᷒: nõ ſatis cõmode ꝓ hoc dicit̃ Ciceroni redit ſui filius: nec Ciceronẽ laudat ſui filius: ꝓ ſuus filius: ⁊ filia. Quia nec apud grecos bene dicit. niſi more attico pro ſimplici accipiatur.

Uide priſc. li. xvij de ſecunda diff. ꝓnominuz poſſeſſiuorum;

In quo Priſcianuz falli vel ex hoc eſt: φ nulla [vt fere ſolet] authoruz exẽpla attulit: et de contrario illoruz vſu reticuit. Ego autem quoniã de his triũ pronoim genitiuis inter me ⁊ Priſcianuz queſtio eſt: aliquanto altius repetaz de natura genitiui: ⁊ de vſu doctiſſimorum auctorum diſputabo. et licet non pauca in hanc rem mihi dicenda ſint: non perſequar tamen paruula quedam ⁊ minuta: vt tot verbis ille fecit: ſed que eruditiſſimis euadere volentibus ſint gratiſſima: que cum ignota fuerit Priſciano: declarant eum nõ ſatis ſtilo oratorio eẽ exercitatũ. Genitiuus ois [vt taceaz ſiqui ſunt alij modi] aut actiue aut paſſiue accipiũt. Adde etiam poſſeſſiue: qd pene pro actiue accipio

Genitiuoꝝ ſignificatõ

Actiue: vt prouidentia dei: bonitas dei: paſſiue vt timor dei: cultus dei. Ibi deus prouidet ⁊ benigne agit: non ipſi prouidetur ⁊ benigne fit. Hic timetur et colitur: non timet nec colit. Poſſeſſiue ſedes dei: regnuz dei. Atq3 in huiuſmodi oratione: vt intellectus apertus atq3 vnus eſt: ita in illis ambiguus et anceps amor dei: charitas patris: ſuſpicio vxoris. Dubium eſt de: vtro loquaris an de amore: quem deus in nos habet an de eo quem nos in eum: de charitate patris in filios an filiorũ in patrem; de ſuſpicione maritali. an de ſuſpitione vxoria. Taceo φ aliquãdo ambo hi genitiui eidem orationi adſunt: vt in Catone maiore Cicer. Quid de Pu. Licinij Craſſi ⁊ pontificij ⁊ iuris ciuilis ſtudio loquar Craſſus ſtudet quod eſt actiue: ius [vt ſic dicã] ſtudetur quod eſt paſſiue. Iterum de offi. libro primo. Quare. L. Sylle et Ciceronis. Ceſaris pecuniaruz tranſlatio a iuſtis dñis ad alienos nõ debet liberalis videri. Tria igitur pronomina: de quibus agimus ſola omnium binos genitiuos ſortita ſunt vnos mei: tui: ſui alteros qui iã exoluere: mis: tis: ſis: in quorum pene locuz ſucceſſerunt deriuatiua meus: tuus: ſuus: horuz binorum genitiuoruz antiquitati placuit alteros actiue ſignificare: alteros paſſiue. Naz illa mis tis ſis [vt coniectura duco:] actiue ſiue paſſiue ſignificabant: vt hec ipſa meus tuus ſuus. Unde pronomina poſſeſſiua vocitantur. Ennius in ſecundo. Ingens cura mis cõcordibus equiparare. Plautus in penulo. Da diez hunc ſoſpitem rebus mis agendis. Quãuis idem in milite ⁊ iteruz in mercatore tis pro tui videri poſſit accipere: tñ hic cũ Ennio mis poſuit ꝓ meis: nõ mei. Quod nõ licere fieri authoritatẽ ex authorib᷒ repetam᷒; nec accipi vnq̃ mei: tui: ſui;

Cicero

Cicero

Mei tui ſui Mis tis ſis.

Ennius

Plautus.

Quintilia. nisi passiue. M. F. Qui. Et qd̄ inter ista difficil
limum fuit amore mei vicit etiam matrē suam
Cicero Cicero. ꝙ desideriū tui ferre non posset: ⁊ me
Vergilius. tui pudet. Vergi. in. vj. Quiq₃ sui memores ali
Terentius os fecere merendo. Teren. Hoc vnum scio hāc
In andria meritam vt memor esses sui. Non significatur
hic amor meus: quē in alterū habeo: sed vt sic
dicam de me quē alter habet ⁊ quo amor. Itē
non desideriū tuū sed alteri⁹ de te: et memoria
nō sua sed de se. Similiter in plurali dumtaxat
duorum: Nā sui non variat vocē genitiui plura
lis at ne singularis quidē: vt Prisciano placet.
sis eī nō reperitur vt tis: mis. Ideoq₃ opinor
et hec duo illius exēplo pariter intercidisse: cū
Nemo no presertim in vicem eorum succedant deriuatiua
strū nō nrī Habēt itaq₃ hec duo pronoīa in plurali nostrū
et vestrū: que respondēt ad illa mis: tis: ⁊ item
nostri ⁊ vestri: que respondent ad illa mei: tui:
vt nemo nostrū. nemo vestrum. non autem ne-
mo nostri: nemo vestri. Rursus habete curam
Seruius. nr̄i sicut habemus curā vestri. nō aūt habem⁹
Reciproca curā vestrū. Siquis exempla desiderat sibi fa
tio gtōrum cile reperire poterit. In diuersa opiniōe Ser-
mei tui sui uius grammaticus est qui ait. nostri aūt ⁊ vestri
genitiuus pluralis est antiquus: ⁊ ex greco des-
cendēs: sicut singularis est mis et tis: ⁊ hoc est
vnde dicimus nostri causa fecit: hoc est nostrū.
Forsitan. A. Gellius vt postea apparebit est se
cutus. Sed hos ⁊ Priscianū cū aliis in errorē
vt auguror induxit: ꝙ interdum inueniunt hec
nō ad aliā referri personā: sed reciprocā eē: vt
ego oīa facio amore mei: tu istud fecisti gratia
tui. Oblitusue sui est ithacus discrimine tanto
sed non fuit causa cur errarent. Nam ita in his
passio est vt illis: nec aliomodo aliquid ego fa-
cio amore mei ipsius ꝙ tu amore mei. Ut enim
Ouidius diligor abs te ita diligor a me: vt apud Ouidia
Indifferē num narcissum. Uror amore mei: et tu sicut ab
ter dici vi altero: ita a teipso diligeris: et sibi quisq₃ ami-
detur. cus est: vt alteri. Et alia preterea causa cur erra
Causa rent ꝙ viderent hec que nos distinximus per
Fama. actiue ⁊ passiue in multis indifferenter poni: vt
Imago. causa mea et causa mei: fama mea et fama mei:
Potestas imago mea ⁊ mei. potestas mea et mei: vsus vti
Usus litasq₃ mea et mei. Interdum etiā ipsa deriua
Utilitas tiua pronoīa passiue accipi: vt apud Terentiū
Memoria Ut appareret facile desiderio id fieri tuo videli
Accusatio cet ꝙ tu desideraris non ꝙ desideras. Qualis ē
Crimē me accusatio mea ⁊ crimē meū cū accusor criminis
us mea vel quasi accusatio mei ⁊ crimē mei. Sed nō satis
meū ⁊ mei. solertis sunt tam facile falli. Nā hoc vltimū vbi
passiue positū est hoc pronomen deriuatiuum:
quod quidem rarum est: non magis contra me
facit ꝙ contra veteres omnes: qui hec prono
mina possessiua vocauerunt: id est possessionē
significantia: quod (vt dixi) rarū est. Ideo nō
passim hoc reperias. Nō enim dicas pro eodē
dolorem tuum ⁊ dolorē tui: vt dixit Terentius
Terentius desiderium tuum pro tui: quod scilicet ipse non
dicerem. Uerū quando quidē non infinita hec
nomina sunt que natura quadā ab vsu aliorum
recedunt: nō grauabor de nonnullis sigillatim
dicere: dum nō grauentur audientes legētesq₃
hec audire vel legere. Dicam, tamē breuiter. Et
res digna scitu in primus in qua videmus ma-
ximos etiam eē hallucinatos. Primū est causa Cā mea
mea venisti: ⁊ cā mei. Cā mea accipit possessi- Cā mei
ue eo mō quo via mea venisti: pecunia mea feci
sti sumptū: iter meo sumptu fecisti. Causa mei
vero passiue eo mō quo beniuolentia mei. Mo
dus tñ prior ē vsitatior. Quid autē de hoc Ser
uius idem sentiat: postea videro. Fama mea et
fama mei eiusdē rationis est: ⁊ mea frequenti⁹
dicimus. Imago mea scilicet que mea est vt sta
tura mea forma mea. Imago mei nēpe: que de
me est. Sed prior modus vsitatior. Hec que se
quūt in vtraq₃ parte frequētiora: vt alterū tñ
alteri⁹ sensus sit. Memoria mea actiue ꝙ ego
recordor. Memoria mei passiue ꝙ alii de me re
cordantur: vel mentionem habent: sepe etiam
possessiue eo modo quo fama mea: dolor meus
quem alius de me patit: vel forsan egoipse: sim
ꝙ dolens meam vicem sicut dicimus misereor Copia
mei. Copia mea possessiue quam ego possideo
copia mei passiue qua ego possideor. Ut faciā
omnibus copiam mei non meam. Meretrix fa-
cit omnibus copiam sui non suā. Potestas mea
quā habeo mei q̄ habeor. Nec pulchre dicas al-
terū p altero: vt tu vides ptātē meā quāta ē nō
mei: habes potestatē mei: nō meam: nisi aliud
significet pro eo quod est habes eandem filem Cicero
ve potestatem vt apud Ciceronē Bello Mar
sico. Octauius omnibus faciebat sui conueniē
di potestatē: Utilitas mei. Ibi enim possideo Fabius:
hic possideor. Quintilianus. Sed vt aliqd pre
staret patrie vtilitas mei: id est de me. Nā fieri
potest vt in eadē re non sit vtilitas sua alicui cū
vtilitate sui: quidam legunt vtilitas mei. Idem
Quid nunc agam: aut quem vltra essevisū mei
diis repugnantibus credam. Usus inquam est
nō meus: sed ex me aliorum. Adhuc idem pñs
quidem illa protinus redditur merces: ꝙ oib⁹
qb⁹ insedere: odorem melius inspirant: et bre-
ui contactu vim sui relinquunt: vim non suam
sed ex se. Quomodo tu captus amore mulie
ris malles habere copiam sui ꝙ suam. Fa-
stidium meum quo ego alios fastidio: fasti-
dium mei quo ab aliis fastidior. Ut idem: seu
mulier omnibus exposita mortalibus vanita-
tem fastidio mei despectuq₃ captauit. Hec
sunt ⁊ his similia: non tamen plurima que an
cipitem naturam habent. Cetera vero mini
me. Non enim sic dicimus pulchritudo mei:
fortitudo tui: longitudo sui: vt imago sui: non
prudentia: non ingenium: non sapientia: non
probitas: non virtus: non innumera alia.
Quod si tam parua res eos mouit: debuit e
diuerso illud magis mouere ꝙ quedam que
non multa sunt: habent ancipitem significatio Pars mei
nem: sed quam nemo nisi cecus non discernat: et mea.
vt pars: dimidiū: membrum: medium: quid: ali
quid: multum: et si qua sunt alia. Quis enim nō
videat: cū dico hec est pars mea non de corpo-
ris mei parte itelligi: sꝫ de hereditatē. Et itē

hec eſt pars mei nõ de hereditate ſed de corpo
re: Manus pars mei eſt: non mea. Fund⁹ pars
mea eſt non mei. Dimidiũ tui maius ait eſſe q̃
dimidium ſui: profecto de corpore intelligo: di
midium tuum maius ait eſſe q̃ dimidium ſuum
de preda aut de cibo aut de ſucceſſiõe: aliiſq; ſi
milibus intelligendum eſt. Medium tui tangã
non medium tuum e medio tui prodiit: nõ e me
dio tuo. Ut auferam iniquitatẽ medio tui iſrael

Manus p̃s mei nõ mea.

Membrũ cum pro parte accipitur eandẽ ra
tionem ſequitur vt hic puer membrum mei eſt
quaſi pars mei: ſin pro membro aliquo: ⁊ in ſuo
ſignificato accipitur vt caput vt manus: vt pes
hic membrũ meum eſt: quaſi ſic vt caput ⁊ ma
nus: hic digitus membrum meum eſt non mei.
Item quid mei tetigiſti: quid tui vidi: aliquid
tui virgo perdes ſi venatum prodibis cum ado
leſcentulis: non aliquid tuum: niſi dicamus tui
a neutrali genere. Ut Cicero de orat. lib. iii. Ex
quo vereor ne nihil ſim tui niſi ſupploſionẽ pe
dis imitatus: id eſt de tuo non de te. Ulyſſes ſi
quid tui Polyphemus prehendet id omne deuo
rabit. Mei nihil attigit. Quicq̃d em̃ attigiſſet
mei: ſtatim contriuiſſet. Multũ mei ille aufer
re poteſt: ſed plus tui. Plus in quam de te q̃ de
me non de tuo ⁊ de meo. Item quicquid Meli
bee diripuiſti aliquid meum fuit: non mei. Nũc
redeo ad Seruiũ: qui ait tui cauſa feci ⁊ tua cau
ſa feci diſcretionẽ hãc habẽt vt tui cauſa tũc di
camus: ſi aliq̃d ipſi ad quẽ loq̃mur p̃ſtiterimus
vt puta tui cauſa te defendi. Uergilius in duo
decimo. Uictus amore tui cognato ſanguine vi
ctus. Cõiugis ⁊ meſte lachrymis vincla oĩa ru
pi. Tua vero cauſa cũ alteri aliq̃d alterius cõte
platione p̃ſtamus: vt tua cauſa mancipiũ tuum
defendi. Si Seruius tantũ de vocabulo cauſa
loquitur: ⁊ nõ in vniuerſum de omnib⁹ huiuſmo
di: nõ recte attulit exemplũ alterius vocabuli:
preſertim non nihil natura differentis. Sin ve
ro de omnibus non poteſt vna lex dari diuerſis
vt ſupra oſtendimus: ſi tamen lex eſt ⁊ nõ poti⁹
contra legem omniũ veterũ. Nam vt ego dice
bam cauſa ſepius cũ pronoĩe deriuatiuo copu
latur: atq; hoc quidẽ: indifferenter ſiue aliena
cauſa ſiue tua. Ueluti ſi q̃s dicat. Epicur⁹ vult
oĩa cuiq; agẽda eẽ cauſa ſua mihi mea: tibi tua:
illi ſua: nobis noſtra: vobis veſtra non mihi tua
aut ſua: nec tibi mea: nec illi veſtra: nec nobis
ſua: nec vobis veſtra. Hic nihil op⁹ eſt admiſce
re primitiuũ. Sed ne ſine exẽplo loquar quod
ipſe fecit vno ero contẽtus ſumpto ex Quintil.
Mea depugnaſti cauſa: tua petiſti. Atq; hoc
quod Seruius precipit nobis ipſe conſtanter
vſus eſt neminem tamen ſecutus quale eſt illud
in ſextum eneidos. Non ſpe ſalutis ſed mei cau
ſa: ⁊ in octauum. Hec ſigna: mei cauſa fiunt: ⁊ in
nonum. Uult enim intelligi ſui cauſa matrẽ ſe
cutam. Uerum quid mirum de Seruio: cũ Au
lus Gellius ⁊ quidem antiquior: non modo nul
lum exitũ in hac queſtione poteſt reperire ſed
etiam non optime ſentit. Ita enim inquit. Cur
igitur Terentius. Penitet noſtri non noſtrum

Membrũ — Cicero — Cauſa tua: et tui ſcd̃m Seruium Uergilius. — Quĩtilian⁹ — A. Gellius li. xx. ca. v. nõ ex p̃pa perſona

nihil hercle mihi venit in mentem niſi authori
tas quedam vetuſtatis non minus antic q̃ ſu
perſtitioſe loquentis. Paulopoſt. Sed procul
dubio qui rectiſſime loqui volet: noſtrum poti⁹
dixerit q̃ noſtri. Et idcirco importuniſſime fe
cerunt: qui in pleriſq; Saluſtii exẽplarib⁹ ſcri
ptura ſinceriſſimam corruperunt. Nam cũ ita
in Catilinario ſcriptũ eſſet. Sepe maiores no
ſtrum miſerti plebis Romane: noſtrũ abſolue
runt: ⁊ noſtri ſubſcripſerunt. Ex quo in plures
libros mende iſtius indolis inoleuit. Lu. Aul⁹.
Gelli. de genitiuo noſtri loqueris nõ de noĩati
uo noſtri pluralis numeri: Utrũ rectius ſit ad
exemplum Saluſtii: vt mihi ⁊ ceteris placet in
nominatiuo caſu nihil ad rem facit neq; ad ex
emplum Terentianum ⁊ hii qui [vt tu vis] Sa
luſtii ſcripturam corruperunt: nõ in genitiuum
mutauerunt ſonum illum: ſed in nominatiuum
per quẽ caſũ nõ audeas tu dicere: corrupte nos
loqui. immo q̃tũ ego ſentio incorruptius. Eſt
em̃ vna eademq; vox noſtri ab eo quod eſt ego
genitiui caſus: et nominatiui ab eo quod eſt no
ſter. Neq; vero ego repugno Aulo Gellio dicẽ
di mutatam eſſe ſcripturam a noſtrũ in noſtri
nominatiuum tamen non genitiuum. Nam ne
q; aliquis recte in genitiuum mutaſſet: neq; ra
tione mutaſſet. Quin potius fateor ⁊ hoc liben
tius: q̃ vnicũ illud exemplũ quod ipſe ex Plau
to protulit: fortaſſe mendoſũ eſt dicente. Duo
rum labori hominum parciſſem libens mei te
rogandi: ⁊ tui mihi reſpõdendi. Ait aũt Gelli⁹.
Mei in hoc loco Plautus non ab eo dixit quod
eſt meus: ſed ab eo quod eſt ego. Itaq; ſi dicere
velis patrẽ mei pro patrem meũ: in: quod greci
modo dicunt inuſitate quidem: ſed recte profe
cto eaq; ratione dicas, qua Plautus dixerit la
bori mei pro labore meo. Nolo equidem tã cõ
fidenter. vt facit Gellius ſcripturam mẽdoſã
dicere: et affirmare: quod inexploratũ habetur
Tacco q̃ damnat fortaſſis immeritos qui nec
corruperunt ſcripturam et melius ſic dici puta
uerunt. Quero cur veriſimilius ſit aliquos ſcri
pturam illam mutaſſe Saluſtii: in qua nihil ab
ſurdi erat: q̃ hanc Plauti qui grammaticorum
leges: qualis eſt Priſcianus: et Seruius: ⁊ Do
natus: qui hunc poetam in ſchola lectitabant
facere videbatur: ſi ita diceretur: duorum labo
ri hominum parciſſem libens meo te rogandi
et tuo mihi reſpondendi. Nulla namq; grãmati
ce ratio videtur hoc poſſe tueri: quin potius dũ
per indiuidua exponimus ſigillatim quod dixe
ram⁹ per vniuerſũ eodẽ caſu vtamur ſic. Duo
bus hoĩbus laborem detrahi neceſſe eſt vt dica
mus mihi ſcilicet ⁊ tibi: non aũt meũ ⁊ tuũ: ta
men vt ſentis in genitiuo permiſſum eſt vt af
fert hic accuſationẽ duorũ hoĩm mei ⁊ tui ſiue
meã ⁊ tuã: quale hoc loco fit: ſed dicendum po
tius pronomina deriuatiua quia poſſeſſio ſiue
actio ſignificatur nõ paſſio quod ego mutatum
eſſe nolo dicere ab ipſo Aulo Gellio: ſed a grã
matice profeſſoribus: quorum nihil eſt ſuperci
lio ſuperbius: nihilq; improbius: ⁊ ad emendã

Grammaticorũ ſupercilium.

dos libros vel corrumpendos potius: magis audax. Preterea Plautus licentia verborum poteſt dici vſus in qua fuit plane nemo liberior. Poſtremo quid habet momenti ex vno authore: et eo poeta afferre vnū exemplū in tanto numero oīs generis authorum. qui adeo refugerunt dare actiuam ſignificationē his quinqꝫ genitiuis primitiuorum vt eos mutauerint in alteram vocem genitiuis aliarū dictionum cum quibus coniuncti erant natura repugnāte minime mutatis: vt Cicero in Gabinium et Piſonem. Dico mea vnius opera rempub. eſſe liberatam. Idem ad atticum. Solius enī meū peccatū corrigi nō poteſt. Idem pro Murena. Et tuo ipſius animo coniecturam ceperis. Nō dixit: ac ne dicere quidem potuiſſet: mei vnius opera: mei ſolius peccatum: tuij pſius animus. Et in plurali. Quint. Deinde cum ſatis vires eorum explorauerint: ſue ipſorū fiducie permittunt: nō dixit ſui ipſorum fiducie. Quid multis: cū etiam apud recētiores [de Chriſtianis loquor] hoc ſit obſeruatiſſimum vt in pſal. xl et lx viij. ſcdm hebraicam veritatem: cum alter ita incipit. Domine clamaui ad te feſtina mihi exaudi vocem meam clamantis ad te. Aliter ſic. Audi deus vocē meam loquētis a timore inimici ſeruauit animam meam Et in. xl. ſcdm aliam e greco tranſlationem. Domine memorabor iuſticie tue ſolius. Eſt autē ſolius nō feminini generis: ſed maſculini: vt ex greco apparet referturqꝫ ad dominum non ad iuſtitiam Item libro regum ſecundo. Suſtulit de latere meo ancille tue dormientis: et in euāgelio Luce. Et tuam ipſius animam pertrāſibit gladius. Nec deſunt quidam imperite docti: qui conant illud exponere: tuā ipſiꝰ animā aliud eſſe ꝙ tui ſi tui dicere liceret: hoīes ignaros nō ſolū theologie ſed etiā litterarū: interrogent grecos et repetient penes eos vnde nos ſumpſimus tui eſſe nō tuā: cum illi nō habeant in his tribus pronominibus: quam nos elegantiā. Ideoqꝫ apud eos eſt pater noſtrum vel noſtri qui es in celis: ſanctificetur nomē tui: adueniat regnum tui: Fiat voluntas tui ſicut in celo et in terra. Panem noſtri vel noſtrū da nobis hodie: et dimitte nobis debita noſtri vel noſtrum: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtri vel noſtrum: que nos ne barbare loqueremur mutauimus in pronomina deriuatiua. Ex quo apparet non modo illud Auli Gellij maiores noſtri per genitiuū contra grammaticam: verum etiā illud maiores noſtrum contra vſum eſſe: potiuſqꝫ in tali genere vtendum eſſe deriuatiuo noſtri ꝙ primitiuo noſtrum. Licet hoc ratione nō vterent. Neqꝫ vſqꝫ contrariū exemplū reperire cōtingit. niſi vnum in epiſtola quadam Ciceronis ad Curionē ſic dicentis. Eam autem vnius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido: quod et ſic defendi poſſet: ſtudio pro gratia vel fauore: vel amore aliorum erga te vt apud Horatium ad Iunium. Ne ſtudio noſtri pecces: tamē malim dicere id factum eſſe vitio librariorū. An ne ſemper culpā reijciā in librarios falſo: dabo argumentum cur et prius et nunc merito in illos impetū faciā. In proxima ſtatim epiſtola legitur bis tyranno. P. Lentulo proꝰ eo qđ eſt tribuno plebis. Et in precedenti libro ad Lentulum qui eſt illius operis primus bis etiā idem vitium eſt in ſecunda et in vndecima epiſtola. Et cum oīa vt reor [maximā enim partē vidi] exemplaria que in Italia ſunt mendoſa: et deprauata hoc vitio eſſent: nullus tamē tantum flagitium aiaduerterat: atqꝫ ſicut illud emendauimus: ita hoc quoqꝫ emēdare et in priſtinā ſynceritatē reſtituere audeamus ſic. Eam rem tuo vnius ſtudio me aſſequi poſſe confido Nec alia cauſa factum eſt: vt Terentius dixerit Saluus ſum meo preſidio atqꝫ hoſpitis: et non preſidio mei atqꝫ hoſpitis. Quē imitari petrarcha ſi ſciuiſſet: nō titulū operi ſuo indidiſſet de ſui et aliorū ignorantia: ſed de ſua. Aliud namqꝫ eſt ignorantia ſui: aliud ignorātia ſua. Si tamē ſenſit de ignorantia quam de ſe habuit recte dixit: et vulgo dicimꝰ ſcio tuas diuitias qui te pauperem quereris: et nō tui diuitias. Aſpice liberos meos qui dico: orbus: nō mei liberos: cernant ſua predia qui mihi vnū fundum inuident: nō ſui predia: vbi nō modo genus diſſimile eſt antecedenti et relatiuo: ſed etiam numerus: ꝙ [quod validiſſimū eſt] ingens differētia ſignificationis eſt inter primitiua pronoia et deriuatiua. Sed iſta oīa fieri cogit ꝙ nō licet primitiui genitiuis dare ſignificationē actiuam cuius rei eſt et illud maximum argumentum apertiſſimum eſt quod ſubijciam: nulli adhuc grammaticorum intellectum: ꝙ dicimus mea: tua: ſua: noſtra et veſtra: intereſt et refert. non autem mei: tui: ſui: noſtri et veſtri. Eſt aūt illud mea: tua: ſua nō ex parte ante [vt quidam volūt] ſed ex parte poſt: nō aliter ꝙ cū dicimus hoc intereſt illius quaſi hoc eſt officiū illius: ita hoc intereſt mei: ſi liceret mei aliter capere ꝙ paſſiue. Nunc dicimus mea in voce poſſeſſiua: ſed tamē vt ſit primitiuū et ſubſtantiuum et non adiectiuum. Dem ꝑ ita ac ſi diceremus mis. Regi aūt ex parte poſt atqꝫ adeo hoc verbum habere ante ſe nominatiuum: ſicut ſum eo eſt: ſed in neutro genere quis dubitet: cum oīa ſint plena exemplorum. Cicero pro Plācio. Si quid mea minus intereſt: id forte magis delectat. Et pro eodem. Non ſolum quid cuiqꝫ debeā: ſed quid cuiuſqꝫ interſit: et ꝑ Scylla. Veſtra enī qui cū ſumma integritate et elegantia vixiſtis hoc maxime intereſt. Et pro lege manilia. Illud primū pauli refert. Vbi etiā dicere poſſemꝰ. Illud mea parui refert: ſed hoc nihil ad preſens tempus. Hec oīa reſoluuntur in verbum ſubſtantiuum hoc modo. Si quid minus meū eſt: quid cuiuſqꝫ eſt veſtrū. hoc eſt maximi: illud parui momenti eſt: vt appareat non differre naturā verbi ſubſtantiui et horū duorū impersonaliū: niſi ꝙ illum natur aliter nominatiuum poſt ſe poſtulat: hoc genitiuum ſed actionis ſiue poſſeſſionis more ſubſtātiui: Sed hoc in ceteris nominibus et ꝑnominibus nihil dubitationis habet. quorū genitiui actiue: paſſiue poſſeſſiueqꝫ et ſi quis eſt alius modus accipiunt

Plautus licentioſus
Cicero.
Mea vniꝰ.
Meū ſoliꝰ
Tuo ipſius
Sui ipſorū
Meam clamantis.
Meo dormientis
Tuam ipſiꝰ.
Oratio dominica.
Cicero
Menda librariorum
Terentius
Meo atqꝫ hoſpitis
Petrarche inſcientia.
Meos qui
Mea: tua: ſua; refert.
Refert et intereſt cum ſuppoſito.

mei aũt tui: ſui diuerſam naturā habent. Quid
igitur faciendũ erat: Hec paſſiue accipiuntur:
nō actiue nec poſſeſſiue. illa verba volunt poſt
ſe genitiuū actiuū ſiue poſſeſſiuū. Danda ergo
fuit vox poſſeſſiui ꝓ ſignificato primitiui. Sed
ablatiuus: qui natura genitiuo eſt ſimillimus:
et in genere feminino vel tanꝙ̄ medio triũ ge-
nerum: vel ſuauitatis gratia ne durum videre-
tur meo: noſtro: tuo: veſtro ⁊ ſuo. Ideoqꝫ hi ab
latiui iungi ſibi patiuntur a dictiua illa tam ꝙ̄
actionẽ poſſeſſionemqꝫ ſignificantia in geniti-
uo: vt ſupra demonſtrauimus. Sic mea ſoliꝰ in
tereſt: tua vnius refert: ſua ipſius intereſt: non
mei ſolius. tui vnius. ſui ipſius: niſi in alia lo-
quendi figura: de qua mox ſubijciam. Unde ma
xime palam fit nunꝙ̄ hos genitiuos ſumi niſi
paſſiue: vt habeo curā mei ſolius: nō meã ſoli-
us: habeo curā tui vnius: nō tuam vnius vnuſ-
quiſqꝫ curam gerit ſuiipſius: nō ſuā ipſius. Cur
ita eſt: quia hic paſſio ſignificat: vbi ſuperius:
vel actio vel poſſeſſio. Cuius rei vnũ exemplū
ſufficerit ex Terētio. Hem tot mei ſolliciti ſunt
cauſa vt me explicant. Et planum quidem iam
fecimus tres genitiuos mei: tui: ſui: paſſiue ſem
per poni: meus: tuus: ſuus plerumqꝫ poſſeſſiue
Ideoqꝫ cum vtendum eſt illis primitiuorũ ge
nitiuis mutari ſonum de i in a. Nunc aliqua ad-
denda ſunt de his dictionibus que legitime cō
iunguntur cum huiuſmodi pronominum geni-
tiuis. Non enim omnes poſſunt. Ante oīa nul-
lum ſubſtantiuum in conſortio ſuo ſuſtinent: vt
fili noli domo recedere reſpectu mei ꝓprij. Qđ
nō tam placuiſſe Priſciano reor ꝙ̄ per imprudē
tiam eſſe lapſum: cum dicit: mei Priſciani egeo
et tui priſciani egeo: et alibi. Ego vergilius: tu
Uergilius: ille Uergilius. mei Uergilij. illius
Uergilij. Hec enī oratio declarat meum priſcia
nū Uergiliū ve: aut tuū nō me Priſcianũ Uer-
giliū ve aut te nō aliter ꝙ̄ ſi dicas: egeo mei pa-
tris: ego tui domini: quod profecto nō eſt pmiti
uorum ab eo qđ eſt ego ⁊ tu: ſed deriuatiuorum
ab eo quod eſt meus tuus. Neqꝫ diſcrimē facit
quod hic appellatiuum nomē eſt: ibi proprium
Uirgili. Si qua tui Coridonis habet te cura ve
nito. Et alibi. Henee mihi cura tui. Et iterum.
Heneeqꝫ mei. Que meus tuus: nō ab tu ego ve
niunt. Itaqꝫ ſic emēdemus priſcianum: qui cū
de lingua latina cōponit antiquitatē oēm cor-
rigens nomē ſuū latine proloqui neſciuit. Mei
qui ſum Priſcianus egeo. Tui egeo qui priſcia
nus es vel me priſciano egeo: te priſciane egeo
vel tui vel te priſciane egeo. Nam illud apoſto-
li ad corinthios. Salutatio mea manu pauli: e
greco eſt ſumptum

Cur ablatiuos feminini gñris refert ⁊ intereſt regant.

Attēde cuꝫ paſſio ſignificat

Terentius

Mei tui ſui primitiua ſubſtantiua reſpiciunt

Uergilius.

Nota

Tertiū vero exemplū qđ idē
protulit illius Priſciani eget: recte dicitur. Nō
habent enī cetera pronoīa ancipitē naturã vt
illa tria de quibus diximus. Adeoqꝫ verum eſt
hos ipſos genitiuos reſpuere conſortiū geniti-
ui: vt ne in poſſeſſiuorũ quidē forma illud pati
velint. Uidimus licere dicere meā vnius operā
tuum ſolius ſtudiū: non tamen dicemus meum

Meus tuꝰ ſuus ⁊c. re-



Laurentij ſtudiū: ſuum Priſcianũ prediū: ſed
meū eſt ſtudiū qui ſum laurentius: prediū ſuũ
qui eſt Priſcianus. Neqꝫ tamen ob id excludo
ſi genitiuos hos paſſiue accipiamus eo modo
quo exemplū ponemus. Nam [ vt ſuperius do-
cui ] aliquando duos genitiuos alterū actiue al
terum paſſiue poſitum vna iungi: vt quid de P.
Licinij Craſſi iuris ⁊ ciuilis ⁊ pontificij ſtudio
loquar: Ita fit in ꝓnomine: vt idem author ad
atticum. Fuit mihi laudis noſtre gratulatio tua
iocunda: ſi timoris conſolatio grata. Et iterum.
Uehemēterqꝫ tua ſui memoria delectatur. Mo
ſi igitur hec pronomina ſiue in genitiuo paſſi-
ue: ſiue mutata in vocem poſſeſſiuorum actiue
non admittunt genitiuos ſubſtantiuorum: nun
quid admittunt oīm adiectiuorum: Nō opinor
ſed ꝓpe ſolorū participiorū participialiūqꝫ ge
rundiuorũ: ⁊ frequentiſſime illorū trium: vt qui
dam volūt ꝓnoīm vnius: ſolius: ipſius: ⁊ ſi qua
alia: que rara ſunt: de ꝗbus: mox dicam: per gtm̄
cū participio. Cic. ad Lentulum. Quocūqꝫ tpe
mihi poteſtas pñtis tui fuerit. per femininum
ſed cum gerūdio. Ouid. heroidū. Copia placā-
de ſit mō parua tui. Per vocē mutatã ī poſſeſ-
ſiuum: vt ad Ciceronē Cato. Libenter facio: vt
tuã virtutē: innocētiā: diligentiam: cognitam
in maximis rebus domi togati armati foris pa
ri induſtria adminiſtrari gaudeam. Cic. de ora
tore L. Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in
Tuſculanũ cōtuliſſe. Sed hoc gerundiuū ē: et
ea exempla que ſupra attuli: quorum vnum fuit
Suſtulit de latere meo ancille tue dormientis
ad quod pronomen malo referri illud dormien
tis: quod eſt adiectiuũ ꝙ̄ illud ancille quod eſt
ſubſtantiuũ: ita vt ſi abfuiſſet participium vix
tolerabile fuerit futurũ: quale Boetij. Solan
tur meſti nunc mea fata ſenis. Quintilia. ſolet
etiā omittere pronomē. Ut accepi fateor: illum
qui ſolutus quoqꝫ nō ſequebatur: quẽ nō gau-
diũ redemptionis non letitia prelati non hor-
tantis exerit patris amplexus. Et in eodem li
bro Rus ſeruulos penates: ⁊ oīa viliora pro
peranti feſtinatione parentis additi omiſit ſui
vt eſſet non letitia ſui prelati: et meus vt eſſet
non meus hortantis amplexus. Et iterũ. mea
vt eſſet feſtinatione mea parentis. Poete etiã
frequenter. Ouidius heroidum Deniqꝫ quiſqꝫ
erat caſtris iugulatꝰ achiuis. Frigidius glacie
pectus amantis erat Idē. Illa meis oculis ſpe
cies abeuntis inheret. Cum premeret portus
claſſis itura meos. Auſus eſt amplecti colloqꝫ
infuſus amantis Oſcula per lōgas iūgere pſſa
moras. i. tua abeuntis: et meo amantis. Idem
in eodem opere. ſed inuſitatius. Et fleſti et no-
ſtros vidiſti flentis ocellos Noſtros dixit pro
meos: vel flentis pro flentē. Eſt enī illud flentis
gtīs ſingularis: nō accuſatiuus pluralis: quod
accentus probat: quum accuſatiui habeant vl-
timā longam: que hic nō eſt. Hoc dixi quia qui-
dam hunc locum exponunt per accuſatiuum
Illa diuerſitas numerorum meos ſiue noſtros
amantis vix alij ꝙ̄ poete permiſſa eſt. Poſtre-

ſpuūt gtm̄ ꝓprij noīs

Mei tui ⁊c adiectiuorũ gtīs.

Cicero

Boetius.

Quitilianꝰ

Ouidius.

mo hec pronomina ſiue in primitiuorum genitiuorum: ſiue in poſſeſſiua voce vt dixi mari me gaudent illis tribus ſolus: vnius: ipſius: quorum multa exempla iam protuli. Nec ab re fuerit: ſicut vnius: ita duorum: trium: quattuor: poſſe dici. Item omnium cuiuſq; plurium et ſi qua adhuc ſunt: vt veſtram duorum: vel veſtram trium vel veſtram oim operam deſydero: pro veſtrum. Cicero de oratore lib. iij. Sed voluntati omniũ veſtrum parui. Cuiuſq; aptius cum pronomine ſui: ſiue ſuus cõiungitur: vt vellez noſſe q̃ ſit ſua cuiuſq; ſententia: nõ ſui cuiuſq;. Brut⁹ ad Ciceronẽ. Qui vr̃is paucorum reſpõdeat laudibus: p veſtrũ. Verũ iã huic q̃ſtiõi finẽ iponam⁹

Cicero
Cuiuſq;
Veſtris paucorum.

Epitome cap. xxxix.

¶ Me & tu ſemper figurate et vbi pathos ẽ dicunt te te frequẽter: ſed etiã citra figuraz: ſicut & ſeſe frequẽtius. Cap. xxxix.

Annotata in ca. xxxix. et xl. vide ad finez huius ſecundi
Meme.

Eadẽ fere hec pnõia geminari etiã ſolẽt: priora quidẽ per figuram meme tete. Tertiũ ſine figura. Ver. in. ix. Meme adſuz q̃ feci in me conuertite ferrum o rutuli. Et in. xi. Meme duce ferrũ corripite o rutuli. & in. xij. Vertere oẽs tete i facies ſed hoc videri põt eẽ ſine figura. Nõ enĩ ẽ ita acre & ardẽs: vt apud Quint. Tete hoc loco mulier iterrogo. in ntõ plane ſemp figuratũ ẽ. Cic. in Antoniuz. Tutu facies illas incẽdiſti. Seſe vt dixi i nũq̃ figuratũ eſt. vt idẽ. Hic viri fortiſſimi ſanguis aſpſus ſceleratã gratulãtib⁹ manũ porrigẽs i tẽplũ Iouis ptulit ſeſe. i. ſe

Tete.
Tutu
Seſe

Epitome capitis xl.

¶ Noſtras veſtras & cuias non tantum patriã nationẽq; innuũt: ſed etiã partes & quaſi ſectam

¶ De noſtras: veſtras & cuias. Cap. xl

Noſtras.
Veſtras
Cuias.

Noſtras. veſtras et cuias nõ tm̃ patriã nationemq; innuũt ſed etiã ptes & q̃ſi ſectaz: vt veſtrates philoſophi: nõ ſũt ita populares & fauorabiles vt nr̃ates q̃ epicuri ſchola pdiderũt. & cuiates pħi eſtis: Stoici ne an academici: an pipatetici ad nr̃ates epicurei Cic. Putareſq; ne vnq̃ accidere poſſe vt mihi vba deẽẽt: nõ ſolũ iſta veſtratia oratoria: ſʒ hec leuia noſtratia.

Exemplũz
Cicero

Epitome cap. xli.

¶ Hic: iſte & ille cum ſuis condeclinijs & aduerbijs hoc differunt: q hic ad primã pſonam. iſte ad ſecundam ille ad tertiã remotaz. ſ. ab vtriſq; ſpectat. Solet enĩ fere cõtingere vt hic hec hoc ſint loquenti vicina. Iſte iſta & iſtud ei ad quaz loquit. Et ille illa illud ab vtriſq; diſtantia. Ille ptere a ſignificat nobilitatẽ. Ipſe pſtantiã et excluſionem minorũ. Iſte cõteptũ minorum.

Vide finez huius ſcdi.
Nota

De iſte et ille. Cap. xli.

Iſte et ille.

Iſte et ille (ſi audire Priſcianũ volumus) hoc dñt: q iſte ſpacio ppinquiore. ille aũt lõgiore intelligit. Cui⁹ authoritas plurimos i errorẽ induxit q. p iſtud dicũt illũ. Veluti ſi ad hoiem lõge poſitũ ſcribas: ſi q̃d noui i illa vrbe ẽ mihi notum facias. p eo quod eſt in iſta vrbe quod nõ mediocre peccatũ eſt. Nam de me loquens dicere debeo hoc caput: he manus: iſta ciuitas. Cic. in Antoniuz. Remoue paulisper iſtos gladios. Et in eodem libro. Tu iſtis faucibus: iſtis lateribus: iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippie nuptijs exhauſeras: vt tibi neceſſe eſſet in cõſpectu populi romani vomere poſtridie: hoc eſt iſtis tuis faucibus: iſtis tuis lateribus: iſta tua firmitate Unde naſcũtur aduerbia iſtic: iſtinc: iſtac: iſtuc iſtorſum: iſto. Vñ idem ad lentulum. Qui iſtinc veniunt aiunt te ſuperbiorem factum. i. qui ab iſta prouincia: in qua agis huc in italiam romã q̃ veniunt. Aliquando iſte accipitur pro hic: vt idem in eundem. Cum iſto corpore ſtent cum gladijs armati. Et Quintilianus. Iuuenis iſte eſt de quo ſumma in rebus humanis monſtra gignuntur. Et iteruz Hic iuuenis patris ſui heres ſolus inuentus eſt. Ille quoq; nonnunq̃ p dignitatẽ aut per eminentiã ponitur: indicans eſſe quod omnes debeant noſſe: vt Alexander ille magnus: ille cẽſori⁹ Cato. Architas ille tarentinus.

Cicero
Quitilian⁹
Ille.

Epitome cap. xlij.

¶ Hic ſepe de ſpacio propinquiore: is de remotiore intelligitur. vtrunq; autem concinne poſt relatiuum ſubiũgitur vbi ille a quibuſdam minus venuſte poſitum reperitur: vt in hoc locutionis genere. Qui pfert virtutẽ diuitijs: is ſane fortis ẽ vl' hic ſane fortis ẽ. Nõ ille ſane fortis ẽ. Vtrũq; quoq; q hic taz is: ſed cõcinn⁹ is cũ copulatiua coniũctione antecedẽtis qualitatẽ ſpecificat hoc pacto Veſtis modica et ea detrita: vel & hec detrita. Idẽ accipi ſolet pro etiã refugitq; poſt ſe cõiunctionem: & quaz ſimplex recipit. Adhoc p pterea nõ inuenuſte capitur.

Hic et is.

¶ Exẽpla in textu patent preterq̃ vbi hic de ppinquiore is de remotiore intelligit. Poterit aũt dari tale. Si quã rem hic tibi vtilem inueniſti: hac vtere: ſi quã in agro vtere ea. Itẽ domi & foris ſollicitor: hic a meis: ibi ab hoſtibus.

De hic: is: idem: & adhoc. Cap. xlij:

Hic et is.

Hic & is habẽt potius illã de qua nõ memini Priſciani differẽtiã. Ut hic ſpacio ppinquiore is vero lõgiore intelligat. mitis tũ in locis vtrũq; locũ hʒ vt qui pfert vtutẽ diuitijs: is ſane fortis ẽ: vl' hic ſane fortis ẽ: vel p oppoſitionẽ: vt q̃cũq; mulier adultera eadẽ venifica eſt: et fere p hec duo pnomia licet: ſic loqui nec per vlla alia licet poete vtantur ille pro is: quia amborũ eadem pene ſignificatio eſt: vt Horatius. de arte poetica. Qui didicit patrie quid debeat: & quid amicis. Quo ſit amore parẽs: quo frater amandus & hoſpes. Quod ſit conſcripti quod iudicis officium: que partes in bellũ miſſi ducis: ille pfecto Reddere perſone ſcit conuenientia cuiq;. Quare ſanctis viris e greco transferẽtibus ſic permittamus dicere. Non qui ſe ipſum cõmen

Horatius
Ille pro

dat ille probatus eſt: ſed quem deus cõmendat Poſſunt autem hec cadẽ duo de quibus loquor pronomina: et alia modo vſurpari: vt Alexander paruis copijs fretus ſuperauit Dariũ cũ infinito exercitu: ⁊ id in adoleſcentia vel et hoc in adoleſcentia. Item ⁊ hoc modo. pauca veſtis ⁊ ea detrita et ſordida: potius ꝙ ⁊ hec. paucis nũmis ſuperbit: nec ijs ſuis ſed aliunde corrogatis: potius ꝙ nec his.

Idẽ. Cicero

Idem quod eſt ab is compoſitum quaſi pro etiam poni ſolet: vt Cicero. Eſt huic coniuncta beneficentia quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet .i. quã etiã. Quintili. Si cauſam veneficij dicat adultera. non Marci Catonis damnata iudicio videtur: qui nullam adulteram non eandem eſſe veneficam dixit In hoc pronomine idem annotaui quiddã diſſimile ab is. Ibi põt addi copulatiua: hic non poteſt: quod tamen affirmare non auſim: vt quancunqꝫ in ſedem migrat apum rex: in eam ⁊ apes ipſe comitantur At ſi dicam in eandem: tollam copulatiuam ſic in eandem apes ipſe comitantur Nam idẽ habet in ſe vim copulatiue. Hoc compoſitum cum prepoſitione ad: ſignificat pꝫterea: vt apud Saluſtium. Cognoueram paruis copijs bella geſta cũ opulentis regibus. Adhoc ſepe fortune violentiam toleraſſe: facundia grecos: ſcientia belli Gallos ante romanos fuiſſe.

Saluſtius. Adhoc Galli.

Epitome capitis .xliii.

¶ Inſtrumentũ quodlibet in ſeptimo caſu ponemus ſine prepoſitione cũ que non inſtrumẽtum ſed comitẽ: aut concomitantiam denotat.

Septimus caſus alio noie effectiuus

¶ Septimũ caſũ vocãt ablm̃ rectum neqꝫ vi nois neqꝫ vi v̓bi aut aduerbij: neqꝫ vi p̄põis: vt iſtrumẽti ⁊ q̃ i deſignatiõe ſeq̃le ponit̃ Octauũ vocat niger dtm̃ localẽ vt Inferretqꝫ deos latio .i. in latiũ. Exẽplũ de comite. vt Rex intrauit cũ multo exercitu de comitãtia. rex acceptꝰ ẽ cũ mira beniuolẽtia. Dixi q̃libet iſtrumẽtũ vt coercuit miles armis: orator verbis: conſciẽtia rubore.

De cum prepoſitione.  Cap. xliii.

Cum Quĩtilianꝰ

Um p̄poſitio p̄ appoſitiõẽ nõ iũgit̃ rei notãti inſtrumẽtũ: ſed comitẽ ⁊ hoc eſt qđ Quin. ait Ut q̃ramꝰ nũq̃d apud nos ſi vis quedã ſeptimi caſus: ⁊ vt apđ grecos ſexti. Nã iq̃t cũ dico haſta percuſſi: nõ vtor ablatiui natura. Nec ſi idẽ grece dicã datiui: ppt̃ qđ Seruiꝰ ⁊ q̃dã alij plane affirmãt eſſe ſeptimũ caſũ. ꝙ autẽ nõ vtamur ablatiui natura hanc cauſam exiſtimo: ꝙ ablatiuus aut vi nois regitur aut vi verbi: aut aduerbij: aut poſtremo intercedente p̄põne: quorũ nihil hic fit: niſi volumus errorẽ quorũdã ſeq̃ q̃ ſubintelligũt p̄poſitionẽ cũ. Et quomõ ſubintelligi põt q̃ ne poni q̃dẽ põt: Nam percuſſi cũ haſta. inauditum eſt Inſtrumentum enim p̄cuſſionis haſta eſt. Peccauit non illecebris hmus etatis vir: qui ſcripſit gladiũ qui cũ p̄cuſſerat eduxit. Percuſſit igit̃ gladio nõ cũ gladio: impuli te pugno non cum pugno. Video te oculis. non cũ oculis. Tango te manu nõ cum manu. Deleuit epiſtolã lachrymis. Abſterſit ſordes aqua. Siccauit cretam: liquefecitqꝫ ceram igni. non autẽ cũ lachrymis cum aqua: cum igni.

Caſus ſeptimus. Ablatiuus

Varia exẽpla.

Sed hoc fefellit ꝙ illa prepoſitio videri poſſit iuncta nomini inſtrumentum ſignificanti vt acceptus eſt a nobis cũ honore. Magna cum beniuolentia ſcripſit: cũ mira affabilitate me allocutus eſt: cum dira truculentia me aſperit. Verũtamẽ hi ablatiui non inſtrumentum ſignificant: ſed coniunctionẽ Siquidem acceperunt me homines inſtrumento corporis ſed honore comite. Scripſit miniſterio manus nõ beniuolentie: ſed hac ſocia Allocutus eſt lingua operatrice: affabilitate preſenti. Et aſpexit inſtrumento oculorũ truculentia ſuffuſorũ que nihil facit ad ſpectationẽ: ſed oculi. Sunt qui velint Priſcianum ſenſiſſe cum haſta percuſſi dici poſſe: vel hanc prepoſitionem ſubitelligi. Ego vero affirmo neminẽ antiquorum neqꝫ protuliſſe hanc: neqꝫ ſubintellexiſſe.

Epitome capitis .xliiii.

Circiter.

¶ Circiter non tantum ad tempus: ſed etiam ⁊ quidem frequentius ad numerum et nonnunq̃ ad locum ſpectat.

¶ Quia vero actõ deſeruit nõ plenũ videt̃ exẽpiũ. circiter duum milliũ militũ: niſi ſubaudiat̃ numerũ Caſſius aũt aduerbialiter poſuit: ſicut ⁊ circa et circũ poni ſolent pro incircuitu. Quoquouerſum .i. quocũqꝫ verſũ.

De circiter.  Cap. xliiii.

Irciter Priſcianus inquit ad tempus ſolũ pertinet vt circiter calẽdas Ianuarias. Immo ⁊ quidem frequentius ad numerũ vt circiter duum millium militũ circiter decẽ miliariorũ. Sed aliquando etiã ad locũ: vt caſſiꝰ Emina. Lapidẽ fuiſſe q̃dratũ circiter i medio arce iũctũ cãdelis q̃quouerſũ.

Caſſius.

Epitome cap. xlv.

¶ Verſus ſemper fere poſtponitur ſicut tenus frequenter ⁊ vſqꝫ nõ raro. Diciqꝫ poteſt etiam verſum: vt quoquouerſus ⁊ quoquouerſum: aduerſus ⁊ aduerſum. Addi poteſt ꝙ dum appellatiuis iungitur prepoſitio alteram admittit vt in forum verſum apud Ciceronẽ.

¶ Dixi fere ſemper propter hec Mancin. v̓ba. Verſus euphonie gratia q̃nqꝫ p̄ponitur poſtꝰ. Hic li. i. de lingua lati. Varro dixit. Liuius primo ad florales verſus capitoliũ vetꝰ: qđ quidẽ euphonie gratia feciſſe apparet. Hec ille. Nam capitoliũ verſus verſus duriter ſonet. Si ergo ſemel duntaxat: idqꝫ euphonie gratia factũ: bona eſt Valle preceptio.

De verſus  Cap. xlv.

Verſus

Erſus contra naturã prepoſitionis ſemper poſtponitur vt italiam verſus Megarã verſꝰ. Liuiꝰ. Duo rõani vno loco p̄ pius albã. tria albana romã vſꝰ

Propiꝰ albam

Saluſtius. Deinde philenorum are quem locũ egyptum verſus fines imperij habuere carthaginenſes. Cicero de diuinatione. Qui cuz exercitu luſtrato Aretium verſus caſtra mouiſſet.

Surſuz. Verſus Verſum

Surſum ſiue ſurſum verſus frequẽter legimus nõnunq̃ dicit̃ verſum ſicut aduerſum. Naz ita verſus ſicut aduerſus Unde quoquo verſus: id eſt in vnãquamq; partez ⁊ quocũq; ⁊ in vtramq; partẽ ⁊ deorſum verſus. Atq; neſcio quomõ nõ reperio hanc inter prepoſitiones eſſe numeratam: an quia poſtponitur ⁊ non preponitur: Nã tenus quidez preponi ſolet: de qua nunc dicã: ⁊ tamẽ eſt prepoſitio. An quia prepoſitiõis vice nõ fungitur: quotiẽs alia adeſt prepoſitio Ut ad occidẽtem verſus: quo quidez mõ aduerbium eſt: vt vſq; que ⁊ ipſa ſic aliquando in oratione collocatur. vt ad occidentem vſq;.

Tenus

Uſq;.

Epitome capitis. xlvi.

¶ Tenus ꝑpoſitio ablatiuo deſeruiens tunc legitimo genitiuo deſeruit quando ſignificat res geminas aut ſingulari caret: ſignificatq; tenus vſq; ad: aut non vltra.

Exempla. Calepinus

¶ Ut pubetenus. i. vſq; ad pubẽ: vel ad pubem vſq; ſed exempla in textu ſatis patent. ¶ Calepinus dicit apud Flaccum in argon. cũ actõ cõſtrui. Et tanain tenus imenſo deſcendit ab euro. Uultq; in plurali gtõ iungi etiam nõ geminorum: vt apud Curtiũ. Pauci hoſtiũ tenus exacti penetrauere ad portiũ. Uult preterea abſolute poni apud Horatium in epiſtolis. Eſt quidẽ prodire tenus ſi non datur vltra: ſed illic nõ quidem, ſed quodam legendum eſſe: ⁊ metrũ et ſententia docet.

De tenus Capi. xlvi.

Tenus

Hactenus. Quatenus Uerboten⁹ Capulotenus

TEnus (vt dixi) ſemper poſtponitur: atq; in ſingulari vtriq; cum ablatiuo: vt hacten⁹: quatenus: verbotenus: capulotenus In plurali vero cũ genitiuo etiam non ſolum cum ablatiuo: ſed quãtum ego ſentio cum genitiuo. tũc autem neceſſario: cum venuſtius ſit: preſertim more grecorum: cum res eſt: vel gemina: vel numero ſingulari carens: neq; hoc apud poetas ſolummodo: ſed etiam apud Oratores. Uergilius. Crurum tenus hiſpida nanti. Et iterum. Et cruruz tenus a mento palearia pendent. Quintilian⁹ in libro duodecimo Sed ille vir bonus qui hec nõ vocibus ſibi tantuz nota atq; nominibus auriuz tenus in vſuz lingua perceperit: ſed qui virtutes ipſas penitus mẽte cõplexus ita ſentiet. Celius. Jam illi rumores de comitijs tranſpadanorũ cumaruz tenus caluerũt. Curtius Pauci hoſtiũ tenus exacti penetrauere ad portum. Eſt autez ſignificatio vſq; ad. Umbilico tenus vſq; ad vmbilicũ. Aethiopia tenus: nilotenus: vſq; ad ethiopiã ⁊ nilũ. Aliquando etiam ꝓ nõ vltra: vt geſſit cõſulatum titulo tenus. i. non vltra q̃ titulo: cuiuſmodi nõnulla ex ſuperioribus exemplis ſunt.

Uergilius.

Quĩtilian⁹

Curtius.

Epitome cap. xlvij.

Pridie. poſtridie.

¶ Pridie et poſtridie cum genitiuo et cum accuſatiuo conſtrui poſſunt

¶ Cauſa videt̃ quia ⁊ nomẽ ⁊ ꝓpoſitionẽ includunt. Nã vt dicet̃ cap. lxx. pridie eſt die qui pridem ſeu qui ante: ⁊ poſtridie poſtero die q̃ poſt Quũ ergo dico pridie nonarũ idez eſt ac ſi dicã die qui prior eſt nonaruz: quum vero pridie nonas. die qui preit nonas ſeu qui ãte nonas. Unde tertio nonas eſt quaſi tertio die ante nonas incluſiue tamen: vt dicis nonarum ſit vnus e tribus. Quum vero dico poſtridie nonarum idez eſt ac ſi dicaz poſtero die a die nonarum. Quuz poſtridie nonas. die poſt nonas proximo. Cęterũ qđ Cic. in ep̃la ad Tironẽ dicit. Menandrum poſtridie ad me venit q̃ expectarez: videtur poſtridie ſignificare vno die poſterius.

De pridie ⁊ poſtridie aduerbijs. Cap. xlvij.

Pridie Poſtridie

PRidie et poſtridie quemadmodum tenus genitiuo ſeruiunt: ⁊ nõ nũq̃ etiam actõ: vt pridie illius diei: poſtridie nonarum decembrium. Cice. ad Atticũ. Pridie compitalia memẽto: Ti. Liui⁹ libro. vi. Etiã poſtridie idus rebus diuinis ſuper ſederi iuſſuz. Inde vt poſtridie calẽdas ac nonas eadẽ religio eſſet traditũ putant. Idez libro. xlviij. Pridie: parilia medio ferme die atrox cuz vento tempeſtas coorta: de quo vide plura infra in Nudiuſtertius.

Cicero. Liuius

Epitome capitis. xlviij

¶ Hei ⁊ ve datiuuz: heu et probatiue actũ alios qui etiã nominatiuũ regit. heuheu ſeu eheu abſolute ponitur heus cum vocatiuo. Procul etiã cum accuſatiuo iungitur: ſed ⁊ cum ablatiuo ſine aut cum prepoſitione.

Heus.

¶ Exempla patent in textu de heus quod adijcimus: eſtq; vocandi aut reuocandi aduerbiuz: vt heus iuuenes. Primo ene. procul cum ablatiuo vt procul dubio. Unde Mancinell⁹. Dicim⁹ quoq; procul oceano et procul ab oceano. Plinius. ñ. lib. v. cap. x. de nilo ita inquit. Originez [vt iuba rex potuit exquirere] in mõte inferioris mauritanie nõ procul oceano habz: Et phedra ouidiana ait. Sint procul a nobis iuuenes vt femina compti. Catullus item. Procul a me tuus ſit furor ois hera domo. Hec ille. Ponitur etiam abſolute: vt in Bucolicis. Sexta procul tantum capiti delapſa iacebant.

Procul Mãcinell⁹

Ouidius

De hei: heu ⁊ heuheu. ve ⁊ ꝓcul. Ca. xlviij.

Hei.

HEi quoq; ⁊ heu ſimile quid obtinent tamen alteruz datiuo: alterum accuſatiuo iungitur: vt Hei mihi qualis erat quãtũ mutatus ab illo Hectore. Terenti⁹ Heu me miſerum. Et fere cũ huiuſmodi pronominibus. Nam cum alio nomie frequentius per exprobationem: vt Uergilius. Heu ſtirpẽ inuiſam. Et Plyni⁹ lib. vij. Heu dementiam ab his initijs exiſtimãtium ad ſuperbiam ſe genitos. Aliquãdo etiã cũ nominatiuo vt idem Uergil⁹. Heu pietas: heu priſca fides.

Uergilius. Terentius

Teren. in adelphis. Heu misera. Illud vero in psalmo. Heu mihi q᷑ incolatus meus prolõgatus eſt. Neſcio an vitio factum ſit librariorum Quale illud in euãgelio. Aſcẽdit in arborem ſi
Mẽda i ſacris lris. comorum: q᷑ inde tranſiturus erat: qđ ſcribendũ eſt, illac. Et illud ad romanos. Tu autẽ cum oleaſter eſſes: inſertus eſſes: pro inſitus: Et in actib⁹ apoſtolorũ. Egreſſi ſum⁹ foras portam iuxta flumen: pro extra portam. Heu heu nulli caſui ſeruit. vt idez in huc. Heuheu qđ volui miſero mihi. Ve quoqȝ datiuo. Martialis. Carpere cauſidic⁹ fertur mea carmina q̃ ſit. Neſcio. ſi
Martial. Heu heu Ve. ſciero ve tibi cauſidice. Hec appelles licet ſiue aduerbia ſiue interiectiones. nã hãc inter partes orationis non numero: ſicut etiã prepoſitiones. Procul apud quoſdam caſui ſeruit: vt apõ curtium. Procul vrbem.

¶ Epitome capitis .xlix.

¶ Aduerbia comparatiua ꝛ ſuperlatiua: a prope preter caſus gradui debitos regunt aut datiuum: nominis prope: aut acc̃m prepoſitionis

Nota ¶ Regunt enim deriuatiua fere ſuorũ primitiuorũ caſus. Prope autem ſepe aduerbialiter et ita abſolute ſumitur: habens accentũ in vltima ſed habens eũ in prima aut nominaliter ſumitur

Vergilius. Terentius Prope cum datiuo: vt prope eſt domin⁹ omnib⁹ inuocantibus eum. Hinc Maro ingeorꝫ. Propi⁹ ſtabulis armenta tenerent. Et comicus in andria Proximus ſum egomet mihi. Prope autez prepoſitio accuſatiuum vult. vnde propius vrbem et proxim⁹. Pompeium ſedebam dixit. Cicero et ꝙ proxime hoſtez. Sicut Liuius vt cap. xlv. vidimus propius albam.

Quedam aduerbia comparatiua: ſuperlatiua qȝ regere accuſatiuum. Cap. xlix.

Comparatiua aduerbia. ꝛ ſuperlatiua preter ſuam conſtructionez ablatiui: vt ſcribo meli⁹ te: ꝛ optime omnium. Aliquando ſeruiũt acc̃õ vtiqȝ ea q̃ a prepoſitionibus veniunt illarum naturam ſeruantia. Cic. ad Octauiũ. Cur caſtra medio itine-

Cicero Saluſtius re longius aduerſariorũ caſtris ꝛ propi⁹ vrbẽ mouẽtur. Idem ad atticum. Cũ eẽ officiũ meũ putaui exercitũ habere ꝙ proxime hoſtez. Saluſtius. Proxime hiſpaniam mauri ſunt: neqȝ hec regere poſſunt datiuum: vt Priſciano placet: quale vult: cum propius ſtabulis armenta tenerent. Datiuus hic non regitur natura comparatiui: ſed ipſius nominis: nõ aliter qua ſi dicam: nauigo te propinquius terre. Et quoniaꝫ ipſa rei ſerie quedam de complexu orationis dicere incepimus: iam de hoc ipſo diſſeramus ſi mulqȝ de natura indeclinabiliũ dictionũ quarũdamqȝ aliarum ab eo potiſſimum incipientes: quod huic loco ſimillimum eſt.

¶ Epitome capitis .l.

O ¶ O tribus caſibus iungitur noĩatiuo: acc̃õ et vocatiuo: ſed cũ acc̃õ: preſertim ſi exprimitur: vehementem ſignificat excandeſcentiã animiqȝ affectionem que eo ſuppreſſo minor ẽ ſicut cum particula hui.

¶ Ponitur enĩ interduꝫ accuſatiuus ab o ſubintellecto rectus vt in textu hominez te patiẽtem ꝛc. Ubi ceterorũ quoqȝ ſunt exempla. Illud o fortunati eſt in primo enei. ſed O fortunatos eſt in .ij. Georg. Hui tam graues raſtros q̃ ſo in heautum.

¶ De o prolata vel omiſſa. Cap. l.

O Fortunati quorum iam menia ſurgunt Eneas ait Et alibi. O fortu-
Maro natos nimiũ bona ſi ſua norint. Agricolas. Hic actũs eſt: ibi vel nominatiuus vel vocatiuus eſſe poteſt. His enĩ tribus caſibus indifferenter auctores, vtunt. Cice. O variã vo-
Cicero lucremqȝ fortunam. Neqȝ hoc in tertia perſona tantum: ſed etiam in prima ꝛ ſecunda vt idẽ O me miſerũ o te felicẽ: etiam non appoſito ꝓ nomine: vt idem. O miſerum ꝛ deteſtabilez hominem: ſi hec ignoras. Idem. O te miſerum: o te infelicem: q̃ exclamatio ad oẽm affectũ cõuenit: vel miſerationis vel indignationis. Simili modo in nominatiuo ꝛ vocatiuo. vt idez. O fortunata mors que nature debita pro patria ẽ potiſſimum reddita. Et iterum: O magna vis veritatis: que contra omniũ ingenia: calliditatez ſolertiã: cõtraqȝ fictas hominũ inſidias ſe per ſe ipſa defendit. Idem. O nox illa q̃ pene eternas huic vrbi tenebras attuliſti. Et iterum. O nõne ille decembres que me cõſule fuiſtis. Aliquando ab illo ſuperſedemus vtqȝ in re leuiore: neqȝ ita magni caloris: vt indignum facin⁹: et hominẽ nequam quẽ non dubitaret vel in foro alea ludere: vel cum lege de alea condemnatis. Ciceronis verba ſunt in Antoniũ. Et Plynius iunior ad Octauium. Hominem te patiẽtem vel potius durum ac pene crudelez q̃ tam
Plynius inſignes libros tamdiu teneas. ꝙ ſi excãdeſceremus dicendum eſſet o hominem nequã: et o hominem patientem. At ſine indignatione: vt apud Ualerium maximum li. iij. Sed mihi vti
Ualerius. iſta conditione vite nõ eſt opus: ſine vllis imaginibus nobilem animũ. Aliquanto hoc remiſſius eſt: ꝙ ſi dixiſſet o animũ ſine vllis imaginibus nobilem. i. ſine maiorum nobilitate nobilẽ Ideoqȝ Terentius leuioris caloris interiectione vſus eſt. Huitã grauis raſtros queſo: ſed hec
Hu ſiſe ei⁹ ſpeciei cui⁹ mentionẽ modo faciam.

¶ Epitome cap. lj.

¶ In locutioib⁹ pathos ſeu affectionẽ hñtib⁹ ſepe ponitur accuſatiuus cũ infinitiuo ſuppreſſa particula qui cũ infinitiuus conſtruatur.

Vergilius ¶ Ut primo eneidos. Mene incepto deſiſtere victam. Subaudi equum aut decens aut diſ-
Suetoni⁹. placitum: aut tolerabile eſt. aut decet aut oportet aut quid ſimile. Et quod Suetoni⁹ memorat de Ceſare recitatuꝫ. Men ſeruaſſe vt eẽnt
Expediẽs qui me perderent. ſubaudi decuit vel oportuit vel conueniens ſeu expediens fuit. Et eſt apoſiopeſis. i. reticentia commotis animis apta. Unde diximus in locutionibus pathos ſeu affectionem habentibus, ꝛc.

¶ De me cũ infinitiuo ꝛ acc̃õ. cap. lj.

[M]Ene incepto desistere victam. Nec posse italia teucrorum auertere re-
Vergilius Cicero gem: et iterū Mene illiacis occūbere cāpis: nō potuisse: tuaq; animā hanc effundere dextra. Hec Vergilius. Ad Terētiū aūt Cicero. Me miserū in tātas calamitates mea culpa incidisse. Iterum in Bruto. Tū brutus admirans tantam ne fuisse obliuionē inq̄t in scripto presertim vt ne legens quidem sen-
Plynius. serit quantū flagitij cōmisisset. In his omnib⁹ placet mihi subintelligi vere ne ita est me non
Terentius posse auertere italia regem teucrorum &c. Plynius iunior ad Hadrianū Homine ne romanus tam grece loqui: id est vere ne ita est vl' oportet vel oportuitne siue oportet. Terenti⁹ in andria Seruon fortunas meas me commisisse futili.

Epitome cap. lij.

Hem: en & ecce nominatiuo & accusatiuo iūguntur: sed hem non nisi apud poetas precipue comicos: en & ecce: etiam apud oratores tam indicando q̄ exprobrando sed frequentius in noiatiuo. Usq; adeo vt ecce in prosa rarissime cū accusatiuo reperiatur: quis per compositionē dicamus. eccum eccam eccos eccas. idest ecce hic sup. eum vel eam eos vel eas: de quo vel de qua vel de quib⁹ sermo erat: & ellū ellas ellos ellas. id est en ecce. hic sup. illum vel illam &c. Exempla omnia in textu patent

De en & ecce suisq; compositis. Cap. lij.

En Ecce Hem Ast. [E]N et ecce in eadē pene significatione amāt ntri & actm. apud comicos vero hē pro en, affectui seruiēs quo oratores nō vtuntur quēadmodū nec ast pro at qd est poetarū syllabā illā breuē interiectiōe. s. lōgā facientiū. Adiungit autē en noiatiuo pariter & accusatiuo: tū indicando tum exprobrando. In-
Vergilius dicando Vergil. En priamus: sunt hic etiā sua premia laudi. Exprobrando. En agros et quā bello troiane petisti Hesperiam metire iacēs.
Iuuenal. Seneca in agamē none. En paridis hostē. Iuuenalis libro secundo. En habitū quo te leges et iura ferentem. Montanū posit audiret vulgus aratris. Oratores sepius exprobrando: et sepius per nominatiuū. Quintili. En improbitas. Cicero. En crimen en causa cur regē fugitiuus: dūm seruus accuset. Ecce similiter cum
Terentius vtroq; casu iungitur. vt idem. ecce tibi stat⁹ noster. Cum accusatiuo autē non memini me apd oratores legisse sed apud poetas quidē. Nam illud Terentianū in eunucho. Ecce autem alterū: nescio quid de amore loq̄tur Alter scribi debet non alterum. Donato quoq; probante. Sēdemus aliquando reperiri: vt semel apd Plautum in bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato tristi: iracundo: ecce me. Et tamen eccū eccā
eccum eccos eccas ellum ellā ellos ellas ab ecce cōpo-
eccam sita sunt: & secum videntur gerere casum sed nō
eccos gerunt que Priscianus ita resoluit. Ecce eum:
eccas ecce eam: ecce eos: ecce eas. ecce illum: ecce illā ecce illos ecce illas. Sergius quoq; commentans Donatum ait. nihil significat ellū nisi ecce illum. Pauloq; post ergo cum ellum sit ecce ellū
illum: ellam ecce illam nihil possum⁹ dicere ni- ellā
si magis demonstratiue. Sed pace Prisc. Ser- ellos
gij & aliorum hoc nec verum nec conueniens si- ellas
gnificatum est. Nam inter ecce eum & ecce illū quid interest. Potius dicendum erat eccum ecce hunc eccos ecce hos: de quibus agimus. Talis erat conuenientior interpretatio. sed q̄ nec vera foret. Resoluūtur. n. hec per aduerbia: nō per pronomina: eccum ecce hic subintellige virum de quo agebamus: eccam ecce hic subintellige feminam de qua mentio erat. Ellum ellam ecce illic virum feminam &c: subintellige de quo de qua agebatur. Nam vt de homine qui ante conspectum nostrum adest: recte dicas: ecce ille vel ecce ego siue ecce illum vel ecce me. ita male loquaris ellum hominem: vel ellum me: & rursus de longe posito eccum. Terentius. Eccū Terentius
parmenonem & eccum me. Nempe non ecce eū quasi aliquis alius sit preter hunc parmeno & ecce eum me quem me & quem eū loq̄ris. Plau- Plautus.
tus in menechmis Atq; eccā. Et in mercatore ecce illū video. Eccū q̄ permenonē. i. ecce hic pmenonē & eccū me. i. ecce hic me & ellū parmenonē dicētes: nō sic loquimur quasi de parū noto: vt solemus cum dicimus ecce ille parmeno quasi ille tibi incognitus: sed audit⁹. Ellum igitur parmenonem significat ecce illic parmeno siue parmenonem. Sed an possit ecce habere ecce
accusatiuum non ante indubitatum habebo q̄ exemplum videro: nisi illud tale sit apud Virgiliū. En quatuor aras ecce duas: tibi daphni duoq; altaria phebo Pocula bina nouo spumātia lacte quotannis. Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui. Sed de prosa magis dubitare medico.

Epitome capitis. liij.

Age verbum singularis numeri: agite pluralis postulat: agedum vtriusq; quidē admittit sicut & age: sed proprie cum singulari age & agedum cum plurali agitedum posueris.

Causa est quia licet pro aduerbijs adhortandi ponātur tamen natura verba iperatiua sunt vnde age singulari gaudet: sed tamen pluralez
Mācinell⁹ admittit numerum. Unde Mancinellus. Age singulari & plurali iunctum legimus. Statius libro nono. Ite age & obsessis vigilem circūdate flammam vbi tamen quidā legūt. Ite agite obsessis &c. Valeri⁹ Flacc⁹ libro tertio. Uos
Age age funereas ad littora voluite syluas. Et socios lustrare rogos Plautus in sticho. Age sulti id est si vultis. Item age licemini. Preterea sicuti agedum vtriq; numero iungitur: ita agitedum plurali solum. Liuius libro septimo. No-
Agedum strum inquit peditum illud militeq; est opus. Agitedum vt me videritis quacunq; incessere in aciem hostium ferro viam facientem: sic p se quisq; obuios sternite. Et paulo inferius. Agitedum ite mecum.

De age: agite: agedum. Cap. liij.

Ag
Agite
Agedum
Quintilia.

AGe ſingularem numerum deſi
derat agite pluralem: agedū vero nō
ſingularem tantum ſed etiam pluralē
neq; id modo in carmine: vt ꝓpertius vos age
dum: ſed etiam in proſa: vt Quintilianus. Age
duʒ ſi videtur extra portas proſpicite ſqualida
Cicero agra.
aura et ſpinis obſitas ſegetes ſemeſos arborū
truncos. Cicero. Agedum conferte nunc cuʒ il
lis vitaʒ publij Sylle vobis populoq; romano
notiſſimam

¶ Epitome cap. liiij.

¶ Quotiēs inter partes vl' plures dubitamꝰ
vt certo ſciamus alteram: vel vnam illaruʒ eſſe
concedendam neſcimus tamē vtra vel que, re
cte vtimur an: ⁊ ne. Quotiens vero fit vt nō in
ter partes propoſitas ſit dubitatio: ſed iter eas
et oppoſitam vtriuſq; vel omnium vtimur his
particulis aut: ve: vel: vel ſimilibꝰ. Interroga
tio non eſt in aut: ſed an. Et verbis dubitatio
nis et inſcientie damus ſubiunctiuū cū an: ver
bis vero opinionis ⁊ ſcientie indicatiuum cuʒ
ꝙ aut An ne ⁊ nonne pro an ⁊ non poni ſolent
ſed maiorem vim habent precipue a̅ne apud
poetas. Leguntur etiam ergone ⁊ itane: q̄ iter
rogando reſponſionem non poſcunt.

¶ Quia ergo certo ſcio patrem tuū viuere aut
mortuum eſſe. Dubito auteʒ vtrū viuat an mor
tuus ſit. Non querā viuit pater tuus aut mor
tuus eſt: q: ſcio ꝙ ſic: nec dicam neſcio vtruʒ pa
ter tuus viuat aut mortuus ſit. q: ſic aut inſanꝰ
ſim aut mentiar. Querā ergo viuit ne pater tuꝰ
an mortuus eſt. aut ſic. Viuit pater tuus necne
Et dicam neſcio an pater tuus viuat: an mor
tuus ſit. Aut viuat necne. Et ita in cōſimilibus
Q: vero dubitare poſſuʒ an aliquā quattuor re
ligionū profeſſurus es an me. bn̄ querā. Es tu
futurꝰ minor: aut predicator: aut carmelita: aut
auguſtineſ̄. Et ſubaudiſ an nullus eorū. Et be
ne dicā. Neſcio an futurus ſis minor aut p̄dica
tor aut ⁊c. an ſup. non. Igitur an ⁊ ne inter ea
de quibus eſt dubitatio poni volunt: aut ve et
vel inter membra alterius partis dubitatiōis:
ſi plura habeat vnde ſi ſciam patrē viuere non
videar mihi male dicere ſcio an pater viuat an
mortuus ſit: quod prius dubitaui. q: videlicet
ſcio ꝙ viuit. verum ſtante hoc ꝙ adhuc dubitē
male locutꝰ ſim: quod auctor pretendit dicere.

¶ De an ⁊ aut: ne vel ve: ⁊ hoꝝ cōſilibꝰ. ca. lv

An aut
ne vel ve

AN et aut coniunctiones ſunt.
Quintilianus inquit. Male tamē in
terroges hic aut ille ſit. Nos cum ta
lem tantūq; auctoreʒ habeamus. tn̄
plerīq; multis tam ſeculis peccauerūt aut pec
cant: quod grande flagitiū eſt. Sed due cauſe
eos decipiunt. Fere eñ nunq̄ decipimur niſi
mendaci quadam ſpecie veritatis. ⁊ vt inquit
In arte
poetica
Horatius Decipimur ſpecie recti: Vna ꝙ iter
pretantes e greco non reperientes hanc apud
illos differentiam. quippe cum greci vnam tan
tum habeant vtriq; noſtraʒ reſpondenteʒ: pu
tant pro vna voce greca vnam latinā poſſe ſuf



ficere. Altera ꝙ reperiūt apud nos in interro
gando aut. Et prime quidem opinioni hoc re
ſponſum ſit: eos male mereri de lingua latina:
qui dimidium verborum faſtidiunt: nam plerū
q; vtuntur: aut more grecorum et interrogādo
et ſine interrogatione: an omnino relinquētes
Sequenti quod tamen caput huius erroris eſt
ita reſpondemus ſi paulo diligentius diuertiſ
ſent non in aut ſed in an interrogationem con
ſiſtere deprehendiſſent vt apud Ciceronē. An
vero romulus ille: aut paſtores: aut conuenas Cicero
congregaſſe: aut ſabinorum connubia coniun
xiſſe: aut finitimorum vim repreſſiſſe eloquen
tia videtur: non eſt hic multiplex interrogatio
quaſi de horū ſingulis interrogetur: ſed duplex
ſic. Nunquid Romulus omnia fecit eloquētia
Hec vna pars eſt interrogatiōis: ſupple an nō
fecit. Et hec erit altera pars. Item es tu ſtoi
cus aut epicureus: aut peripateticus: aut aca
demicus. Hec interrogatio et bene dici poteſt ⁊
male. Nam ſi non conſtet interroganti te eſſe
philoſophum: bene interrogauit: ſupplendaq;
eſt duplex an ſic. Es ne tu ſtoicus aut epicureꝰ
⁊c. an non. Sin conſtet illi te eſſe philoſophuʒ
ex aliqua harum ſectarum ſed cuiꝰ ſis ignorās
de ipſa interroget male queſiuit: cum an: nam
aut dicendum fuerit. et vbi nos modo poſuimꝰ
duplex an omittenduʒ ſit: es tu ſtoicus: an epi
cureus: an peripateticus an academicus. que
interrogatio poteſt tendi in infinitum. Illa ve
ro ſemper eſt duplex. hic ad ſingulas particu
las bine interrogationes ſunt; ibi in vniuer
ſum due. Cum enim quero an ſtoicus ſubin
telligitur altera interrogatio e diuerſo ſic: an
non. Item eſt ne epicureus an non eſt an non
academicus. Afferamus aliud apertius ex
emplum. An eſt hic ille nobilior. An plus pro
ſalute mea laborauit. An cui magis homines
cupiant. An formoſior et magis dignus cui fi
liam meam collocem. Hic octo interrogatio
nis ſunt quia ocites interrogatio reperiſ: ibi
ſemper due quia ſemper bis repetitur. Ex quo
patet non eſſe interrogationem in aut: ſed in
an. Interrogationem inquam contrariorum
qualis non eſt illi quid dicam: aut quid faciam
quid dicam aut quid non dicam. Inter hec nō
ambigimus: ſed ipſa ambo ſimul ambigimus:
ſecus in illa abeā an maneam: de duobus ita
quero vt vtrum mihi faciendū: ⁊ vtrū nō facien
dum ſit dubitem. Adeoq; non ſolum interrogā
do: ſed citra interrogationem quoq; vtimur an
vbicūq; aliquid contrarietatis ineſt: vt dubito
an viuat pater an mortuus ſit: Et in maiori nu
mero neſcio an pater ſit Rome: an valeat: an
viuat: an venturus ad me ſit. Muta verbuʒ du
bitationis ⁊ inſcientie in diſſimile aliud verbū
ſic. Scio an viuat pater an mortuꝰ ſit: male lo
cutꝰ es bn̄ aūt neſcio an viuat pater an mortuꝰ
ſit itaq; verbis huiuſmodi dubitatiōis ⁊ iſcien
tie damꝰ ſubiūctiuū cū an. Vbis vero opiniōis
et ſciētie indicatiuū cū ꝙ ⁊ aut. ſic: opinor ꝙ pr̄
aut mortuus ē aut grauiter egrotat. Quod pre

ceptū eſt de an. hoc quoq; preceptum ſit de ne
que plerūq; vna ponitur ⁊ que ſemper in par-
te prima collocatur vt bonus ne vir eſt an ma-
lus eſt. Aliquando cum ſocia: ſed id ſepius apō
poetas vt Vergilius enei. primo. Qui teneant
[nam in culta vident] homine ſne fere ne Que
rere conſtituit. Sepe hoc modo. Illuc eaȝ nec
Vergilius. ne ignoro hoc eſt dubitatiue: iterrogatiue quo
q; vt pro flacco Cicero. Utrū vultis p̄tori Flac
Cicero. co licuiſſe nec ne. i. licuiſſe an nō. Quidā ſuper
uacuo addunt alterum an. ſic: neſcio an bene fa
ciam necne. Atq; vt oſtendi quoſdaȝ errare in
aut: non videntes in quo differat ab an: quidaȝ
ita faciunt in vel: putantes poni pro an. i. inter
Vel. rogatiue ⁊ dubitatiue: ſiue ignoratiue: vt ē iſtō
aurum vel auricalchū: neſcio ſi ſit aurū vel auri
calchū. immo ſcis ꝙ eſt aurum vel auricalchū.
et neuter veſtrum dubitat ꝙ vel hoc vel illud ē
Sed neſcitis an hoc an illud ſit. Ideoq; ⁊ tu in
terroga aurum ne ſit an auricalchū: ⁊ tu reſpō
de ꝙ neſcis an ſit hoc an illud. Illud autē qd̄ ē
apud Quintilianū Querendūq; arbitrant̄ iu-
Quītilia. ſtū ne ſic ſacrilegiū appellari: quod obijciatur
vel furtū vel amentiā. Poteſt quibuſdā moue-
re dubitationē quaſi in re dubia loquamur per
vel: atq; ideo ipſum miſceamus cū ne ſine an. i
quo minime dubitandū nobis eſt. Talis eīn ibi
locutio eſt querendumq; arbitrantur iuſtuȝ ne
ſit appellari aliquid nomine ſacrilegij: an non
vel aliquid ſit iuſtum appellari amentiā an nō
Ve. Ve magis accedit ad vel ꝙ ad an: vt duobus tri
bus ve menſibus id eſt duobus vel tribus men
ſibus. Raroq; reperitur geminatum niſi ad
iuncta ſit: vt ſiue hoc ſiue illud: aut adiuncta ne-
Cicero. pro vt non. Ut apud eundē. Laudumen etiam
neue ſit maior tranſlatio ꝙ oporteat neue [qd̄
ſepe accidit] minor neue diſſimilis. Cice. Ita
iungetis vt neue aſpere concurrāt: neue vaſti?
deducant̄. Lucanus ſine compoſitione aliqua.
Nec quēꝙ iam ferre poteſt. Ceſar ne priorem.
An ne. Pompeiuſve parem. i. nō poteſt iam aut ceſar
ſuperiorem ferre: aut Pōpeius pareȝ. An ⁊ ne
coniūgi ſolent pro an. quod magis poeticū eſt:
vt apud emulos Virgilij. Dic mihi Dameta cu
ium pecus an ne latinū. Illud Ciceronis mul-
ti ita legunt. Quo mihi etiam indignius videt̄
obtrectatū eſſe Gabinio dicam an ne Pōpeio
Vergilius. an ne vtriq; id qd̄ eſt veri?. Sine interrogatio
ne durum videtur: vt Virgilius. vrbes ne inui-
ſere ceſar. An deus immenſi venias mariȝ. An
ne nouuȝ tardis ſydus te menſibus addas. Iō
dixi durū: q: per interrogationē q̄dā vigēti?
⁊ inſtāti? ē in hac geminatiōe an ne: ꝙ i illa ſim
plicitate an: qd̄ hic nō ſit. vt ex alijs ꝓpoſitiȝ elu
cebit Nōne fuit ſati? triſtis Amarillidis iras.
Atq; ſuperba pati faſtidia. nonne menalcam.
Nonne ego te vidi Damonis peſſime caprum.
Excipere inſidijs. In hac interrogatione non
ne non id agitur vt reſpondeas neſcienti ſȝ co-
garis aſſentiri ſcienti nec alia vis orationis eſt
ꝙ ſi diceres an non: quod magis viget ꝙ ſoluȝ
non: licet et hoc ſolum pro illo compoſito acci
pi ſoleat. Alia compoſita ſi modo ꝓpoſita hec
ſunt. Itane: ergo ne: que interrogando reſpon Itane.
ſionem non poſcunt: ſed aſſenſum extorquent. Ergone

¶ Epitome cap. lv.

¶ Nedum trifariam differt a non ſoluȝ nō mo
do et non tantum. Primo quia nedum non exi
git huiuſmodi particulas: verum etiam: ſȝ etiā Nedum
ſed et ſed quoq; affirmatiue: negatiue autē ſed
nec aut ſed neq;: aut ſimilem: quia ante ſecūdā
clauſulam loco illarum ponitur. Reliqua autē
niſi pro nedum ponatur ſine illis poni neque-
unt. Secundo quia neduȝ affirmatiue id quod
maioris eſt momenti preponit: ſed negatiue
poſtponit. Reliqua e contrario niſi pro neduȝ
ponatur. Tertio: quia pars cui nedum additur
ſignificatur prepollere alteri: cui nō modo aut
non ſolum pro nedum accepta equipollere. Exempla

¶ Ut intelligantur priores differentie ſit hoc
exemplum. per nedū dicā ſic affirmatiue ⁊ vno
verbo. Exponerem pro te ſanguinē nedum pe
cuniam per non ſolum ſic. Non ſolum pecuniā
ſed etiam aut verum etiam: aut ſed ⁊: aut ſed
ſanguinem quoq; pro te exponerem duob? ver
bis ſic. Vitam pro chriſto exponerem nedum
tormenta ſubirem. Item non modo ſubirem
pro chriſto tormenta: ſed et vitam exponerem
Negatiue vno verbo ſit. Non exponerem pro
te pecuniam: nedum ſanguinem. duob? ſic. Nō
ſubirem pro rebus mundanis tormenta: nedū
vitam non exponerem. In textu autem inueni
ſublatum illud ſecundū non vt ſit nedum vitaȝ
exponerem qd̄ an ſublatum oportuerit ex his
patebit que ſtatim ſubijciam. Per non ſolum
aut non modo ⁊c. ſic. Non modo pro reb? mun
danis non ſubirem tormenta. ſed nec vitaȝ ex-
ponerem: quod per tantum abeſt vt ſtatim pa-
tebit poſſet conuenienter dici ſic. Tantū abeſt
vt pro rebus mundanis vitam exponerem: vt
ne tormenta quidem ſubirem: in his ergo exē-
plis nedum non habet illas particulas ſȝ etiā
⁊c. ſicut non modo. non ſolum et non tantū ha
bere volunt. Item affirmatiue maius preponi
tur ⁊ negatiue minus cum per reliqua fiat eō
uerſo. Cuius cauſa eſt: quia nedum non ponit̄
ꝙtū ad ſitū in p̄ori clauſula: ſȝ i ſcḋa ſic tū vt ſe-
cunda ſit prior niſi affectio reliquam precipiat
Quum autem affectioſe dicere volo ꝙ ꝓ te ſan
guinem funderem incipio ab eo ſic. funderem
pro te ſanguinem: nedum pecuniam. qd̄ eſt ac
ſi dicam. Ne ducas aut putes forte ꝙ tantū pe-
cuniam pro te funderem. Tertie differentie ex
empla ſunt in textu ex Cicerōe deprompta. vt
quem fimbria non ſolum ſocrates: quo ſignifi-
catur fimbria ſocrati fuiſſe par. Sed dicendo
nedum ſocrates videretur maior. Ceterum ꝗ
de vſu negationis amplius dicere conſtitui ad-
dam que noſtra etate vir doctiſſimus Guiliel-
mus Budeus adnotauit de ea re inter annota
tiones in pandectas

¶ De vſu negationum et Budeo.

De vſu ne gationum.

ANimaduertere debemꝰ que-
dam eſſe verba que idem ſine nega
tione ac cum negatione polleāt: vt
vereor: timeo: metuo: caueo ⁊ ſi qua
ſunt eiuſdem ſignificationis: vt vereor ne ve-
Terentius niat: vereor vt veniat. timeo ne moriar. ⁊ timeo
vt moriar. caue facias. ⁊ caue ne facias. Te. Sꝫ
Cicero. pater adeſt: caue te eſſe triſtē ſentiat. Ut enim
interdū due negationes non pluſꝗ vna pollēt
vt ſi dicas nunꝗ mihi nec obfuiſti nec profuiſti
ſic interdū vna negatio duaꝝ negationū inſtar
eſt. dumtaxat adiuuante vi verbi. Ci. ad Q. fra
trem. Quod em̄ abfuiſti vereor ne ſatis diligē
ter in ſenatu actū ſit de litteris meis. i. ne non
ſatis. Idem ad atticū: ſi manet: vereor ne exer
citū firmū habere poſſit. i. opinor eū exercitū
firmū non habiturū. Quod fortaſſe ſic reſolui
tur: vereor vt ne habere poſſit. quo mō loquen
di. Cice. ipſe vti ſolet vt in Bruto. Ego tamen
Cicero. ita de vnoquoqꝫ dicaꝫ vti ne illici poſſit quē exi
ſtimem oratorē: quē declamatorem fuiſſe. Et in
iij. de Orat. omnis mea cura ſolet in hoc verſa
ri ſi poſſum vt efficiam aliquid dicendo firmi
nus vt nequid mali. Ex more Terentiano ſum
ptum qui ait vt ne quid nimis. Hunc autem lo
quendi modū video noſtre aut proxime memo
rie clariſſimos ſcriptores ſequi. Hermol. i qua
dam oratiōe: vt ſollicita ſit admodū vniuerſa ci
uitas ne letitiā incredibilem ſuā oratione cōſe-
qui valeamus. id eſt ne nō valeamꝰ. Sic Ulpia
Ulpianus nus. vereor ne poſſit iſta connubiū habere nu-
bendo i. ne nō poſſit: vt ipſe alibi dixit in. l. ſi
ego. parag. pri. infra de iure dotium. Et tripho
nius: vereor ne longū ſit adoptionē mariti eiꝰ
impedire: id eſt opinor nō eſſe longū. id eſt incō
modum. Hoc etiā per vt particulā Cicero enū
ciare ſolet vt ad atticum. qui cū impudētiſſime
poſtulauerit. tamē concedit ⁊ tamen vereor vt
ipſis contentus ſit. Et pro quintio. Si veretur
vt res iudicio facto parata ſit. In quibus locis
multi exiſtimarent deeſſe negationē cuꝫ nihil
deſit. Teren. Dics mihi hic vt ſatis ſit vereor
ad agendū. Policianus in herodianū. Ueritis
oībꝰ et ſatis libēter iperatorē ptinacē milites
reciperēt. i. ne nō reciperēt. Et ēt alioqn īueni
re cū vna negatio in oratiōe deeſſe videtur. Ci.
in. iij. de legibus. Que res cū ſapientiſſime cō
ſtituta eſſet a maioribus noſtris nihil habuit:
non modo multū: qō putarē nouandū in legibꝰ
Non mō multuꝫ pro non mō non multū. Et de
perfecto oratore. Nā ſic in epularū apparatu a
magnificētia recedēs: nō ſe parcū ſolū ſꝫ etiam
elegantē dici volet. Nō ſolum ꝓ nō ſolum nō di
xit. Idem pro publio ſextio. cū illi ſoli eſſent ꝑ
ter illū flagitioſum tribunum plebis duo reip.
turbines: qui nō mō precipitanti patrie ſubue-
nirent ſed etiā nimis tarde cōcidiſſe mererent
Et de reditu ſuo ad populū. Tribunitijs ſupe-
riores illi rogationibꝰ nulla auctoritate ſenatꝰ
ſunt reſtituti. Mariꝰ vero non mō a ſenatu ſed
etiā oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus. i. nō mō nō
a ſenatu. Et in. iiij. tuſcul. Is em̄ malis inſiden
tibꝰ non mō beati ſꝫ ne ſani qdē eſſe poſſimus
Liuiꝰ. Aſdrubaliqꝫ nō mō in Italiā traducen
di exercitꝰ: ſed ne manēdi qdē ſatis tuto in Hiſ
pania ſpē reliquit. Plynius in epiſtolis. Mul Plynius
ta in vrbe noſtra iuxtaqꝫ vrbeꝫ nō oculis modo
ſed ne auribꝰ quidā nouimus. Que exēpla ⁊ ſi-
milia mirū eſt Laurentiū vallenſem non aīad-
uertiſſe Is em̄ libro. iij. elegātiarū vt ſcite pau
ca de hac re ⁊ ſubtiliter diſſeruiſſe mihi videt
ita ſi eius doctrinā ſequi velimꝰ hec loca tueri
nō poterimus. In cauſa eſt [vt arbitror] qꝛ lau
rētius ad normā latine ꝓprietatis ea redigere
voluit: q grecorū imitatiōe vſurpata ſunt. Gre
ci em̄

Subinde vtunt. Demoſth.

Hoc Nedum
etiā per nedū latine dici ſolet Saluſtius. Quip
pe ſcōe res ſapientiū animos fatigāt. nedū illi
corruptiſſimis moribꝰ victorie tēperarēt. Apō Fabius
Liuiū in octauo ſcōi belli punici hoc mō Fabiꝰ
loquit aduerſus ſcipionē in africā traiecturum
Me dictatorē cū vigerē adhuc viribꝰ: ⁊ in cur-
ſu maximarū rerū eſſem: recuſantē nemo audi-
uit quo minus inſectante me magiſtro equitū
[qō fādo nunꝗ auditū fuerat] imperiū equa-
ret meū: nedū ego perfunctꝰ honoribꝰ certami
na mihi cū adoleſcēte florētiſſimo proponā. id
eſt nō mō nunc nō proponā. Idē. Attonitꝰ re-
pētino malo vix qd obijceret intelligere potui
nedū ſatis sciā quō me tuear Cice. ꝓ Plantio. Cicero
Ego vero ne imortalitatē quidē cōtra rēpubli
cā accipiendā putare: nedū emori cū pernicie
reipub. vellē: vbi aliꝰ etiaꝫ nō in doctꝰ nollē [vt
arbitror] dixiſſꝫ. Et ꝓ cluētio. nec Metellꝰ nec
popilius clariſſimi viri vim tribunitiā ſuſtine
re valuerūt. nedū his tpibꝰ: his moribꝰ: ſine ve
ſtra ſapiētia ac ſine iudicioꝝ remedijs ſalui eē
poſſimꝰ. Lucianꝰ.

Cice. i Acadē. Anaxagoras nigraꝫ
niuē eē dixit: ferres me ſi idē dicerē: tu ne ſi du-
bitarē qdē. Unā negationē Ci. duaꝝ vice poſuit Cicero.
Interdū ꝯtra duas ꝓ vna poſitas inuenimus
Idē li. iij. de finibꝰ. Sꝫ ꝗꝗ negēt ſtoici nec vir
tutes nec vitia creſcere: attamē vtrūqꝫ eoꝝ fūdi
quodāmō ac dilatari putāt. Et in. v. tuſcu. Ita-
qꝫ ne ſi iocundiſſimis nos ſomnis vſuros pute
mus endymiōis ſomnū nolimꝰ dari. Et in aca-
de. Qō bonū qle ſit negat oino: Epicurꝰ ſine vo
luptatibꝰ ſenſum mouētibꝰ nec ſuſpicari. Hec
de negatiōis vſu dicēda hoc i loco habui: vt ml̄
tis fortaſſe nō ſati aīaduerſa: ſic oībꝰ neceſſaria

De nedū ⁊ nō tm̄. nō mō ⁊ nō ſolū. cap. lv.

NEdum duobus modis periti Nedum
vti ſolent vno cū vtrāqꝫ ſententiam
eodē claudimꝰ verbo: altero cū ſuū
vtriqꝫ ſententie verbū damus. Pri-

mo modo ſic. Funderem pro te ſanguinē nedū pecuniam. ſecūdo ſic: funderē pro te ſanguinez nedum pecuniam tibi crederem: ꝛ hoc affirmatiue. Negatiue ſic. non perderem pro te obolū nedum pro te non funderem ſanguinem. Atq; in affirmando id quod plus eſt: maioriſq; momenti in prima parte ponendū: in negando qđ minoris ē. Plus eñ ꝛ magis ē mometoſuz fundere ſanguinem ꝙ pecuniam: ꝛ minus eſt et leuius perdere: aut credere obolū ꝙ perdere aut profundere ſanguinem. Imperiti vero hāc dictionem accipiunt pro non ſolum ſit dicentes. Nedum pro te laborem ſuſciperē. Et etiā mortem: quid ſic dicendū erat. Mortem pro te ſuſciperem: nedum laborem: aut per nō ſolū. Nā contrarius modus eſt a non modo per nedum ſic. ne priora exempla commutemus ꝛ nō ſoluz pecuniam pro te funderem: ſed etiā ſanguinē. Item non modo tibi pecuniam crederez verū etiam pro te ſanguinē funderē: ꝛ hoc affirmatiue. Rurſus negatiue nō modo pro te ſanguinem nō perderē ſed nec pecuniā. Itē nō tamē pro te ſanguinē nō perderem: ſed nec pecuniaz Item non tantū pro te ſanguinē nō funderem verum ne obolum quidem tibi crederem. Hec eſt igitur differētia inter nedū et nō ſolum ſiue non tantū ſiue nō modo: aliquando tamē reperimus hoc poſterius pene pro nedum accipi.

Non ſoluz.

Nō modo

Nō tantū

Cicero in offi. iii. Huic igitur viro bono quem Fimbria etiam: nō mō Socrates nouerat nullo modo videri poteſt quicq; eſſe vtile qđ nō ſit honeſtum Poſſemus hic dicere pro non modo Socrates nouerat nedum Socrates Sed nedum auget: prepolletq; alteri parti cui adiūgitur: non modo autem equiparat. Ideoq; puto Ciceronem voluiſſe equiparere Fimbriam romanum Socrati greco: dixiſſetq; illud non modo ſicut in quibuſdam aliis exēplis. Ut in eiſdem officiis: ad quod eſt adhibenda actio quedam non ſolum mentis agitatio. Et pro Plancio. Plura ne dicā tue me lachrime impediunt veſtreq; iudices non ſoluz mee. Hic non auſim pro non ſolum dicere nedum.

Cicero

¶ Epitome capitis. lvi.

¶ Niſi in pricipio clauſule verbo principali adheret: atq; indicatiuum deſiderat. alibi etiam ſubiunctiuum: verbumq; minus principale.

Niſi.

¶ Exempla patent in textu. Subiunctiuꝰ modus dicitur etiam coniunctiuus. Et eſt autē niſi compoſitum a ni ꝛ ſi. Si vero quando rem affirmat indicatiuo gaudet vt in bucolicis Si neſcis meus ille caper fuit: ꝛ in noto opuſculo Si deus eſt animus nobis vt carmina dicunt. Ubi nō habet ſubiectiuum modum quia non conditionalis ſed rationalis aut cauſalis eſt coniunctio: accipitur eñ quaſi pro quia. Eius autem naturam ſapit compoſitum: quod in principio poſitum indicatiuum idcirco efflagitat: qꝛ non ꝯditionalis ſꝫ rationalis eſt coniūctio Plautꝰ Niſi annuus penus mihi datur. Tranſlator tñ in principio: quia condicionaliter accipit. ſub iunctiuo iungit in pſalmo dicens. Niſi dominꝰ

Plautus.

cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Quum autem dicitur in textu: niſi adeſt verbum principale illic niſi eſt datiui caſus vt ſit huic dictioni niſi adeſt verbum principale: hic. i. in poſteriore non adeſt: bene reticuit autem ſꝫ ꝛ vero. quia verbum repetit: ꝛ vtitur hic vt referatur ad propius: qꝛ ſi volat irreuocabile verbum qđ prius dicitur a nobis plꝰ differt ꝙ ꝙ poſterius Itaq; fere piꝰ dictū ſignificamus per illđ. poſterius per hoc. qđ annotādum eſt.

hoc et illđ

¶ De niſi. Cap. lvii.

Niſi quotiens principium ſentētie eſt indicatiuū deſiderat: alias etiā ſubiunctiuū Cicero pro Milone. Niſi forte putamus dementem. P. Scipionem Aphricarum fuiſſe qui cuz per ſeditionem a C. Carbone interrogaref: qđ de Tiberii Gracchi morte ſentiret: reſpondit iure ſibi ceſum videri. Et Quintilianus. Niſi forte imperatorem quis idoneuz credit in preliis quidē ſtrennuū ꝛ fortem: et omniū que pugna poſcit neq; artificē: ſꝫ delectꝰ agere: nec copias ꝯtrahere atq; inſtruere: nec proſpicere cōmeatus: nec locum capere caſtris ſcientem. Preter principia autem ſententiarū ſic: vapulabis niſi caues vł niſi caueas In illo ſuperiore niſi verbum adeſt principale. hic non adeſt.

Niſi. Cicero

Quintilia.

¶ Epitome capitis. lvii.

¶ Particula ꝙ poſita cū huiuſmodi vbis gaudeo: credo: opinor: puto. letor: voluptatē capio et ſimilibꝰ: tam indicatiuo ꝙ optatiuo ſeu ſubiunctiuo quadrat: cum his autem cum quibus locum habet: vt cuiuſmodi ſunt volo cupio deſidero: iubeo: impetro: exigo: poſtulo et ſimilia tātum optatiuo. Cauebimus autem ne verba diuerſorum modorum copulemus.

¶ Uñ ꝙꝙ ſeorſum dicere licet. gaudeo ꝙ ſcribis ꝛ gaudeo ꝙ me certiorem facias. tamen nō dicaz copulatim: Gaudeo ꝛ ad me ſcribis ꝛ certiorem facias: ſꝫ ſic. gaudeo ꝙ ſcribis et certiorem facis: aut ſic. gaudeo ꝙ ſcribas ꝛ certiorez facias: qđ in ceteris quoq; eſt faciendū. Uolūt eñ copulatiue cōiunctiones vt noīa eiuſdē caſus. Ita verba eiuſdē modi. Dixi cū quibꝰ locū habet vt particula. Qꝛ huiuſmodi particule vt ꝙ: quin: ne: optant diuerſa verba niſi vt ꝙ ꝯfundanf. Uerbi gratia dicaz: velim vt ſcribas: oro vt ad me venias. precor vt ignoſcas. Nō dubito quin mihi iraſcarꝫ. rogo ne mihi id vitio des Ne dicā Non dubito ꝙ iraſceris. Sepe tamē omittimus particulas. vt ꝛ ꝙ. vt velim facias. monui te ad me venires. Sepe etiā mutamus orationē in verbuz infinitiui modi. Monui te ad me venire. velim te incolumen eſſe. Potiſſimū aūt cū verbo caueo. timeo. formido ꝛ ſimilia. ponimꝰ vbū optatiuū aut ſubiunctiuū ſine particula. ne vt caue feceris: vereor facias. Licꝫ autem cauendum ſit ne verba diuerſorum modorum copulemus tamen interdum copulantur vba diuerſorū tēpoꝝ. vt vocaſti me ꝛ ecce venio. Uirg. eneī. iii. Ceciditq; ſuperbū iliū. et

Exempla. Nota

Uergilius

oſſis humo fumat neptunia troia. Ubi multi
tñ dicunt fumat ꝓ fumauit poſitū per ſincopā
ſꝫ diligētiores dicūt pñtis eſſe tēporis: ⁊ ſigni-
ficari per diuerſa tēpora naturā rez. Nā iā ce-
ciderat Iliū: ⁊ tñ adhuc troia ſumabat humo:
depingit̄ ergo natura incēdij. qđ primo loco ar-
dorē parit. deinde ruinā ⁊ caſum. ⁊ demū fumū.
Quī ergo par nobis ratio eſt mutandi tēporis
poterimus ⁊ nos mutare. Uñ illud venimus in
euāgelio Mathei. Uidim⁹ eñ ſtellā ei⁹ in oriē-
te: ⁊ venim⁹ cū munerib⁹ adorare eū. poteſt eē
ꝑteriti tēporis: prima longa ⁊ media breui. vt
ſit venim⁹ iſtuc vſqꝫ. aut pñtis tēporis pma bre-
ui ⁊ media longa. vt ſit etiā venim⁹ adorare eū
Poſſunt etiam futura cum preſenti et preteri-
ti copulari vt te amaui amo ⁊ amabo ſemper. ⁊
ita in conſimilibus. Mallem tamen dicere qui
erant in naui flebant ꝙ fleuerunt.

De ꝙ. Cap. lvij.

ꝙ. Quod ſcribis gaudeo ⁊ ꝙ
ſcribas vtroqꝫ mō dr̄. Uolo ꝙ
ſcribas nō aūt ꝙ ſcribis. Illi⁹
ſuperioris hec ſimilia ſunt. cre-
do: opinor: puto: letor: volupta-
tē capio ⁊ reliqua. Hui⁹ poſte-
rioris hec. Mādo: iubeo: impero: exigo: poſtu-
lo ⁊c. In illo tñ ſuperiore cauendū eſt ne diuer-
Modorū ꝯformitas. ſoꝝ modoꝝ vba copulem⁹: quale foret illđ Te-
rentij: qđ nōnulli ſic legūt: an ꝙ viā ignorant:
an ꝙ iter perferre nequeāt. Cū ſit dicendū aut
ſic: ꝙ viā ignorēt an ꝙ iter perferre nequeant
aut ſic. An ꝙ viā ignorāt: an ꝙ iter perferre ne-
queūt: cui ſimile illđ ⁊ apud eundē. Nihil cū eſt
nihil deſit tñ: cū ſit potius legendū deſit nō de-
ſit: vt bonis auctorib⁹ placet. Et in proemio Ci-
Cicero ceronis ad Herenniū quidā ſic legūt. Et ſi ne-
gocijs familiarib⁹ impediti vix ſatis ociū ſup-
peditare poſſim⁹ ⁊ ipſum qđ dat̄ ocij libētius
in philoſophia cōſumere cōſueuimus. cū ſit po-
tius dicendū poſſumus vt modi ꝯcordent q̄ co-
pula media cōiūgunt̄: ꝙꝙ ſon⁹ ipſe vtpote in
curſu medio periodi cōuenientior eſt in poſſu-
mus ꝙ in poſſimus. Eſt etiam alia cā cur hoc
non liceat quam modo ſubiungam.

Epitome cap. lviij.

Etſi
Tametſi
Quanquam
Quiuis
Licet

Etſi ſeu tametſi ⁊ ꝙꝙ in ꝑncipio ſtatim orō-
nū epiſtolaꝝ libroꝝ ve poſita. dignitatē quādā
pre ſe ferunt optātqꝫ indicatiuū: ſecūdo aūt lo-
co poſita etiā ſubiunctiuū recipiūt. Sꝫ q̄uis ⁊
licet in principio rez nō magne dignitatis col-
locata ſubiunctiuū expetūt: ponunturqꝫ reſpe-
ctiue: nā ꝯſortiū huius particule tñ deſiderant
ſine qua ꝙꝙ etſi ⁊ tametſi rite ponuntur ꝑſer-
tim interrogatiue. Neqꝫ tñ nunꝙ cum indicati-
uo ꝯſtructa leguntur.
Exēpla patent in textu. vt in Quintilia. Et ſi
iudices natura eſt non natura ſit: licet ſequatur
vt videat̄. Et apđ Quintilianū declamatio: ſub
audi ſic incipit q̄uis iudices ⁊c. Paucis aūt da-
tum ē huiuſmodi elegātias ad vnguē obſerua-
re. que tñ ſi a doctiſſimis obſeruate ſunt nulli
fuerint negligende. Ceterum tametſi nullam
aſſignant grammatici ratiouē: tamē videt̄ non
nihil rationis ſubeſſe. Nā etſi ⁊ tametſi ac ꝙꝙ
ꝯponunt̄ ex ijs que indicatiuum fere poſtulāt.
Si enim vt iam dixi cum rationalis eſt indica-
tiuū exigit. ꝙꝙ vero videt̄ eſſe q̄ſi q̄cūqꝫ. i. q̄tū
cūqꝫ qđ nimirū indicatiuū deſiderat. Licet ve-
ro et q̄uis conditionales ſunt. Nam licet natu-
ra eſt verbum licet ponatur pro coniunctione:
quod dictum vt ſit exemplo nobis id videt̄ vale-
re: licet id eſt licitum eſt tamen vt ponatur pro
coniunctione. quia ergo videtur ſubaudiri: vt
non eſt mirum ſi ei⁹ modū obtinet. Atqꝫ q̄uis
compoſitū eſt a q̄ ⁊ vis q̄ ſyllabica eſt adiectio
natura tamen ſcđa perſona verbi volo: qđ L vt
oſtendi] optatiuum aut ſubiunctiuū etiam ſup-
preſſa coniunctiōe vt: ſepe poſt ſe habet. vt ve-
lim ſcias: Atqꝫ q̄uis eſt quaſi q̄tum vis. ſicut
q̄libet q̄tūlibet: q optime ſequitur facias: di-
cas aut feceris dixeris. Preter ergo doctiſſimo-
rū obſeruationē ⁊ conſuetudinem que nobis ſa-
tis eſſe debebat. etiam natura vocabuli cauſaꝫ
diuerſe coniunctionis nobis affert.

De etſi: ꝙꝙ: q̄uis ⁊ licet. Cap. lviij.

Etſi ꝙꝙ q̄uis licet. Etſi: ꝙꝙ: q̄uis: licet. eiuſdē
ſignificationis ſunt aliquid in vtē-
do diſcriminis habentia. Naꝫ ma-
ior quidam dignitas data eſt pri-
mis duob⁹ que ſemper aſſiſcunt
ſibi indicatiuū dūtaxat in principio ſtatim ora-
tionū: epiſtolarū libroꝝ alia duo in hoc loco ra-
ro indifferēter. Cicero in oratiōe pro Milone Cicero
Etſi vereor iudices ⁊ in epiſtola ad Atticū Et
ſi nihil noui afferebat̄ ⁊ in opere ad Herenniū
Etſi negocijs familiarib⁹ ipediti vix ſatis ociū
ſtudio ſuppeditare poſſum⁹ ⁊ id ipſum qđ dat̄
ocij libentius in philoſophia conſumere cōſue-
uimus. Quintilian⁹ in declamatione de corpo- Quintilia.
re proiecto. Etſi iudices in hac aſperrima cōdi-
tione fragilitatis humane in qua nemo prope
mortaliū impune viuit: hec oībus natura eſt: vt
ſua cuiqꝫ calamitas precipue miſera atqꝫ into- Cicero
lerāda videat̄. Ci. ꝓ lege manilia. ꝙꝙ frequēs
conſpectus veſter michi multo iocundiſſimus
hic autē locus ad dicendū ampliſſimus ad agē-
dum ornatiſſimus eſt viſus quirites Idem de
offi. ꝙꝙ te marce fili ānū iā audiētē. Cratippū
idqꝫ athenis abundare oportet preceptis inſti-
tutiſqꝫ philoſophie. Lactancius tamen ſecun-
dum librum de inſtitutione ſic incepit. ꝙꝙ li-
bro. ſ. religiones deorum falſas eſſe monſtraue-
rim. Alia duo magis poſtulant ſubiunctiuum
nonnunꝙ tamen ⁊ indicatiuum vt dixi: vt apđ
Horatium. Sic quedam epiſtola incipit. q̄uis Horatius
ſeua ſatis per te tibi conſulis et ſcis. Et apud
Quintilianum declamatio. q̄uis iudices in tā-
ta malorum continuatione iam poteram nihil
ex accidentum meorum nouitate mutari. In
alijs partib⁹ ꝙ in principijs parē oia hec locū
ſortiuntur. Habent ⁊ hoc differentie duo prio-
ra a duobus poſterioribus ꝙ illa aliquando co

dem modo quem de niſi oſtendimus a nullo de
**Cicero** pendent. Cicero pro marcello. Quid enĩ ē om
nino hoc ipſum diu in quo eſt aliquid extremũ
quod cuꝫ venit omnis voluptas preter ita pro
nihilo eſt quia nulla eſt futura: ꝗꝗ iſte tu⁹ ani
mus nunꝗ his anguſtijs: quas natura nobis
ad viuendum dedit contentus fuit: ſemper enĩ
immortalitatis amore flagrauit: Nec vero hec
tua vita dicenda eſt: que corpore ⁊ ſpiritu con
tinetur. Hoc ſit act⁹ per interrogationē ac ſub
linius: Ut [ne ſi alia exēpla efferaꝫ lōgior ſim]
ſi dicamus hoc idem ſic ꝗꝗ quis ignorat iſtuꝫ
tuũ animũ nũꝗ his anguſtijs: quas natura no
bis ad viuendũ dedit fuiſſe cōtentũ: ſemperqꝫ
immortalitatis amore flagraſſe. De etſi: ſiue ta
metſi. idem enim ſunt et apud eundem ⁊ apud
alios reperienda relinquimus exempla huius
modi: licet pauciora: vnum ex Plynio ſatis ſit
ad Corneliũ priſcũ. Dedit enĩ mihi quantũ ma
**Plynius.** ximum potuit: daturus amplius ſi potuiſſet: ta
metſi quid homini dari poteſt maius ꝙ gloria:
laus ⁊ eternitas Hic non poſſis ponere licet et
ꝗuis.

### ¶ Epitome cap. lix.

**Cũ Tum.** ¶ Cum qñ habet poſt ſe tum: quando videlicet
ſignificat partim: ſed in re minore ⁊ minus eui
denti ꝗtum: tunc vtrũqꝫ vno fere verbo contē
tum poſtulat fere indicatiuum ni particula al
terius modi precedat: ſed cum pro ꝗuis habēs
poſt ſe tamen ſubiunctiuũ efflagitat: quē prio
re modo non ſemp ſed frequenter euitat. Prior
autē modus bifariam cōtingere ſolet aut vt ge
nerale aliquid precedat: ſequatur ſpeciale: aut
vt ambo ſint ſpecialia vt textus declarat. Tum
vero duplicari ac mltiplicari ſolet qñ res ſunt
pares: quomodo Et partim repeti ſolent.

¶ Dico quando habet poſt ſe tum. vult cuꝫ pre
poni ⁊ tum ſequi. Nam quando dico. Uir cuꝫ ſa
piens tum bonus. ſenſus eſt cuꝫ vero ſimile ſit
aut manifeſtum ꝙ ſapiens eſt. tum id eſt veroſi
milius et manifeſtius ꝙ bonus. Addo niſi par
ticula alterius modi precedat. quia Cicero qñ
premiſit vti. i. vt: ſubiungit ſubiunctiuuꝫ ſic Fa
ctum eſt vti cum ſummuꝫ ⁊c. Unde licet dicere
Precor vt filius meus cum prudens tum bon⁹
euadat accipitur etiam pro ꝗuis vt i tex tu pa
tet et pro quando. idqꝫ fere cum indicatiuo: vt
in prologo primi huius. Quum ſepe mecum
noſtrorum maiorum res geſtas, aliorumqꝫ vel
populorum conſidero. Quum faciam vitula
pro frugibus ipſe venito. i Buccolicis. Ubi fa
ciam futurum eſt indicatiui modi. vitula vero
ablatiui caſus. vt ſit faciam rem diuinam. Naꝫ
facere et operari cum nichil additur de re diui
na intelliguntur. vt letis operarius in herbis
Ceterum [quod ad rem magis attinet] de par
tim alibi erit diſſerendi locus. Nam interdum
accipitur pro aduerbio vt ſuo loco declarabi
mus. de tum dico quando res ſunt pares. id eſt
**Vergilius** eiuſdem ponderis et momenti quia ſi vna aut
altera minor ſit preponenda fuerit illi cum par
ticula vt dictum eſt. Parum autem diſcrepant
cum et tum etiam his modis a ſignificatione
nota: que ſunt quando et tunc. quia ſi dicatur
hic vir quando bonus cenſendus, tunc facun
dus: ſenſus ſit quando id probari poterit ꝙ bo
nus ſit cenſendus tunc. id eſt multo amplius ꝓ
bari poterit ꝙ facundus ſit cenſendus: q: mul
to excellētius apparet in eo facũdia ꝙ bonitas
Quod autem talis ſit ſenſus patet ex eo ꝙ ſe
pe particule tum addimus particulam augmē
tatiuam. vt Eneidos. ij. Tum vero ardemus ſci
tari. et querere cauſas. Tum vero. id eſt tunc
preſertim ⁊ quaſi ad verum cum. prius diſſimu
late id viſi ſimus feciſſe. Dixi fere contentum
vno verbo: vt ſi dicam. vir eſt cum bonus tum
facundus: vnum eſt verbuꝫ: poſſunt tamen plu
ra eſſe verba precipue ſi in ſignificatione ver
borum ſit incrementum et decrementuꝫ. vt vir
cum te ſemper coluit tum amauit. id eſt cuꝫ ma
nifeſtarium atqꝫ in conceſſo ſit ꝙ te ſemper co
luit tuꝫ id eſt multo manifeſtius atqꝫ magis cō
cedendum eſt ꝙ te ſemper amauit quia non co **Virgilius.**
luiſſet niſi amaſſet. Quando autem cum habet
ſubiunctiuum non penitus ſignificat id quod
ꝗuis: ſed quaſi hoc eſt cum ita ſit ꝙ. Unde ine
pte ille opuſculum⁹ ſuum de morbus incepit ꝗ
dixit. Cum nihil vtilius humane credo ſaluti.
cum [ſi verſus pateretur] dicendum eſſet. cre
dam non credo. Habet etiam tum vſum in re
bus enumerandis hoc ordine vt prime demus
primum: ſecunde deinde: tertie: quarte: quinte:
et omnibus alijs vſqꝫ ad vltimam tum. Ultime
autem deniqꝫ aut demum aut ipſum vltimum
vt alibi latius declarabitur. Non enim omnia
ſunt in vnum locum congerenda

### ¶ De cum ⁊ tum. Cap. lix.

Cum et tum indicatiuũ ſe **Tum ⁊ cuꝫ**
re poſtulãt. Eſt aũt in cũ ꝗddaꝫ
min⁹: in tũ. ꝗddã mai⁹: ⁊ hoc duo
b⁹ modis vt aut gñale aliqͣd ꝓce
dat: ſeqͣtur ſpãle: aut vt ãbo ſint **Quintilia.**
ſpecialia. Primo mõ ſic vt apd Quin. Nõ cum
oĩbus ꝯſitendũ eſt tũ nobis precipue ꝗ ratiõeꝫ
dicēdi a bono viro nõ ſeparam⁹. i. omibus mul
tum: mihi vero maxime. altero mõ apud eundē
Nõ opus marcelle Uictori tibi dicam⁹ quē cuꝫ
amiciſſimũ nobis: tũ eximio litteraꝝ amore fla
grantē digniſſimũ hoc mutue inter nos chari
tatis pignore indicabam⁹. i. multũ ꝓpter amo
rē tuũ in nos: plus tñ propter amorē iudicaba
mus litteraꝝ. Uix aliter reperias quale eſt Ci
ceronis in Uerrē actiõe prima. Factũ ē vti cũ **Cicero**
ſummũ in veteribus patronis multis tum non
nullũ etiã in me ꝓſidiũ tuis fortunis cōſtitutũ
eſſe arbitrarent̄: ſed hoc loco adiectiua ſunt ꝗ
diſtinguant illud plus et illud minus in cetere
locis fere adiectiua non adhibētur: qualia nũc
ſunt ſummum et nonnullum. Raro autem ali⁹
modus ꝙ indicatiuus conuenit: quale ſunt pro **Quintilia.**
ximum exemplum. Idē. Quin. in. ij. Quid au
tem eſt ex his de ꝗbus ſupra dixi quod nõ cũ in

alia que ſunt rhetorū propria tū certe in iſtud
iudiciale cauſe genus incidat: Cicero ad Curio
nem. Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi
erga te mei patre tuo clariſſimo viro: qui cum
ſuis virtutibus: tum etiā te filio: ſuperaſſet oīm
fortunas ſi te ante vidiſſet ꝙ vita decederet. Nū
ꝙ hoc fit niſi ſub vno verbo: quod ſi quādo ſub
duobus fieret non tamen in diuerſis verborū
modis: diuerſiſue temporibus: vt fecit Boeti⁹
in principio tertij [vt reor] de dialectica libri.
Cum in omnibus philoſophie diſciplinis edi-
ſcendis atq̧ tractandis ſummum in vita ſola-
men exiſtimem: tum iocundius ꝛ veluti cū quo
dam fructu etiam laboris arripio: que tecū cō
municāda compono: niſi forte putamus hoc eo
Cicero. dem modo pro deiotaro incepiſſe Ciceronem.
Cum in omnibus cauſis grauioribus. Cic. Ce
ſar initio dicendi commoueri ſoleam vehemen
tius ꝙ vel viſus vel etas mea videtur poſtulare:
tum in hac re me multa perturbant: tamen dici
tur non tum. Reſpondet enim ad illud cū pro
Cū p̄ ꝙuis ꝙuis. Ut alio idem in loco. Satis me conſtan-
ter facere videamur: qui cum precipi nihil poſ-
ſe dicamus: tamen ꝛ in alijs de rebus diſſerere
ſoleamus: ꝛ in hoc ipſo tempore precepta offi-
cij proſequamur: cū ſcilicet pro ꝙuis: aut ſi ſcri
bitur tum: non tamen: ſcribendū etiam erit ſo-
leo: non ſoleam quale eſt illud in procmio quar
ti libri tuſculanarum queſtionum: Cum multis
locis noſtrorum hominum ingenia virtuteſq̧
Brute ſoleo mirari tum maxime in his ſtudijs
que ſero admodum expetita in hanc ciuitatem
e grecia tranſtulerunt. Idē auctor opus de na-
tura deorum ſic inchoat. Quod quidā deprauā-
re ſolent dicentes ſint pro ſunt: cum multe res
in philoſophia nequaꝙ ſatis adhuc explicate
ſunt: tum perdifficilis Brute quod tu minime
Priſcian⁹. ignaros queſtio eſt de natura deorum. Priſcia-
nus quoq̧ vir grammatice locutus eſt in proe-
mio magni operis: ꝛ quidem in prima dictione
atq̧ adeo in prima ſyllaba dicens. Cum omnis
eloquentie doctrinam ꝛ omne ſtudiorum gen⁹
ſapientie luce preſulgens grecorum fontib⁹ de
riuatum latinos proprio ſermone inuenio cele
braſſe. ꝛ cetera que tanta ſunt precedentia ver-
bum principale: vt non modo Demoſthenes ꝙ
contēta voce ꝛ vno ſpiritu cōplures verſus pro
nunciabat: aut Hercules qui ſine ſpiratiōe vnū
ſtadium decurrebat: Sed ne nouelius quidem
Torqu. tus mediolanēſis: qui vno ſpiritu tres
vini congios ſiccabat: poſſet illā ſententiam at
q̧ periodum vna vocis cōtentione p̄nunciare.
tandē verbū principale ſubiūgit. conatus ſum
pro viribus remarduā quidē ſed officio pfeſſio
nis nō indebitā ſupra noīatorū p̄cepta virorū q̄
cōgrua ſunt mihi viſa in latinū trāſferre ſermo
nē. Cū inueniā erat dicēdū. aut quoniā inuenio
Sed ad tum reuertamur. qd̄ ſepe ſine cū ponit
geminatū: triplicatū ꝛ in quāuis lōgū multipli
catū: ſed quātū ego ſentio in rebus paribus vt
Quin. Nec indignetur Herodotus equari ſibi
Titū liuiū cū in narrando mire iocūditatis cla

riſſimiq̧ cādoris: tū in cōcionib⁹ ſupra ꝙ enar- Cū p̄ aliqn̄
rari pōt eloquētē ita dn̄r oīa tū reb⁹ tum perſo
nis accōmodata Taceo de eo modo qn̄ accipit
pro aliqn̄ vt tū hoc tū illud dicas. i. aliqn̄ hoc ali
qn̄ illud. vel modo hoc modo illud.

Epitome capitis .lx.

¶ Quidem trifariam accipi ſolet. Primo ad di- Quidē.
ſtinguendas res ponitur q̧ ſic in priore aut pri
ma particula ſequente autē vel vero vel vtroq̧
Secundo per conceſſionē eius cui adheret ſed
ſubſequēte exceptione cū particula ſed: verum
veruntamen: at ceterū. tamen attamen: ſed tn̄
ſubditur autem ſic venuſte poſt pronomen ille
Tertio per affirmationem quaſi pro certe aut
per excluſionem eius cui maxime videtur poſ-
ſe conuenire quod ſequitur. adq̧ ſine dictis par
ticulis: ſed precedente nec aut ne ꝛ poſito quod
excludere volunt in medio.

¶ Exempla in textu patebunt. tertij aūt modi
q̧ amplior eſt ꝙ in textu: habetq̧ duo membra
prioris membri exemplū eſt. Nemo doctus qd̄
quidem ſciam: hoc dixit Sequētis: hoc eſt Ne
deus q̄dem ipſe poſſet facta infecta facere. At
ne rex quidē ipſe populo illi formidini ſit. Rex
dico ipſe qui tamen potiſſimum eſſe poſſit. Po-
nitur autem in primo modo quidē in priore aut
prima particula: in priore ſi tantum due ſunt: in
prima ſi plures: verbi gratia in priore ſic. Oēs
ſtabunt ante chriſti tribunal: boni quidem ad
dextram: mali vero ad ſiniſtram. In prima aūt
ſic. Oēs hoīes tandē addicent: boni quidē ad
gloriam: mali vero ad tormēta porro neutri: vel
neutri autē [id eſt infantes q̄ e chriſtianis nati
ſunt ſ; nō renati ī xp̄o] ad priuationē vtriuſq̧
De ſecundo modo oīa ſunt exemplorum plena
vt bene q̄dē p̄dicas ac precipis: ſed male viuis
Prudenter quidē ſcripſiſti ſed inſipienter vixi-
ſti Multi quidē bene incipiunt verū perꝙ pau
ci perficiunt honeſtam vitam: ꝛ ita in infinitis
alijs. Gaudet autem ſic particula ille illa illud:
vt in textu ſatis declaratur

De quidem Cap. lx.

Quidem p̄ducib⁹ tribus ſic modus Quidem
accipi ſolet. Uno ad diſtinguēdas res
quod apud grecos penēnimis fit ſepe
vt vnus quidem ſic. alius autem ſic. Ego quidē
Rome ſum: tu vero athenis: frater autē alexā-
drie. Altero autem quaſi per exceptionem illi⁹
quod affirmes. Ut apud. M. F. Torquebis qui- Quītilian⁹
dem filium: ſed fatebitur mater. Adeo vt apud
hunc ꝛ M. Tullium nunꝙ coniungatur quidē
et ille quin huiuſmodi ſequatur exceptio vt de
offi. libro. ij. Ab optimis illis quidem viris ſed Cicero
non ſatis eruditiori de amicitia. Qui autem in
virtute ſummū bonū ponūt p̄clare illi q̄dē: ſed
hec ipſa virtus amicitiam ꝛ gignit ꝛ continet.
Dicendum erat preclare ij quidem vt in prono
minibus oſtendimus potius ꝙ illi: ſed hoc fe-
cit vt ille coniungeretur cum quidem. In ſupe
riore modo tantum duobus comitibus quidem
vti poteſt: que ſunt vero ꝛ autem. In hoc ſecun

do pluribus preter has duas verũ veruntamen at ſed: ceterũ tamẽ attamẽ. ſed tamẽ. In hoc ſecundo modo ipſum quidez alternatim poni poteſt nunc in laudem nunc in vituperationez atꝙ id aut a vituperatione incipiendo ⁊ finiendo in laudem: aut incipiendo a laude ⁊ finiendo in vituperationem: vt tu lentus quidem es ⁊ piger ſed tamen fidelis. Rurſus. tu quidez fidelis es ſed tamẽ lentus ⁊ piger. Tertio modo quo plenus eſt etiam ſermo vulgaris: nullo autem aut vero aut ſed: alia ve coniunctione ſimili ſequente: ſicut et he ipſe nonnunꝙ ſine quidem ſunt.

Cicero

Cicero. Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſꝙ eſt: ille ſapiens fuit.

Epitome capitis. lxj.

¶ Uero ⁊ autem ſubiunctiui ſunt ordinis ideꝙ ſignificant ſic tñ vt interdum nuſꝙ referantur ſed ſolum ad diſtinguendas ſententias ponantur Uerum differũt in vtẽdo quia non eiſdẽ ſociantur. Dicimus enim Neꝙ vero ⁊ nec vero cõcinius ꝙ neꝙ aũt: nec aũt Cũ vero potius ꝙ tũ aũt. quod vix audeas dicere. Item age vero: ſane vero. enim vero. at vero. potius ꝙ age aũt ſane aũt: enim aũt: iam aũt que duo poſtrema nequaꝙ dicam. Incipimus preter ea maiora quedam capita per vero potiꝰ ꝙ per autem. Econuerſo non autẽ potius dixeris ꝙ non vero: licet recte ⁊ indifferenter dicatur: vero nõ vel autez non: ſine repetitione eiuſdem verbi. Nam quotiens he particule vero ⁊ autẽ ponuntur cũ negatione non conuenit in cõtradictione verbum non longe poſitũ repeti: ſicut conuenit quando ſola negatio precedat ſiue ſequatur. Poete tñ illud nõ obſeruãt. Porro idem ſignificare videtur qđ autez ⁊ vero: ſed cõmunis eſt ordinis vñ dicere licet age porro: ſicut age vero: ſed in prĩcipio orationis licet dicere. Porro qui: vbi per autem ⁊ vero dicetur. Qui autem vel qui vero. Habetꝙ porro alias apud poetas ſignificationes vt longe: certe: poſtea ⁊ vltra ſignificare videatur: vnde ſepe in medio inuenitur.

Neꝙ vero
Nec vero
Porro

¶ Exẽpla fere patent in textu. Cui adieci has particulas potiꝰ: cõcinius: venuſtiꝰ ⁊c. Sic enĩ vbiꝙ intelligendus ẽ vt author proteſtatus eſt Quo circa parũ militat contra ipſum qđ affert Mancinellꝰ. eſt tamen vtile cognitu ne nullos affirmemꝰ ſecꝰ locutos. dicit enĩ ſic. Neꝙ autẽ q̃ dixerit: recte quidẽ dixerit. Apuleꝰ enĩ libro primo floridorũ ſic ait. Proconſulis autẽ tã bella ſententia eſt: qua ſemel lecta: neꝙ augeri littera vna neꝙ aũt minui poteſt ⁊c. Qđ q̃dẽ Laurẽtiꝰ itẽ notaſſet: ſi tũc forte occurriſſet ei. Apuleij enĩ authoritas apud Laurẽtium valuit. Un vbi de puluiſculo ſcribit ait. Maſculino tñ protulit apuleius. Dixit enĩ nobilẽ puluiſculũ. Affert ⁊ alibi Apuleij authoritatẽ. Nõ vero quoꝙ dicere licet. Tulliꝰ naꝙ in catone maiore ſeu de ſenectute ſic ait At ſi quidẽ mortui ſunt: non vero tã iſte ꝙ tu ipſe nugator ⁊c. Preterea iaz aũt recte dici poterit. Curtiꝰ enĩ li. ix. ſic ait. Iã aũt ſcietis: et quãtũ ſine rege valeat exercitus: ⁊ q̃d opis in me vno ſit. hec ille. Quorũ q̃a ſingula affert exempla oſtendunt rarũ cõtrariũ eſſe vſũ

Mancinellꝰ
Neꝙ autẽ.
Non vero
Iam autez

De vero: autem porro. Cap. lxj.

Uero autez

Vero ⁊ autem idem ſignificant et eodẽ in loco poni pñt antecedẽte vtiꝙ aliqua dictiõe: nuꝙ enĩ ab his ſententia icipit Collocãt aũt frequẽter vt nuſꝙ referãt: ſed tñ diſtinguant ſñiam a ſñia: vt mea ipſius verba declarãt vbi ſum vſus modo aũt Habẽt tñ aliqñ neſcio quid differentie in vtẽdo Cur naꝙ nõ dicimꝰ neꝙ autẽ ſicut neꝙ vero. vt Quint. Neꝙ vero me Lacedemonij atꝙ athenienſes magis mouerint ꝙ populus Ro. apud quez ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit. Item tum propter hoc: tum vero propter illud: non autem tum propter hoc: tuz autem propter illud. Contra non dicimus non vero ſicut non autem: vt ſum tibi amicus nõ autem aſſentator. Muta illud aduerbiuz: ⁊ habet locum vero ſic. Sum tibi amicus: aſſentator vero non: vel aſſentator aũt nõ ⁊ inq̃buſdã ſilibus Incipimꝰ. n. maiora quedã capita per vero potius ꝙ per aũt. Uirgi. Iunonẽ cũ venere ſic loq̃ incipientẽ facit. Egregiã vero laudem ⁊ ſpolia ampla refertis Tuꝙ puerꝙ tuꝰ Et ad Serui. Sulpitiũ ſcribẽs Cicero ita epiſtolam incipit. Ego vero Serui vellem vt ais in meo dolore affuiſſes Preterea nõ dicas ita age aũt: ſane aũt: iam autem: enim autez: at aũt: vt age vero: ſane vero: enim vero: vt vero: iam vero: at vero. Atꝙ vt in quibuſdam locis hec duo ⁊ cetera ſimilia a me prius enumerata habent gratiam ſi ponãtur: ita in quibuſdã non habent quale eſt cũ idẽ verbum repetitur hoc modo. Quin. Pro patre mori poſſum: coram patre non poſſum. Nõ recte dicas coram patre aũt non poſſum. niſi reticeas verbum ſic: coram patre aũt non. Atꝙ hic ſequitur negatio: aliquando antecedit. Cicero. Tu cum principem ſenatorem auunculuz domi habeas: ad eũ nõ refers: ad eos refers qui ſuaz domum non habent: tuam exhauriunt. Quare non de eo modo intelligitur: quotiens verbũ ſine cõtrarietate repetitur. Ut idez Tribues his tẽporibus quãtum poteris poteris aũt quantũ voles. Neꝙ quotiens aliquid prelongũ eſt: aut nõnihil immutatur. vt idem in verrem. Non enim inquit illud peto quod ſoleo cum vehementius contendi impetrare reus vt abſoluatur non peto: ſed vt potiꝰ ab hoc ꝙ ab illo accuſatur id peto. Et in philippicis. Ego autẽ veterãos tueri debeo: ſed eos quibus ſanitas eſt certe timere non debeo. Tale non fuit lactantij: qui ait. Sed vt dixi venia concedi poteſt imperitis ⁊ qui ſapientes ſe non fatentur. His vero non poteſt q̃ ſapientiam profeſſi ſtultitiam potius exhibent Ego dixiſſem his nõ poteſt. Poete hoc non ſeruant. Uergilius Non erit auxilio nobis ethol ⁊ arpi: At meſapus erit. Ouidi. Non formoſus erat: ſed erat facũdus vlyſſes. Porro licet eiuſdem ſignificationis ſit cuius vero ⁊ aũt: tamen vt puto pro illis ponere non poſſis: nõnuꝙ tamẽ eundẽ locum ſortitur: vt age vero age porro

Quintilanꝰ.
Neꝙ vero
Non autez
Uero non
Autem nõ
Uergilius.
Cicero
Age vero.
Sane vero
Enim vero
Iam vero.
At vero.
Repetitio verbi quando licita.
Cicero
Uergilius.
Ouidius.

Quītilian⁹ ſed illud nunq̄ in fronte ſentētie collocat. Hoc aūt ſepius vt quintilian⁹. Porro qui confeſſum defendit: non abſolutionē ſceleris petit: ſed licentiā. Per illa diceremus: qui vero: vel qui autem confeſſum defendit. Apud quoſdam ⁊ preſertī poetas volunt ſignificare longe: certe: poſtea: vltra. Ideoq; ſepe non in principio ſentētie: ſed in medio inuenitur

Epitome capitis .lxii.

Siquidē. Si quidē. ¶ Siquidem quando vna pars eſt rationalis eſt coniunctio ſignificās idem quod nā. Quando due partes ſi eſt cōditionalis: ⁊ quidem quaſi certe: quo modo deberet ſi produci: tū tamē ab Ouidio corripiatur.

¶ Accurate aūt annotādū eſt q̄n vna ⁊ q̄n due ſunt pres: nā i ſignificādo lata eſt differentia vt textus di lucide docet. In quintiliani aūt exemplo vbi dicit vult muneri .i. munus aut p̄ munere nō eſt legēdū muneri: neq; munerū: ⁊ paulo poſt: Siquidē ⁊ remigē cātus hortatur: hoc eſt remigantē nō aūt regimē vt quidā impreſſerūt

De Siquidem. Cap. lxii.

Siquidem ⁊ ſi quidē. Siquidem ex ſi ⁊ quidem compoſitū videtur: ſed cur nec primam ſyllabā longam habet cū ſi longa ſit nec ſignificationem alicuius harum vnde cōponi dicitur: Eſt enī ſiquidē idē quod nam: vt apud Quintilianū. Atq; natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores muſicam velut muneri nobis dediſſe: ſiquidem ⁊ remigē cantus hortatur. Et Ciceronē. Cōfiteor eos niſi liberatores populi romani conſeruatoreſq; reipu. fuerint. plus q̄ ſicarios: plus etiā q̄ parricidas eſſe: ſiquidem eſt atrocius patrie parētem q̄ ſuum occidere. Nōnulli non internoſcūt quando ſiquidē eſt vna dictio quando duplex: quod internoſcere facile eſt: vt apud eoſdē ambos: priorem libro quarto. Quare illud ſtultiſſime precipitur quod defendi non poteſt ſilentio diſſimulandum: ſiquidem eſt id de quo iudex p̄nunciaturus eſt. At ſi extra cauſā ſit adductū ⁊c. Poſteriorem pro Milone. Deinde profect⁹ eſt per id tp̄s cum iam Clodius. ſi quidē eo die romā venturus erat redire potuiſſet. ⁊ p̄ Flacco. O morem preclarum diſciplināq; quā a maioribus accepimus: ſi quidē teneremus: ſed neſcio quopacto iā de manibus elabitur. In hoc tamen ſignificato apud Ouidium reperitur libro quarto faſtorum prima ſyllaba breui tanq̄ ſit dictio cōpoſita. Sed ſi forte tibi eſt non mutabile pectus Atq; ſemel iuncti rumpere vincla tori: Hoc quoq; tētenus ſi quidem ieiuna remanſit: Sin minus inferni coniugis vxor erit. Idem libro tertio ſine titulo. Que mihi ventura eſt: ſi quidem eſt ventura ſenectus. Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis In altero ſignificato apud lucanū libro quarto. Hoc ſiquidē ſolo ciuilis crimine belli. Dux cauſe melioris eās.

Cicero. Cicero. Ouidius. Lucanus

Epitome capitis .lxiii.

¶ Sin raro ponitur niſi p̄cedat ſi ſaltē ſubintellectū ideq; ē q̄d ſed ſi: aut ſin aūt: q̄d poſteri⁹ nō includit negationem: ſed oppoſitionem niſi addat minus aut alia particula negata: neq; ſi idem eſt quod ſi quidem licet ſeruio videatur.

¶ Apud quoſdam preſtātis viros Hieronimū nō notat vt cui⁹ nō ſūt illa Apoca. ſi. v̄ba nec ſimiliter in euangelio. nā alteri⁹ putat trāſlatio

De ſin. Cap. lxiii.

Sin. Terentius Saluſtius Sinantem

Sin pro ſi nūq̄ in prima p̄te collocat ſ; i ſcda: vbi fere duorū ē oppoſitio atq; hoc ſiue vocali ſequēte ſiue pſonāte. Terētius. Si illū relinquo ei⁹ vite timeo: ſin opitulo: huius minas. Et alibi. Si hoc celat in metu: ſin patefit i probo fiem. Nonnūq̄ ſi vnū reperit: ſed q̄d ſecūdi loci vicē obtineat. vt Saluſti⁹. Imperat vt precio ſecuti multa cōfecerat inſidiatores. Maſiniſſe paret ac maxie occulte. Sin id parū procedat quouis modo Numidā interficiat id eſt ſi poteſt occulte ſi non poteſt vtcūq;. Quorūdam tñ vſus eſt vt dicant: ſinaūt p̄ eo quod eſt ſi nō: quaſi in ſin aut in autem ſit negatio: mirareturq; de vulgo niſi id apō quoſdā preſtātis viros reperirē. Quale eſt illud in apocalipſi: ſin aūt veniō ⁊ mouebo candelabrū. cū preſertim pauloſt dicant. Si quo minus veniā. Ego vero in vtroq; dixiſſē: ſin min⁹ vel ſin aliter. Et in euāgelio. Si ibi fuerit fili⁹ pacis requieſcet ſuper illū pax veſtra: ſin aūt ad vos reuertet. ⁊ alibi Si quidē fecerit fructū ſin autē ſuccides illam. In quibus omnibus grece negatio adeſt. Seruius vult nonnūq̄ ſi accipi p̄ ſiqdē: vt ibi Tua ſi tibi menala cure. Quod mihi minime placet.

Epitome capitis .lxiiii

¶ Quippe: vtpote: profecto: vtiq;: nimirum: ſane: certe vel certo: ſimiliora ſunt in ſignificato q̄ ſiquidem: non multum tamen ab eo differūt preſertim duo quippe et vtpote que cauſatiue ſunt Nā quippe videtur eſſe quia certe. Unde quippe ſiquidem: nā nāq;: etenī precedente aliqua particula reddunt precedētis dicti cauſam Quoniā aūt exordit cauſā: Unde idem dicere poſſū per quoniam in principio poſitum ⁊ per quippe ſecundo loco ſequente cū: aut relatiuo: aut etiam ſine vtroq;. Utpote aūt ſimillimum eſt quippe: niſi q̄ verbum ſuum non habet: habet enī poſt ſe cum vel relatiuum ſicut quippe. Profecto ⁊ vtiq; affirmant: ſed vtiq; a Cicerone non frequētatur ſicut profecto. Sunt autē ambo apta reſpōſioni cū iidem interrogamus ⁊ reſpondemus ſicut ⁊ certe ⁊ nimium: ſed maxime omniū nempe. quod tamen non precedente interrogatione etiam in principiis locū habet: vt nempe hoc aſſidue. Nempe hoc queſiſti: In quib⁹ tñ tacita videt preceſſiſſe q̄ſtio Sane ⁊ affirmatiue ⁊ pro valde accipitur nōnunq̄ cū ſuperlatiuo ⁊ permiſſiue Certe modo affirmat modo pro ſaltem accipitur: ſicut at cū ⁊: Uero ſemper affirmat: vt et certe apud Ciceronem ſicut et ſane apud quintilianum. cum ſcio dicit potius certo q̄ certe: hec ſumma eſt.

Quippē Quoniam. Quippe Utpote. Profecto Utiq;. Certe. Nimirum. Nempe. Sane Certe At Uero Certo ſcio.

Certū ſcio. Certe ſcio.

¶ Exēpla patent in textu: Mancinell⁹ huic vltimo adijcit nō nihil dicens. Hic addā: dici quoqꝫ certum ſcio. Ualerius maximus lib. ij. cap. ij. Nā oculos tuos certū ſcio: clariſſima eſt luce tenebri offuſos ingens opus animi intueri nequiſſe Inuenitur ⁊ ſepe certe ſcio. Hec ille.

Quippe. Utpote. Profecto. Utiqꝫ. Nempe. Nimirum. Sane. Certe. Certo. Siquidem.

De quippe: vt pote: profecto: et vtiqꝫ: nempe et nimirum: ſane certe. Cap. lxiiij.

Quippe ⁊ vt pote ꝑfecto ⁊ vtiqꝫ nēpe ⁊ nimirū ſane ⁊ certe vel certo ſimiliora ſunt quidem in ſignificato q̄ illud quod modo dixi de ſiquidē loquor: ſed ad hoc ipſum proxime accedunt preſertim duo: quippe ⁊ vt pote que licet vulgo accipiantur pro certe: cui non omnino equidē repugno: tamen maliꝫ accipere pro cauſatiuis vt Quint. Falſa enim eſt querela pauciſſimis hominibus vim percipiendi que tradātur eſſe conceſſam pleroſqꝫ vero laborem ac tēpora tarditate ingenij perdere. Nam contra plures reperias ⁊ faciles in excogitando: ⁊ ad diſcendū promptos. Quippe id cū homini naturale ac ſicut aues ad volatum equi ad curſum ad ſeuitiā fere gignuntur: ita nobis eſt mentis agitatio: atqꝫ ſolertia: vnde origo animi celeſtis credit̄. Atqꝫ licet hmōi dictiones eodē tendant: tñ vſu diſſidēt: ⁊ quaſi diuerſo itinere ad idē ꝑueniunt Ut eñ ꝑ quippe hoc in loco recte dicā ſiquidē vel nā aut nāqꝫ: vl' eñ aliqua dictione antecedēte ad hūc modū. Id eñ eſt homini naturale: ita rar⁹ per quoniā: q̄ coiunctio habet aliū vſum q̄ nulli horū alteri cōcedat̄: vt in hoc Tulliano exemplo

Quoniam.

Quoniā vtriuſqꝫ conſilij cauſaꝫ. P. C. ꝓbatam vobis eſſe cōfido: priuſq̄ de repu. dicere incipio: pauca loquar de heſtarna. M. Antonij iniuria. Hoc idem per quippe ſic dicam: priuſq̄ de republica dicere incipio P. C. pauca loquar de heſterna. M. Antonij iniuria: quippe ꝓbatam vobis eſſe confido cauſaꝫ vtriuſqꝫ conſilij: vel quippe cum probatam vobis eſſe confidaꝫ: vel quippe qui probatam vobis eſſe confido vl' confidam

Quippe

Huic ſimillimum eſt vt pote preterq̄ primo modo. Non enim habet ſuum verbum quale foret vt pote id eſt homini naturale. In ceteris omnibus vſum habet:

Ut pote

Plynius de naturali hiſtoria. Ut pote cum quideꝫ annuo ⁊ biennij ſpacio durauerit. Cicero ad Atticum. Me ⁊ commoda valitudo qua iam emerſeraꝫ vt pote cum ſine febri laboraſſem: tenuit. Idem ad eundem. Eas nos: vt pote qui nihil contemnere ſolemus non pertimeſcebam⁹. Et in philippicis. Lucius quidem frater eius vt pote qui peregere repugnauit familiam ducit. Saluſtius ī Catil. Antoni⁹ procul aberat vt pote qui magno exercitu locis equioribus expeditos in fugam ſequeret̄. Hic ſubiunctiuo ille indicatiuo vſus eſt. Nonnunq̄ ſine cum: ⁊ ſine relatiuo reperit̄ ⁊ neſcio an frequētius cuiuſmodi eſſet hoc. Antonius aberat a bello vt pote eger ⁊ iacēs in lecto. In qua forma etiam reperitur quippe: vt Quintilianus. Si alienuꝫ ⁊ ignotū. tamen que communis omniuꝫ mortalium quippe ſub vno parente nature cognatio eſt hominem cibo forte pena dignum videret ſeruaſſe perituraꝫ animam.

Plynius. Cicero. Quītilian⁹.

Titus Liuius. lib. iij. Notam iudici fabulam petito: quippe apud ipſum authorem argumenti peragit. Profecto autem et vtiqꝫ ſine dubio affirmant. Sed hoc ſecundum nunq̄ aut fere nunq̄ apud Ciceronem: apud poſteriores frequenter: vt Quintilianus. Sed ſolent huiuſmodi negociatores aliq̄d proprium at priuatuꝫ ſtipulari: vtiqꝫ cum alienam rem vendunt Mō non ita ſolet ad reſponſionem adhiberi: vt illō alterum: vt Cicero. quis hec renūciat: is profecto qui inter fuit.

Liuius. Profecto. Utiqꝫ.

Licet idem facere per certe. vt idem Tantam ſolicitudinem bonorum: tantum timorem omnium in quo meminimus: certe in nullo.

Certe

Et per nimirum: vt Quintilianus. Demus id quod nullo modo fieri poteſt: idem ingenij: ſtudij: doctrine: peſſimo atqꝫ optimo viro Uter melior dicetur orator: Nimirum qui homo quoqꝫ melior.

Nimirum

Sed vſitatum omniuꝫ maxime eſt nempe. Ut Cicero apud quem hec dico: Nempe apud eum qui cuꝫ hoc ſciret: me tamen anteq̄ vidit reipu. tradidit Nonnūq̄ ſine interrogatione. Horatius enim quamdam epiſtolaꝫ ſic inchoat. Nempe hoc queſiſti. ⁊ Perſi⁹ Nempe hoc aſſidue dixit. Quintilianus. quoqꝫ inquit. Nempe enim in hoc plurimum laboris exhauſim⁹: vt rhetoricē oſtenderemus bene dicendi ſcientiam: ⁊ vtilem: ⁊ artem ⁊ virtutē eſſe

Nemphe. Perſius.

Sane tum affirmatiue ſumitur vt itā ſane ſane vero: tuꝫ pro valde: ⁊ homo ſane nobilis: Interdum cum ſuperlatiuo. Sueto. de vita Ceſaris. Bellum ſane difficillimum geſſit. Tum permiſſiue. quotiens aliquid aduerſario tribuimus: vt ſit ſane vt ais. vt Quint. Tulerit ſane filius noſter penas: dederit ſpiritū ſupplicio: nihil de ꝑteritis loquamur qua ſi eſtorita ſit vt vis.

Sane

Certe modo affirmat: mō pro ſaltē accipitur. vt nō potero tangere certe potero videre vl' at certe. Ideo dixi q̄ ꝑ ſaltē accipit̄: q̄ hanc eandeꝫ ſententiam nihil differre puto ab ea que eſt nō potero tangere: ſaltem vel at ſaltē potero videre.

Certe.

Adiungitur autem illud at quo modo iungitur ſed cū tamē: licet alterū eorū ſufficeret Significat eñ nonnūq̄ at idem qō ſaltē. vt in illo Virgiliano. At meſapus erit

At

Certe coniuncta cum coniunctione ⁊ ſemper affirmat. vt Cicero. Et certe contra Ceſarē eſt ingreſſus armat⁹ Apō Quin. Et ſane frequēter vt lib. i. Et ſane quis cōcipiat vel declamātis habitū: vel orantis vocē: inceſſum: pnunciationē: illū deniqꝫ animi ⁊ corporis motū: certe coniuncta cū ſcio ſimilbuſ q̄ verbis ſolet mutare: e in o: vt certo ſcio: ſic dicimus manifeſto pro manifeſte. aperte ꝑ aperto: liquido pro liquide: tuto pro tute ⁊ ſimilia.

Et certe. Et ſane. Certe. Certo:

Epitome capitis. lxv.

¶ Ut accipitur eleganter pro quippe ſeu vt pote ſequente cum aut relatiuo. interdum etiam quaſi pro ſecundum q̄.

Ut.

¶ Exempla in textu clariſſima ſunt.

De vt. Cap. lxv.

Ut. Quītilian⁹

VT pro quippe ſiue vt pote accipit̃ ſequēte relatiuo: vt Qui. Cū mecū⁹ vt interiecto mari non fortunā q̄ſq̄ noſſe: nō natales nō partē poterat vna tamen res faceret apud quoſdā miſerabilē: q̄ videbar inique cōparatus. Et alibi. Illud iā diximus quāto plus nitoris ⁊ cultus demōſtratiue materie vt ad delectationē audientiū cōpoſite q̄ q̄ ſunt in actu ⁊ cōtētione ſuaſoria iudicialeſq̄ ꝑmittant. Ubi eſt vt: licet ponere q̄ppe vł vt pote. Quin. vt frequenter vtit̃: vt pote autē raro. Et alibi. Nec ignoro igit̃ quos trāſeo. nec vtiq̄ dāno vt q̄ dixerim eſſe in omnibus vtilitat̃ aliquid. Et alibi. Theopōpus his minor vt in hiſtoria predictis minor: ita oratori magis ſimilis: vt qui anteq̄ ad hoc opus ſollicitatus diu fuerit orator. Aliqñ accipit̃ quaſi ꝑ ſcdm. vt Ci. Qui ſermo q̄ p̄cepta quanta notitia antiq̄tatis. ſciētia iuris: augurij: multe etiā iā vt in hoīe romano littere. i. ſcdm id qđ ſolēt ſcire romani. Et alibi. Poſtea q̄ cliſtenē multū vt temporibus illis valuiſſe dicēdo. i. ſcdm illorum tēporū eloquētiā. Et iterū. Deniq̄ hunc ꝓximo ſeculo Themiſtocles inſecut⁹ eſt: vt apud nos ꝑantiqu⁹ vt tēporibus illis non ita ſane vetus. Et iterū atq̄ iterū in codē Bruto. Fuit vt tēporibus illis luculentus: erat cū litteris latinis: tū etiā grecis vt tēporibus illis eruditus. Erat etiā in primis vt temporibus illis grecis doctrinis inſtitutus: quorū vtriuſq̄ orationes ſunt: vt in aſiatico genere laudabiles.

Cicero.

Epitome capitis .lxvj.

Ab. Abs

¶ Ab l. r. ⁊ i. cōſonāti venuſte ꝓponit̃. Abs t et q. vt aūt priſcian⁹ docet: ab vł abs nō ꝓponunt̃ vocali: ab tam vocalibus q̄ conſonantibus non male ſonātibus: vt dictis tribus ⁊ d. ⁊ interdū u.

Mācinell⁹

¶ Unde Mancinell⁹ de ab longe meli⁹ priſcianus edocuit. Ait enī lib. j. de duodecim carminibus A quidē vł abs vocali ſequēte nō ponem⁹. Ab vero nō ſolū vocalib⁹ ſequētib⁹ ſed etiā ꝯſonātib⁹ quibuſdā nō male ſonātib⁹ āncedēte ab vt adduco: abdo. hec ille. Licet igit̃ etiā dicere ab duce: ab domo. Sepius deniq̄ reperitur ab ꝯſonāte ſequēte ꝓpoſita. Pli. li. ij. ca. ix. Et i tenebrarū remediū ab natura repertū. Itē li. xix c. ij. Mox ceſar dictator totū forū romanū itexit viāq̄ ſacrā ab domo ſua ad cliuū vſq̄ in capitoliū ⁊c. Plura inuenies ⁊ in cōmētarijs ceſaris: et i Tito liuio atq̄ alijs. hec ille: q̄b⁹ claret qualis ſit cēſor qñ dicit priſcianū lōge meli⁹ edocuiſſe. Nā mł̄tis q̄dē videt̃ melior Laurētiana precepto que preſupponit dictū Priſciani: declarat aūt q̄b⁹ cōſonantibus ab preponi velit: cū enī ille tantum de d. exemplificet: addit hic q̄ etiā: l. r. ⁊ i. conſonanti venuſte preponitur.

Quibus cū litteris iungit̃ ab et abs. Cap. lxvj

Ab.

AB cum duabus liquidis et cū i qñ fit ꝯſonās adiungi ſolet. vt ab lege: ⁊ ab legatis ab litteris: ab re: ab rege: abrogo: ab re: ab ioue. Abs vero cum t. vt abs te: abs Tito. Interdum cum q vt Teren. Abs quiuis homine beneficium accipere gratum eſt.

Terentius Abs.

Epitome capiti. lxvij.

¶ Continuo ſtatim ⁊ ꝓtinus p̄cedēte negatione aut addita particula interrogatiua vim negādi habente ſignificāt quaſi nō ideo. aut nō ideo Protinus aūt ſine negatione valet interdū quaſi ſimul aut etiam. Exempla patent in textu.

De continuo. ſtatim. ꝓtinus cū non. capi. lxvij.

Non continuo. Non protinus. Nō ſtatim.

COntinuo protinus: ſtatim q̄d ſignificēt notū eſt: q̄b⁹ addita negatione ſignificatio qualis nō ideo: vt de oratore Cic. At ſi ille ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent non cōtinuo ſi quis motus populi factus eēt id. C. Norbano in nefario crimine ⁊ fraude capitali eſſe ponendum Quintilianus. Nō autē vt quicq̄d precipue neceſſariū eſt: ſic ad efficiendum oratorē maximi protinus erit momēti. Et iterū. Neq̄ id ſtatim legenti perſuaſum ſit oīa que oēs authores dixerūt vtiq̄ eſſe perfecta. Eandem vim obtinet interrogatio quam negatio vt idem Continuone ſi ille ſtulte cogitauit: nobis quoq̄ ſtulte dicendum eſt. i. nō ideo: cuius ſignificationis mutate hec cauſa eſt q̄ nō plane receſſum eſt a prima illa eius ⁊ naturali. quaſi dicat̃ nō. aut nū ꝓpter hanc ſolam et ſe primo offerentē rationē Seruius nō eſt vſus hac recleganter in ea parte vbi abeſt negatio. Nō quia mulier ſtatim et ancilla. Si aūt ancilla ſtatim ⁊ mulier eſt. Tollendū enim erat poſterius ſtatim. Protin⁹: vt ego interpretor: pro ſimul ſiue etiam aliquando recipitur. Uirg. Quin protinus omnē per legerent. Quintili. Traxerat et infirmitate mentis magnam protinus et in membra conſtantiam. Et enim quod ſtatim fit: quaſi ſimul fit.

Fabius

Cōtinuo ne

Protinus Alia o legunt

Epitome capitis. lxviij.

¶ Tantum abeſt ſequente ſimplici aut gemino vt venuſte exprimit qđ per nedū: non ſolū non modo: vel non tantum dici poteſt: ⁊ a Quintilia. per et tantum non: vel tantū ꝫ non.

¶ Uerbi grā. dicere poſſum tm̄ abeſt vt fratrem tuū occiderim vt ne viderim q̄dē. aut ꝑ nedū ſic. Ego fratrē tuū nō vidi: nedū nō occidi. aut per nō ſolū ſeu nō mō aut nō tm̄ ſic. Ego nō ſolū nō occidi fratrē tuū. ſed neq̄ vidi vnq̄. Per et tantum non ſic. Fratrem tuum non vidi et tantum non occidi. i. tantum abeſt vt non occiderim

De tantum abeſt: tantumq̄ non. Capit. lxviij.

TAntum abeſt aut vnū vt poſt ſe habet aut duplex. Unū ſic. Cic. de offi. Tm̄ abeſt ab officio: vt nihil officio magis poſſet eſſe contrariū: Idē ꝓ Marcello. Tātū abes a pfectione maximorū operū: vt fundamenta nondū que cogitas ieceris. Duplex ſic. Idem pro lege manilia Tantū abeſt vt aliquā bonā gratiam queſiſſe mihi videar: vt multas etiam ſimultates partim occultas partim apertas mihi ſubeundas eſſe

Tantū abeſt cum vt. Cicero.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

intelligam. Quem modum a grecis mutuati ſumus. Hos autē duos quos attigi modos idem ſignificare et hoc liquebit: ꝙ alterum in alterū conuertere licet ſic. Tantum abeſt vt officium ſit. vt nihil officio magis poſſit eſſe contractuꝫ Idem tantum abes vt maxima opera perfeceris vt fundamenta nonduꝫ que cogitas ieceris. Rurſus tantum abſum a comparatione alicuius gratie: vt multas etiaꝫ ſimultates: ⁊ cetera. quin quo planius huiuſmodi orationis ſenſus pateſiat: reſoluamus per non ſolum: vt non ſolum aliquam bonam gratiam queſiſſe non videor: ſed etiam multas: ⁊ cetera. Item non modo officium non eſt: verumetiam nihil magis poteſt eſſe contrarium: et non tantum abes a perfectione maximorum operum: ſed fundamenta quoqꝫ nondum que cogitas ieciſti. Poteſt ⁊ in nedum reſolui: vt ſupra docuimus: ſed hoc faciendum legētibus relinquimus. Aliquando tātum abes et ſine geminatione illa et ſine ablatiuo reperimus: ſed per ꝙ raro: vt in Curionē Cicero. Tantuꝫ abes vt inflammares noſtros animos: ſomnuꝫ iſto loco vix tenebamus. Apd̄ Quintilianum. hec exempla non inueni ſed tale genus loquendi. Si vltra hoſtium affectus qui ceſos acie ſepe tumularunt vltra tyrannos: vltra latrones: parum habet non ſepelire: niſi aliorum quoqꝫ officia precideret tantumqꝫ non petita ex fluctibus aqua reſtringit igneꝫ Et alibi. Hoc triſte ſpectaculum: et tantum non ipſi qui fecerat miſerandum. et iterum. Tantum ꝓ durum ac ruſticum ⁊ parum meritricijs artibꝰ queratur educatum. id eſt tantuꝫ abeſt vt reſtringat ignem: tantum abeſt vt ipſe miſereatur: tātum abeſt vt queratur durum ac ruſticuꝫ ac parum meretricijs artibus educatum. Ualerius in primo Tantum non ſuis manibus deducit: ſiue prope abeſt vel prope eſt: vt quod etiaꝫ e greco ſumus mutuati.

Non ſoluꝫ.
Non modo
Nō tantuꝫ
Nedum
Cicero
Tantū non
Tantumqꝫ

### Epitome capitis. lxix.

¶ Simul geminatum non reperitur apud Ciceronem ſicut apud Quintilianum ⁊ ceteros: reperitur tamen interdum apud eum ſequente et geminato: ſicut ſemel vna geminatum pro ſimul. At ſimul et pariter non geminata neqꝫ ſequēte et geminato: ſepe apud Quin. leguntur.

### ¶ De ſimul: vna: pariter. Cap. lxix.

Simul.

Simul geminatum non memini reperiſſe apud Ciceronem: apud poſteriores. ſepe Quin. ſimul vt pleniore obſequio demereret amantiſſimos mei ſimul ne vulgarē viaꝫ ingreſſus alienis demum veſtigijs inſiſterē. Uer. Obſtupuit ſimul ipſe ſimul perculſus achates. Et iterum. Accelerat ſimul eneas: ſimul agmina Troum. Cic. ⁊ tamen raro pro ſimul dixit vna: in Uerrem actione ſecūda. Una ⁊ id quod facio probabit Una ⁊ in hac cauſa profecto neminem preponēdum mihi eſſe exiſtimabit. Simul non geminatū ⁊ pariter apud Quintilianū ſepe. vt homo fortis ſimul ⁊ ſapiēs: vel homo fortis pariter ⁊ ſapiens. Raro cum gemiata ⁊ Hota. Aut ſimul ⁊ iocunda ⁊ idonea dicere vite. Cicero ꝓ Roſcio. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul et amicitiam diſſoluere et fallere. cum qui leſus non eſſet: niſi crediſſet.

Una
Simul
Pariter
Simul ⁊

### ¶ Epitome capitis. lxx

¶ De die hoc. i. in quo ſumus hodie dicetur non nudiuſprimus de precedenti nō pridie: nec nudiuſſecundus: ſed heri: de eo qui heſternum precesſit non ante heri [vt barbari] ſed nudiuſtertius: ⁊ de ſuperiori nudiuſquartus: quaſi nunc dies tertiꝰ: ⁊ nunc dies quartus: nec vltra quartum numerum: licet Plautus id faciat pro gredientur: ſicut nec in alijs multis. Nam biduum triduum: quatriduum: Binoctium: trinoctium quadrinoctium. Biuium. triuium: quadriuium Bimus: trimus quadrimꝰ: nec vltra in vſu ſunt De eo autem qui hodiernum ſequitur: dicet nō poſtridie ſed cras ⁊ de craſtinum ſequente non poſt cras more imperitorum: ſed perendie: vn̄ cōperendino verbū. Pridie aūt ⁊ poſtridie taꝫ ad p̄teritū ꝙ ad futurū tēpus adhiberi poſſunt ſic vt pridie ſic die priori ante eū: ſ. cuius mētionem facimus: ⁊ poſtridie nō poſt tres dies: ſed die poſtero reſpectu eius cuius meminimꝰ. Un̄ ꝓprie dicimus pridie calendaruꝫ vel calendas: et poſtridie. Non autem ſecundo nec primo: qꝫ pro eo dicimus calendis. Simile autem dicendum eſt de nonis et idibus. A pridie autem fit pridianus pro quo ſepe heſternus vſurpatur. A poſtridie vero non eſt in vſu poſtridianus: ſꝫ pro eo ſemper vſurpatur craſtinus.

Nudiuſprimus nō dicatur
Nota

¶ Si quis aūt nondū peritus fuerit calēdaruꝫ nonarū ⁊ iduū: Sciat primū cuiuſlibet menſis diē eſſe calendarum. Deinde in martio: maio: Julio ⁊ octobri ſeq̄ ſex nonas. in reliquis quatuor. Poſt nonas aūt in omnibꝰ octo idus poſt quas q̄ reſtant dies dicuntur calēde ſequentis menſis q: dicēdo pridie calendarum aut calendas videmus dicere priori die calendarū: vl' die precunte calendas. dicendo aūt. tertio calēdas quaſi tertio die ante calēdas ſic tamē vt dies calendarū ſit vnꝰ: ⁊ quia ſubaudit' die: ideo in maſculino dicimꝰ tertio: quarto ⁊c. Et quia ſubauditur ante aut inter vtimur actō: niſi cuꝫ pridie ⁊ poſtridie quibus etiā genitiuū damꝰ aut particulā ꝙ: ſalteꝫ per ſubauditioneꝫ nam cū dicit' in andria. Uenit poſtridie Chremes: ſubaudit' huius diei quem dixi. aut ꝙ hec facta erant. Cōgrue tn̄ dicas. Quicq̄d die lune incipio poſtridie abſoluo. De primo ergo die martij dicā: calendis martijs. de ſcd̄o ſexto nonas martij. de tertio q̄nto nonas martij: de quarto quarto nonas. de quinto tertio nonas. de ſexto nō ſecūdo ſꝫ pridie nonas de ſeptio nonis martij aut martijs. de octauo: octauo idus martij aut martias de nono ſeptimo idus. de decimo ſexto idus. de vndecimo q̄nto idꝰ. de duodecimo quarto idꝰ de tertiodecimo tertio idꝰ. de decio quarto pridie idus de decimoquinto idibꝰ martijs. de decimo ſexto aūt decimoſeptio calendas nō martij aut martias. ſed aprilis. Non eñ ſequuntur

De calēdis
De nonis.
De idibus:
Terentius

calende martij ſed aprilis: ⁊ quo plures nume
ramus dies in martio: eo pauciores reſtant ca-
lende. vnde de decimoſeptimo dicimus decimo
ſexto calendas. ⁊ ſic deinceps

### De nudiuſtertius: ſocijſq; ac de pridie ⁊ poſtridie. Cap.lxx.

Nudiuſtertius. Nudiuſquartus — NUdiuſtertius et nudiuſquar
tus: nec vltra ꝓgreditur: ſicut biduo
triduo: quatriduo. ⁊ binoctio: trino-
ctio: q̃drinoctio: ⁊ nõ ampliꝰ: niſi pu
Philelphꝰ aliſ vtitur — tamꝰ ſine menda ſcriptũ eſſe in philippicis nu
diuſtertiuſdecimus. Plautus vt ſolet licenter
inquit nudiuſtertius: quartus: quintus: ſextus:
ſeptimus: octauus: ⁊ adhuc deinceps. vt etiam
ad milleſimum fuerit proceſſurus: ſed cur quē-
admodum habemus biduo ⁊ binoctio: nõ etiaz
habemus nudiuſſecundus: Nempe quia adeſt
Heri — alterum vocabulum: ⁊ quidem magis ꝓprium
quod eſt heri. De die autem qui preceſſerit he-
ſternum dicimus nudiuſtertius: ⁊ de ſuperiore
adhuc nudiuſquartꝰ: ſcilicet nunc die tertio vel
quarto De ſequenti cras. De huic proximo pe-
rendie. Cicero ad Atticum libro duodecimo.
Cicero Cras — Scies igitur cras: ad ſummuz perendie. Unde
dies perendinus dies ab hinc tertius. Ceſar in
Perendie. — commentarijs. Qui ſi per te liceat perendino
Perendinꝰ — die cum proximis hiber.nis coniuncti commu-
Cõperendino — nem cum reliquis belli caſum ſuſtineat. Et cõ-
perendinare differre in longum. de die in diem
Pridie ⁊ poſtridie ſimiliſſimam obtinent ſignifi
cationem eius cuius ſunt heri ⁊ cras. Eſt enim
pridie quaſi heri: non tamẽ preſentis diei: ⁊ po
ſtridie cras non preſentis diei: ſed cuiuſdam al
terius: aut preteriti aut futuri: preteriti ſic. Pri
die ꝙ intrarem mare: ſerena lux fulſit. Futuri
ſic. Pridie ꝙ inites patriam ſacrificium facito
id eſt die precedenti quo aut mare intraſti: aut
patriam intrabis. Item poſtridie ꝙ pater mor
tem obijt: epulum feci: et poſtridie ꝙ vxorem
duxero: nauigandum mihi eſt: vel cum genitiuo
Pridie — ſic. Pridie illius diei: ⁊ poſtridie illius diei: quo
Poſtridie. — hec ⁊ hec feci: aut faciam: vel ſine ꝙ: et ſine diei
ſic. Uenit ad me chremes poſtridie clamitans
ſuple illius diei quo hec geſta ſunt: ⁊ cum intra
ui vrbem: audiui hominem pridie receſſiſſe. Di-
cimus tamen cum has litteras dabam erat pri
die calendas auguſti vel poſtridie nonas: ⁊ ho
die eſt pridie ludorum circenſium: cras erit po
ſtridie nundinarum Refertur enim tale tempꝰ
non ad hodiernum: craſtinũq; diem: ſed ad aliũ
quendaz: veluti ad eum quo he littere legentur
Cras — Ideoq; errauit qui ſcripſit ſic. Cum eum rome
domum loquendi gratia adiſſem: orauit me di-
cens poſtridie ad me redeas. Dicẽdũ erat cras
aut ſic. Poſtridie vt redirẽ orauit. Rurſus non
recte dixiſſet ſic. cras vt redirem orauit: ſed po
ſtridie. Atq; vt non dicimus nudiuſſecundus:
Non dicit ſecũdo aut primo calẽdas. — ita nec ſecundo calendas: ſecundo nonas: ſecũ-
do idus ſed pridie calendas. pridie nonas. pri-
die idus Item vt non dicimus nudiuſprimus:
ita nec primo quidez calendas: primo nonas: p
mo idus: ſed calendis: nonis: idibus. Preterea
ex his duobꝰ alteruz format ex ſe nominatiuum
alterũ vero minime. Ex pridie ſit pridianus ex — Pridianus
poſtridie nõ ſit poſtridianꝰ aut i vſu nõ eſt: ſ; ꝓ
eo abutimur craſtinus: per qđ ſignificat nõ mõ — Craſtinus
dies ſequẽs hodiernũ: ſed etiã quẽlibet alium.
Uergiliꝰ. geor.i. Si vero ad ſolem rapidũ lunaſ
q; ſequentis Ordine reſpicies: nunq̃ te craſti-
na fallet. Hora. neq; inſidijs noctis capiere ſe- — Heſternus
rene. Eodez quoq; modo abutimur heſternꝰ ꝓ
pridianus. Teren. Iure heſterno panem atruz — Terentius
vorent. Cic. Uidere videor: alios intrãtes: alios
exeuntes quoſdam heſterna epotatione oſcitã
tes. non de heſterno die loquitur. quia [ vt ſi di-
cam ] illo heri non fuerat factum. cum hec dice-
rentur. Utimur frequentius hoc per abuſionez
ꝙ illo naturali ⁊ ꝓprio. quo ⁊ ipſa frequẽter vti
mur. Sueto. in vita Ti. Solẽnibꝰ cenis pridia- — Suetoniꝰ.
na ſepe ⁊ semeſa obſonia appoſuit. Idẽ in vita
Caij. Marcente iã ſtomacho pridiani cibi one
re. Bartholus cum leguleis accipit poſtridie ꝓ
poſt tres dies: vnde conſequens fuit dicere pri
die ꝓ eo quod eſt prioribus ⁊ proximis diebus
Nam ita vulgo loquãtur pridie emi domum cũ
dicendum ſit nuper: de quo nunc diſſeramus.

### Epitome cap.lxxi.

Dudum de modico tempore dicit hore vide- — Dudum.
licet vnius aut duaruz: aut diei: aut menſis: pro
cõditione materie ſeu actionis. Nuper ⁊ pridẽ — Nuper
de longiore: vt pote menſis aut anni vnius: aut — Pridem.
plurium pro conditione quoq; materie. Olim — Oliz
vero de magno tempore ſiue ante acto ſiue fu-
turo. Sed interdum etiam pro dudum: aut pro
aliquando accipitur. Idem quoq; tempus im-
portatur per iamdudum: iam pridẽ: iãdiu: iam-
olim: ſeu olimiã: qđ per ſimplicia: ſed ſimplicia
etiã locum habent quando ſignificatio verbi ẽ
momentanea atq; tranſitoria neq; perſiſtit ſeu
parmanet. Compoſita vero dũtaxat tũc qñ eſt
perſiſtens ⁊ cõtinuata ad tempus vſq; deſigna
tum vt in ſequenti capite latius patebit.
Exempla omnia late patent in textu: ſed de
ratione ac vſu horuz vocabulorum latius expla
nabimus in ſequẽtis capitis declaratione. Bõ — Bõbarda.
barda videt dicta a bombo id eſt ſono: ⁊ ardeo
quia cum ardore fit ſonus ille

### De dudũ: nuper ac pridẽ cõpoſitiſq;. ca.lxxi.

DUdum ⁊ iamduduz de paruo — Dudum.
tẽpore vnius hore aut ſemi hore: aut — Iãdudum.
duarũ horarũ: certe breuiſſimi tẽpo- — Nuper.
ris. Nuper ſiue pridez ⁊ iãpridem de — Pridem.
longiori tempore decem aut viginti dierũ: aut — Iampridẽ
mẽſis mẽſium vel: nõnunq̃ annorũ pro condi-
tione materie. Item dudum ⁊ nuper ſeu pridez
de re ſiue actione que nõ inſiſtit: ſed ſtatim trã
ſit Iamdudũ ⁊ iampridẽ de re ſiue actione que
inſiſtit ⁊ immoratur: illa ꝑteritum vtiq; poſtulãt
hec frequentius preſens nonnunq̃ etiam ꝑteri
tum: dudum intraui et iamdudum te expecto:
id eſt hora aut ſemihora eſt: vel due vel tres vel
vt multum quattuor: ex quo intraui: ex quo te

expecto. Sed ipſa actio intrandi nō inſiſtit ac
ſtatim deſinit. Secus autem expectandi actio.
Item nuper ex Sicilia redij. et iampridem ex
Sicilia abſum id eſt ſuperioribus diebus mē-
ſibuſue ex Sicilia redij. ⁊ iam multi dies ſunt:
vel aliquot mēſes ex quo abſū ex ſicilia vel quo
ex ſicilia redij. Hic continuatio intelligitur tē-
poris: illic minime. Hic ſignificatur mora: qua
in hoc loco immoratus ſum illic momentum il-
lud applicationis. Ceterum quia dixi nuper et
iampridem non modo menſes cōplecti. verum
etiam annos pro cōditione materie tale exem-
plum ſit. Nuper inuenta eſt machina. quā bō-
Bōbarda. bardam vocant .i. non multo tempore ad hinc.
Iampridem bombarda in vſu eſt: hoc eſt iā ali
Cicero. quanto ab hinc tempore in vſu eſt. Cic. de diui-
natione. Neqȝ ante philoſophias patefactam
que nuper inuenta ē hoc de re cōmunis vita du
bitauit. Idem de amicitia. Neqȝ enim aſſentio-
Cicero. bis: qui nuper hec diſſerere ceperūt cum corpo
ribus ſimul animas interire: atqȝ omnia morte
deleri. Quid attinet hic plura exempla repete-
re cum nemo aliter locutus ſit: Forſitan aliquā
do poete apud quos legimus iādudū pro conti
nuo: ſed in perſona loquēte: ⁊ alios vt maturēt
Vergilius. hortante: vt Vergilius. Iamdudum ſumite pe-
Lucanus. nas. Rarius iāpridem vt fecit Lucanus. Tolli-
te iampridē victritia tollite ſigna Niſi iampri-
dem victritia dicas Quare boetius male vi-
detur voluiſſe imitari vtrum locū. Marcij. Tul
lij in rethoricis dicentis aliquando reſponden
dum eſt primum his que aduerſarius nuperri-
me dixerit: cū in cōmentarijs dialecticis dixit
Hoc autem quod nuper diximus: cū dicere de
buiſſet vltimo: aut nouiſſime: aut poſtremo: aut
Macrobi9 proxime. In ſaturnalibus quoqȝ Macrobius.
Iamdudum inquit hec queſtio ab Ariſtotele ⁊
propoſita eſt ⁊ ſoluta. cum dicere debuiſſet iam
Iamolim. pridem: aut potius Iamolim Plynius etiā ma
ior: ſi vere ſcriptum eſt li. xxiij. ſic inquit. Som-
no vero ac ſecuritatibus iam dudū hoc fuit qđ
illi helena ante cibum miniſtrat. Et iterum lib.
Liuius xix. Iamdudum ex eadē hiſpania zelicon venit
in Italiam plagis vltiſſimum Et Liuius libro
xlj. In eo captiuorum numero fabri qui dudū
fuere aſſueti apud penos mercede opus i arce
lucrorum facere. Pridem autē ⁊ nuper non lon
go tempore a nunc interdum non longo tempo
Nuper re a tunc: vt Curtius. Qui nuper ab Alexādro
miſſi erant. Ti. Liuius. Tunc hec ipſa agebat
animos indignitas: nō in retinendi modo pub
licis agris. quos vt teneret pertinacem nobili-
tatem habere: ſed ne vacuum quidem agrū nu-
Pridem per ex hoſtibus captum plebi diuidere. Cice.
de ora. libro. ij. Quā multa de balneis quas nu-
per ille vendiderat. Pridem vero rarū eſt. Ply
nius li. xvij. naturalis hiſtorie: Ipſi vero pridē
vidimus eadē ferme omnia preter pubertatē
in filio Cornelij Taciti equitis Romani. Pau-
lus iureconſultus. Et non eſt mirum ſi ſpeculū
quoqȝ defuncti pridem filij defertur patri. Vul
pianus. Tenetur eum ordinem tenere: quē pri-

dē habuit. Modeſtinus. A litteris pridem ſibi
editis. Sepius cum negatione ⁊ cum ꝙ ⁊ cum Quā pridē
ita. Plynius libro. xv. Medica non pridem ve-
nerat in Italiam. Cicero pro Roſcio comedo.
ꝙ pridem nomen Fannij in aduerſaria detuli-
ſti. Idem in Bruto. Fuit enī regnante iam gre
cia noſtra autem ciuitate non ita pridem domi
natu regio liberata. Papinianus idem in vecti
galibus. Non ita pridem conſtitutum: vt ſui tē-
poris ſinguli periculum preſtarent Idem intel Quādudū
ligitur in dudū qđ in pridē. Ut Quādudum hic
ſedes: Reſpondebis non ita dudū: vel iamdū.
Epitome capitis. lxxij.
¶ Olim de magno tempore tam preterito ꝙ fu Olī.
turo dicit niſi accipiatur pro aliquando aut du
dum: ſimiliter et olimiam ſeu iāolim: quod per-
ſiſtentiam aut permanentiam ſignificari p ver Diu.
bū exigit Diu vero nihil aliud ſignificat niſi per
longum tempus. vnde dicam diu nauigaui: non
tamen diu receſſi. quia licet longum tēpus trāſ
actū eſt ex quo receſſi: non tamen per longum
tempus durauit receſſio mea. Exigūt ergo diu Nota.
⁊ iamdiu ⁊ tandiu non momentaneam ſed per-
ſiſtentem actionem: eamqȝ diuturnā. Unde in
terrogabimus potius ſic: ꝙdiu aut quipridem
veniſti ꝙ: ꝙdiu et reſpondebimus non ita diu.
ſed nuper aut dudum: aut non ita dudum. Et ꝙ
dudum hic ſedes: ⁊ reſpondebimus iamdudum Nuper.
aut dudū: aut ſi verū eſt diu: qa ſeſſio perſiſtit.
¶ Nuper pro quo Plautus dixit nuperus: vide
tur quaſi per parum temporis: quia per ſyllabi-
ca adiectio ſonat per tempus: vt pauliſper: pa-
per: tātiſper: aliquātiſper. per paulum aut pa
aut tantum aut aliquantū temporis. Eſtqȝ vſi
tatius ꝙ pridem in poſitiuo: cū prius ⁊ primū
ſeu primo vſitatiora ſint ꝙ nuperius ⁊ nuperri
me: ſed fere in alio ſenſu. Ut vero vno exemplo
rem patefaciam Queram ꝙdudum intraſti na
uem: ⁊ reſpondebis dudum: aut non ita dudum
aut ſane dudum. Aut ꝙ dudum fuiſti in naui: et
dices iamdudum quia adhuc es. Nam iamdu-
dum idem eſt quoſi quaſi iam a dudū. Iampri-
dem quaſi iam a pridē: ita olimiā: iam ab olim:
ſi ita dicere liceat. Recte autem quero ⁊ reſpō-
deo per dudum: quia parum temporis videtur
ex quo aut intraſti aut fuiſti in naui. At in ciui-
tatem ſi pluſculos menſes veniſti: dicam ꝙpri-
dem ingreſſus es ciuitatem ⁊ reſpondebis pri
dem: aut non ita pridem aut tres menſes. Itē
ꝙ pridem ſtudes iſtic. ⁊ dices. Iampridem aut
ſi parū iamdudū duntaxat: ⁊ ita in conſimilib9

¶ De olim ⁊ diu: eorūqȝ cōpoſitis. Ca. lxxij.

O Lim ⁊ iamolī. ſiue olim- Olim.
iamdiu ⁊ tādiu: ac tādiu habēt Olimiam
aliquid cum ſuperioribus affi- Iamolim
nitatis. Quorū primum apud Diu
Ciceronem rariſſimum. apud Iamdiu.
Quintilianū frequens: qui li Tandiu.
bro octauo ſic ait: Sed in foro tamen illam faci
litatem olim deſideramus. i. iamolim. Eſt alibi
Olimiam imperator inter fulgentes virtutes

tuas liuor locũ querit hoc eſt iam olim: qđ ē iã
Vergilius.
a longo tempore. Olim pro futuro nõ apđ poe
tas tantũ: Vñ Vergili. Illũc tu olim celo ſpolijs
orientis honuſtũ Accipies: ſed apud oratores
Quintilia.
quoqꝫ. vñ idem Quintili. Sunt clari hodie ꝗ
eiuſdem operis auctores: qui olim dominabũ
Vergilius.
tur. Poete etiam pro aliquando: vt idē Virgil.
Ac olim feras poſuit cum vinca frondes. Non
nunꝗ etiā pro iamdudum accipitur: Vt Curti⁹
Curtius.
lib. viij. Olim enim vero mero ſenſibus vinctis
ex lecto repente conſurgit. Diu vero nihil aliđ
ſignificat niſi per longũ tempus. Diu nauigaui
Diu.
diu equitaui: non autē diu receſſi: aut: diu equũ
aſcendi: ſed nuper receſſi: aut dudum: ⁊ dudum
equum aſcendi. Quidam tamen ſic loquuntur:
iamdiu eſt ꝙ receſſi: vtentes aduerbio ꝓ noīe
Eadē ratio eſt in iamdiu ⁊ tamdiu. Ideoqꝫ ca
uendũ eſt ne verba que momentaneā actionē ſi
gnificant his aduerbijs applicēs: quale eſt iã
diu publicaui opus: iamdiu duxi vxorem: ſꝫ ꝓ
pridē: licet recte dicat̃. iãdiu eſt opus publica
tum ⁊ iãdiu vxor mihi ducta ē nõ aliter ꝙ ſi di
cat̃ op⁹ iãdiu publicatũ adhuc tñ elimare non
deſino: ⁊ vxor mihi iãdiu ducta adhuc tñ ē virgo
Significat̃ eñi hic cõtinuatio tp̄is: quo opus
q̄dem publicatū eſt: vxor vero ducta manet ac
perſeuerat qđ in illo ſuperiore non fit. Ideoqꝫ
tuba dudum aut iamdudū ſonuit non iamdiu
ſonuit: iamdiu pater mortuus eſt. non iamdiu
animam emiſit: ſed dudum: ⁊ item in ceteris.

Velut.
Veluti

## ¶ Epitome cap. lxxiij.

¶ Velut ⁊ veluti quaſi tanꝗ ceu: et interdũ vti
imaginē ac transformationē innuūt: ſꝫ ſicuti et
interdum vt ⁊ vti ſimilitudinē. verũ interdum
cõfunduntur. Quaſi autem ⁊ quaſi vero ꝓpriũ
habent modum.

¶ Vñ per illa ſuperiora fit metaphora per hec
tantũ ꝯparatio: vt textus aperte declarat. Nã
in ſuperiorib⁹ fere ſubauditur verbum ſum es
eſt: aut idem verbum alterius modi: in reliquis
idē verbũ in eodē mõ vult repeti: vt ſeuis tanꝗ
rex ſup. eſſes. ſeuis vt: ſicut aut ſicuti rex ſup. ſe
uit ⁊ ita in alijs. Seuis velut rex ſup. eſſes aut
ſeueret: quõ exponi volũt illa ſuperiora inter
ueniens te prepoſitione: vt confugio ad te tãꝗ
ad patrem ſubaudi confugerem.

## ¶ De velut ⁊ ſicut ⁊ cõſimilib⁹. Cap. lxxiiij.

Velut
Veluti
Vti

Velut et veluti et vti tria hec ſi
miliora ſunt in ſignificatiõe illis tri
bus quaſi: tanꝗ: ceu: ꝗ alijs trib⁹: ſi
cut ſicuti vt. Ea enim ſex ſuperiora
imaginē innuunt: hec tria poſteriora ſimilitu
dinē: ꝗꝗ vt poteſt videri gñale ⁊ cõmune cum
Quaſi.
Tanꝗ
Ceu
Sicut
Sicuti
Ut
oĩbus nec nõ vti cuius prope eſt ſignificatio
que vt. Tu iraſceris tanꝗ leo: quaſi canis: velut
viſus eſt metaphora. Tu iraſceris ſicut vel ſicu
ti leo comparatio eſt. Ibi eñi dico te leonē: hic
aũt leoni ſimilem: quod hinc probatur: ꝙ illõ re
ſoluit̃ per verbum ſubſtantiuum: hoc per idē
verbum. Tu iraſceris tanꝗ leo. i. tanꝗ leo ees:
iraſceris ſicut leo. i. ſicut leo iraſcitur. At q̄ quo
modo hoc ipſum probatur: ꝙ ita he orationes
reſoluantur potius ꝙ e contrario. Nēpe ꝙ cū
hmōi verbi coniunctas inuenimus. vt tu ince
dis velut ſi eſſes rex: non aũt velut incedit rex
ita in filijs ego ſentio ſicut Plato ſupple ſen
tit non ſicut Plato eſſem. Ego dico ſicut antea
ſupple dixi: non ſicut antea fui. Poſſunt tamen
illa que dixi reſolui per idem verbum: ſed non
in indicatiuo vt tu incedis velut incederet
rex. Adeo illa que habent prepoſitionem vix
aliter reſolui poſſunt. Ego venio ad te tanꝗ ad
deum: non eſt dicendum tanꝗ deus eſſes: ſꝫ tã
ꝗ ad deum accederem. Deniqꝫ hec ſubiunctiuũ
poſtulant illa indicatiuum. Seruius pro ſicut
poſuit velut in duodecimũ enei. Nã diademā
velut aliarum gentium reges non habent. Si
velim afferre exempla viuentium plura poſſuꝫ
ineleganter dicta. Sꝫ vnum interim afferã: qui
ita e greco interpretatur. Nam veluti iuſtuꝫ eſt
in eos animaduertere qui aliquid perperaꝫ pa
trarunt: ita his qui nos beneficio fouerunt re
ferre gratiam decet. Veluti pro ſicuti poſuit: ſꝫ
deceptus eſt: quia greci iſta non diſtinguunt.
Aliqñ ne nos q̄dē diſtinguim⁹ vtiqꝫ cum que
dam enumerantur: poſtea aliqđ exēpli ſubiũ
gimus: vt apđ Ciceronem officiorũ primo. Ta
men ex ſingulis certa officiorum genera naſcū
tur: velut ex ea parte que prima deſcripta eſt.
Idem de natura deorum. Aut quid tã temera
rium: tanqꝫ indignuꝫ ſapientis grauitate atqꝫ
conſtantia: ꝗ aut falſum ſentire: aut qđ non ſa
tis explorate perceptum ſit ⁊ cognituꝫ ſine vl Plynius
la dubitatione defendere: velut in hac queſtio
ne. Plynius naturalis hiſtorie libro ſcđo. Pre
ter hec inferiore celo relatum in monumenta ē
lacte ſanguineqꝫ pluiſſe. Marco Attilio M.
Portio conſulibus: ⁊ ſepe alias carne ſicut Le
lio Volumnio. Caio Sulpitio ꝯſulibus: ea nõ
perputruiſſe que diripuiſſent aues. Et iterum
Quidam vero amnes odio maris ipſa ſubeunt
vada ſicut arethuſa fons ſyracuſanus: in q̄ red
duntur iacta in Alpheũ: qui per olympiam flu
ens peloponneſiaco littori infunditur. In hoc
igitur ſolo mõ loquendi velut cum ſicut ſimili
tudinem habet cum reliquis quis que enume
raui diſſimilitudinem: que nequaꝗ licet pone
re in tali genere ſermonis. Significant enim
imaginē id eſt non ipſam plane veritatem: ali
quando tamen prope ipſam quoqꝫ veritatem:
tum affirmando: tum vero negando: vt pater Quaſi.
tu non amas me quaſi filium: immo te filiū amo
quaſi filium. Ego non amplector illum veluti fi
lium: licet mihi filius ſit. ille diligit me tanꝗ fi
lium: licet non attineam. hic plane imago eſt.
Habet autem quaſi quiddam proprium: quale
eſt obicis mihi ꝙ vxorem repudiauerim: quaſi
tu idem non feceris vel quaſi vero: que exēpla Vti ⁊ vt ꝓ
nuſꝗ non plurima ſunt. Vti etiam accipi ſolet ꝙ
pro vt: et hec duo pro ꝙ Vergilius. Namqꝫ vi
debat vti bellantes pergama circum hac fuge
rent Graij. Quintilianus. Neqꝫ ego grauiſſi
mũ patrē ſuprema ſua inueni iactaſſe credide Ceu

rim: vt heredem filiũ ſcriberet. Ceu magis eſt poetarum ſꝫ quo multi ⁊ pſertim Plynius vtũtur. Quidã docti vtũt his tẽporib⁹ pro ſicut.

Epitome ca. lxxiiij.

Non ⁊ ſed ſequente vtrũqꝫ ꝙ aut quia: aut alterũ ꝙ alterũ quia: locũ hñt in circũſtantia cauſe efficiẽtis quã ꝙ pro quia: ⁊ ipm quia connotant: ſicut vt ⁊ quo cauſe finalis.

Exẽpla ſunt in textu manifeſta.

De non quia: ⁊ non ꝙ: de quo ⁊ vt quia ⁊ vt ꝙ Cap. lxxiiij.

Nõ quia

Non quia negem hoc bene eẽ compoſitum: ſed qꝛ legem hanc eſſe componẽdi in oĩbus principijs recuſem. Item idem Quintilian⁹. Et febrem quiete ⁊ abſtinentia: non qꝛ rationẽ videbat ſed quia valitudo ipſa coegerat mitigauit. Iterum. Quod ego non iccirco potiſſimus in hac parte tractare ſum aggreſſus: quia non in ceteris quoqꝫ doctoribus ideꝫ hoc examinãdum ꝙ diligentiſſime puteꝫ: ſed hoc magis ei⁹ rei neceſſariũ mentionem facit etas ipſa diſcẽtium. Iterum. Nõ qꝛ prodeſſe nũꝙ ſatis ſit: ſꝫ quia hoc proſpicere debet: ne quid peius ꝙ fecerit faciat. Ex his exẽplis videre licet nũc bis quia repeti: nunc vnum quia eſſe et vnum ꝙ et vbi eſt quia: ibi ſemel biſve poſſe eſſe ꝙ. Preterea in ſecũdo mẽbro nũc ſubiunctiuũ eſſe: nũc indicatiuum: nunꝙ tamen idem repeti verbuꝫ preſertim modo verbi mutato: vt fecit quidam qui ait. Non quia amicus non eſſes: ſed ita amicus erat. cum dicere debuiſſet. non qꝛ non amicus ſed quia: vel ſed ꝙ ita amicus eſſes. In quo illud obſeruatione dignum. de cauſa efficienti dicendum eſſe quia: ⁊ ꝙ: de finali quo vel vt. de duobus prioribus exẽpla inſperim⁹. De poſterioribus. Cicero in philippicis. Nõ vt proficerem aliquid: ſiue non quo proficerem aliquid. Quidã ignari huius differentie ſcribunt nõ raro quo pro ꝙ: vt apud eundẽ: ⁊ eodem loco primum igitur acta Ceſaris ſeruanda cenſeo: non quo probem: cum ſcribendũ ſit ꝙ pro eo qđ eſt quia. Quid ſigni: certe ꝙ in altero membro eſt quia cum dicit. Sꝫ quia rationem habendã cẽſeo pacis atqꝫ ocij. Et nemini dubium eſt ꝙ reſolui pro quia: ⁊ quo pro vt: ⁊ hoc in loco a Cicerone ſignificant cauſam efficientem cui competunt vt et quia non finalem cui competunt quo ⁊ vt: quod liquide probatur cum in eadem ſententia de vtraqꝫ cauſa ſit mentio: quale eſt non caſtigo te ꝙ odio habeam: ſed quo meliorem efficiam. In primo membro eſt cauſa efficiens: in ſecundo cauſa finalis. Mutem⁹ ergo iterum cauſas ſic. Nõ caſtigo te ꝙ odio habeã ſed ꝙ amem. Rurſus non caſtigo te quo voluptatem ex contumelia tua contraham: ſed quo meliorem reddã. Ubi eſt ꝙ. illic poſſe poni qa. et vbi q̄ illic vt vel duplex vel ſimplex iã dictũ ẽ

Non ꝙ.

Quia ⁊ ꝙ
Quo ⁊ vt

Epitome cap. lxxv.

Facio ⁊ committo cum particula vt: interdũ ſignificant aliquid fieri propter aliud: interdũ ipſum quod fit.

Ut coactus fecit vt viduã ducerẽ. Nõ cõmittam vt viduam ducam. vbi idipſum quod fit ſignificant. Mercatum feci vt diues ſiam. Commiſi facin⁹ atrox: vt timori ſim: vbi aliđ ꝑpter aliud fit.

De facio vt: ⁊ committo vt. Ca. lxxv.

Inuitus feci vt Caiũ Flaminiũ de ſenatu eijcerem: ⁊ alibi idem Cicero. Faciundũ puto: vt paucis rationẽ noſtri conſilij demus. Et Quintilian⁹ ꝙ ſi nemo miratur poetas maximos ſepe feciſſe vt pricipijs operum ſuorum muſas inuocarent. Diſcrimen habet hic loquendi modus ab altero. Alibi nanqꝫ fit aliud propter aliud: vt cum quis inuigilat diligentius faciende mercature. cur id faciat interrogatus: vt liberi mei honeſtius viuant reſpondebit: aliud eſt ergo quod ipſe facit aliud propter quod ipſe facit. non ita in exemplis a me modo recitatis. Quid Cato fecit vt Flamminiũ eijceret de ſenatu: Nempe id ipm quod fecit: quid faciũt poete vt muſas inuocẽt Nempe nil aliud niſi ꝙ muſas inuocant. Ideꝫ eſt igitur in genere huiuſmodi principium ⁊ finis: ſiue opera et effectus. Idem fecit Cicero quodam in loco in verbo committo. Qui ſecũdum naturam viuere volet nunꝙ committet vt alienum appetat: et quod alteri detraxerit ſibi aſſumat. Idem eſt hoc ac ſi dixiſſet qui ſecundũ naturã viuere volet nunꝙ alienum appetet: vt in ſuperiorib⁹. Inuitus Caiũ Flaminiũ e ſenatu eieci: ⁊ paucis ratio noſtri conſilij eſt reddenda ⁊ ita in ceteris.

Facio vt
Quintilia.

cõmitto vt

Epitome cap. lxxvj.

¶ Epitome capitis. cviii.

¶ Odor in vtroqꝫ numero ſignificat: obiectū
olfactus ſeu odoratus: in plurali etiā odoramēta ſeu res odoriferas pro quib⁹ qꝫ ſingulari careret cū diſtributiuis vt littere ⁊ horti non: poſſet ſi numerū non pondus aſpiceret:
¶ Unde inauditum eſt binos odores emi: ſꝫ recte dicitur: india mittit odores: nō capio: odoribus indicio ⁊c.

¶ Odor. Cap. cviii.

Odor huic ſimile eſt qua voce
notum eſt quid in vtroqꝫ numero ſi Odor
gnificatur: in plurali vero tantum: Odores
odoramēta: vt odores ex arabia ſūt
Hoc tamen nomen raro cum numeralibus iungitur: ſed cum alijs adiectiuis.

¶ Epitome capitis. cix.

¶ Commeatus pro facultate commeādi ⁊ recedendi a militia aut alio miniſterio: ad qđ tenemur raro pluraliter reperitur ſed pro annona
publica vtroqꝫ numero enūciatur: quo circa diſtributiua citra diſtributionem non agnoſcit:
¶ Dico raro propter Liuianum exemplum.

Commeatus. Cap. cix.

Commeatus autem: et ſi qua Cōmeat⁹
ſunt ſimilia non recipiunt talē ambiguitatem ſiquidem ſuperiora in
vno ſenſu habent vtrunqꝫ numerū:
in altero tantum pluralem: hoc in altero tantū
ſingularem. Eſt enim commeatus in ſingulari
tantum pro facultate ad tempus a militia: ab
alio ve miniſterio recedendi: quam prebet militi imperator: prepoſituſve in inferiori: eundiqꝫ
quo velit ad preſcriptum diē reuerſuro. Licet
Liuius lib. xiii. ait. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur In vtroqꝫ autē numero pro
cibarijs ad alimoniam reipublice: aut exercit⁹
aut alicuius multitudinis: interdum etiam priuatim. Cicero pro lege manilia. Iā commeatu: ⁊ priuato ⁊ publico prohibemur.

¶ Epitome cap. cx.

¶ Quēuis vnū pluraliter affari nihil illi dignitas affert: ſed potius imminutionem laudis de
re bene geſta: quo circa ad vnū in ſecunda perſona tantum ſingulariter ⁊ per ea que ſingulos
reſpiciunt loquemur: in prima tamē modeſtie
gratia licet de nobis nūc ſingulariter: nūc pluraliter: nunc vtroqꝫ modo ſimul loqui.
¶ Cur laudem imminuat patet: quia glorioſi⁹
eſt quemuis vnum per ſe ꝙ cum pluribus rem
claram geſſiſſe. Quocirca principes modeſtie
gratia ne ſoli videantur omnia gerere loquuntur fere pluraliter de ſe: vt Nos Ludouic⁹ Frācorum rex ⁊c. Dixi et per ea que ſingulos reſpiciunt: vt tua dignitas domine preſes: nō veſtra niſi ad plures loquaris. Nam meus ⁊ tuus
ad ſingulos pertinent; noſter et veſter ad plures. Ad vitandū tñ magnatium ſtomachū monet Sulpitius Uerulanus ad appellatiōes honeſtas confugere. vnde non dicam tu dixiſti ſꝫ
ita dignitas: humanitas vel preſtantia tua dixit ⁊c.

¶ Non ad dignitatem referri quando quis de
ſe numero plurali loquitur. Cap. cx.

*Pluraliter in ſcõa perſona loqui.*

EX his que dixi colligi poteſt nõ verũ eſſe quod aliqui volunt: quotiens auctor in numero plurali loq̃tur declarari dignitatẽ quandã: ⁊ vt ſic dicã magiſteriũ. Quid enĩ cauſe eſt cur hec oĩa pluraliter nõ ſingulariter efferant. Quid athene potius q̃ athena: quid Roma potiꝰ q̃ rome. Sed ne in te aperta dicã pluribus: huic opinioni repugnat: cũ ipſa rhetorica ars q̃ iubet nos vti modo plurali pro ſingulari: mõ ſingulari pro plurali: tũ plurima exẽpla: adeo vt vno atq; eodẽ loco de ſe orator in vtroq; numero loquatur Vergiliꝰ. O melibee deus nobis hec ocia fecit. Nãq; erit ille mihi ſemper deꝰ: illius aram. Sepe tener noſtris ab ouibus imbuet agnꝰ. Ille meas errare boues. Hic de ſe loq̃ns Tityrus: nũc nos: nũc me ait. Homerus quoq; xiij. Iliados.

Et in proſa: vt Quin. in egro redempto: Utinam hoc ſaltẽ mihi ſero fata preſtarent: vt reſiduũ laborãtis anime. in tuo poneremꝰ amplexu. Et Cice. in philip. Cuius exemplum in aliũ etiã vſum volo afferre prolixius. Ait igitur. Itaq; ego ille qui ſemper auctor pacis fui: cuiq; pars preſertim ciuilis q̃ q̃ oĩbus bonis: mihi tamẽ in primis fuit optabilis. Omne enĩ curriculũ induſtrie noſtre in foro: in curia: in amicorũ periculis propulſandis elaboratũ eſt. Hinc honores ampliſſimos: hinc mediocres opes: hinc dignitatẽ ſi quã habeamus conſecuti ſumus. Ego itaq; pacis [vt ita dicam] alumnus: qui quantuſcũq; ſum [nihil enĩ mihi arrogo] ſine pace ciuili certe non fuiſſem periculoſe dico quemadmodũ acceptu ri. P. C. ſitis horreo ſed pro mea perpetua cupiditate veſtre dignitatis retinende ⁊ augẽde: queſo oroq;. P. C. vt primo ſi erit vel acerbũ dictũ vel incredibile M. C. eſſe dictũ exiſtimetis ſine offenſiõe quod dixero. nec priuſq̃ male explicauero: repudietur. Ego ille [dicam ſepiꝰ] pacis ſemper laudator: ſemper auctor: pacem. M. Antonio eſſe volo. Hec in eũ quoq; finẽ retuli: vt oſtenderem oratores: cũ incepte orationi aliquid longius inſeruerint redire iterũ ad id quod inceperant aliquando etiam frequentius memorie iudicum reficiende gratia: vel eodẽ verbo repetito vt in proximo exemplo: vel quod idẽ efficiat: vt apud eundẽ ⁊ in eodẽ opere. Collegã tuũ aiunt in hac fortuna q̃ bona ipſi videtur mihi ne grauius quippiã dicam auorum ⁊ auunculi ſui conſulatum ſi imitaretur fortunatior videretur: ſed cum iracundũ audio factum: aiunt ⁊ audio idem efficiunt.

*Longiꝰ dimiſſa repetenda.*

Epitome cap. xj.

¶ Queſtus ſine dipthõgo a queror: pro querela aut q̃rimonia ſingulari caret habetq; u ante bus in datiuo ⁊ in ablatiuo. Sed queſtus per e. a quero vtrumq; numerũ habet ⁊ i. ante bus ſignificatq; aut lucrum nummariũ aut actionẽ lucrande pecunie. hoc eſt quaſi acquiſitionem. vnde queſtor qui vulgo receptor dicitur.

¶ Queſtus aliud. aliud queſtus. Cap. xj.

QUeſtus in plurali pro querela a queror: vnde fit conqueror: cuius datiuus et ablatiuus eſt queſtubꝰ: vt portubus. Queſtus in vtroq; numero. cuiꝰ in plurali datiuus et ablatiuus eſt queſtibus a quero vnde fit conquiro: deriuatur per ſyncopam a ſupino queſitum ſignificatq; lucrum nummariũ Nã lucrum vocamus etiã non nummarium velut amicitie: glorie: ſciẽtie: ceterorumq; huiuſmodi. Queſtũ quoq; nõnunq̃ recipi pro actione ipſa atq; artificio lucrãde pecunie: vt apud Ciceronem. Nã de artificijs et queſtibus q̃ liberales habendi ſunt qui ſordidi. et Quintilianum. Nã vt primuꝫ lingua eſſe cepit in queſtu: inſtitutumq; eloquentie bonis male vti. Queſtu dixit quaſi acquiſitione.

*Queſtor. Queſtus*

*Queſtus*

¶ Epitome cap. xij.

¶ Scale Saluſtius ſingulari carere docet qđ ⁊ Seruius predicat. Pondo autem ſingulari caret: et tamẽ diſtributiua extra diſtributioneꝫ reſpuit: forte quia ⁊ ſingulare reperitur. Sũt autem pondo idem quod libra. Ludus etiã aliud ſignificat in ſingulari: q̃ in plurali: vt alibi dicetur.

¶ Scale. pondo. Cap. xij.

SCala a quibuſdam in ſingulari vſurpatur. Saluſt. Cum alijs quibuſdam oſtendit pluralem tantum habere: cum dicit in Iugurth. Deinde vbi vinee atq; altere ſcale comminute ſunt: q̃ ſuperſtiterant afflicti ſunt. Non dixit vna atq; altera. Pondo aũt caret ſingulari numero: teſte Foca. Dicimꝰ aũt duo põdo tria põdo: non bina pondo: aut terna pondo. Quintilianus in primo. Quid q̃ quedam ſingula proculdubio vitioſa ſunt: iuncta ſine reprehenſione dicũtur Nam dua et tre ⁊ pondo diuerſorum generum ſunt barbariſmi. At dua pondo: et trepondo vſq; ad noſtram etatem ab omnibus dictuꝫ eſt Et recte dici Meſſala confirmat. Forſitan huius cauſa eſt: q̃ ſicut ſuperius de liberis diximus: ita hic ſi quis ita loquatur: relinquo liberis meis duo pondo auri. alterum ſignatum. alterum rude. intelligitur libram Idem eſt enim due: tres: quattuor libre: qđ duo: tria quattuor pondo: Quidam exiſtimant aliud eſſe cũ legãt apud Liuium libro. xxiiij. Argẽti pondo bina et ſex in militem libras preſtaret: cum legẽduꝫ ſit ſelibras. Quidam etiam ſingulareꝫ huic nomini dant: ⁊ huius ipſius auctoris [ſi editio vera eſt] nonnulla exempla ſunt quale eſt etiam Collumelle. Scylle aride pondo libram et quadrantem adijci oportere: ſed nunc pro pondere videtur accipi. Huius conditionis eſt ludus et ludi. Sed hoc in alterum librum reſeruamus. Nunc aliquid etiam de numeris addamus.

*Scala. Pondo.*

*Duapõdo. Trepondo*

*Ludus Ludi*

¶ Epitome cap. xiiij.

¶ Numeralia duo adiectiue ſumpta niſi alte



XANDER PP VI VALENTINIS FERDINANDVS

rũ fuerit aduerbiale aut ꝯpoſita fuerint non co
herent ſine cõiunctione media: qua intercedẽ-
te intra viginti ⁊ centũ: hoc eſt vltra viginti et
citra centũ: numerus minor aut minimus ꝑpo
ni vult: ſed citra viginti ⁊ vltra centum: ⁊ cõpo-
nendo vt quiſq; maximus eſt ita primũ ſortit
locum: ſic tamen vt dum millenarius multipli-
catur per minores: ipſi ſuam ſeruent natu-
ram. Notandum quoq; ꝙ ante decimuꝫ queq;
numeꝝ preter primũ pro octo illis additis poſ
ſimus dicere duode cũ decenario ſequẽti idq;
per cõpoſitionẽ: et pro nouem: vnde vt ꝓ octo-
decim duodeuiginti: ⁊ ꝓ decimooctauo duode-
uigeſimus. Item pro nouemdecim vndeuigin-
ti: ⁊ pro decimonono vndeuigeſimus. Et ita di
cendum de ſimilibus.

¶ Dico numeralia duo: diſtincta videlicet ſiue
ea ſunt que cardinalia vocant: ſiue que diſtri-
butiua: ſiue que menſuratiua: ſiue que multipli
catiua ⁊c. Quoꝝ nulla niſi fuerint compoſita
ſine coniunctione coherent. vnde non dicã duo
decem ſed bis decem. Maro tamẽ non inepte
dixit. Aurea mala decem. Unde non videt om-
nino damnabile quod auctor dãnauit cap. ciij.
Una decem: potius tamen dixero decem: aut ſe
mel duntaxat decẽ dabo. Addo tamẽ adiectiue
ſumpta: quia licite dixero. Tres primi ⁊ primi
tres. Item ꝯtria millia ⁊ tres ſenarij. ſ. numeri.
Itẽ primi milleſimi ſi plures fuerint. Poſſunt
autem omnia multiplicari per aduerbialia: vt
ter q̃nq;: terquini: terquinquies: terquater: qđ
aliud eſt ꝙ ter ⁊ quater. nam terquater eſt duo
decies: ⁊ ter ⁊ quater ſepties. Ponit autem pro
pter perfectionem numeri ſeptenarij pro per-
fecte aut cõſummate. Ut autẽ ſciamꝰ multipli-
care per aduerbialia ea hec ſunt. Semel: bis:
ter: quater: quinq̃es: ſexies: ſepties: octies: no-
uies: non nonies [quia prima corripitur enei.
vj. Et nouies ſtix interfuſa coercet] decies: vn
decies: duodecies: tredecies: quattuordecies:
quindecies: ſedecies: vel deciesſexies: deciesſe-
pties: octodecies: vel deciesocties: deciesnoui-
es: vicies non vigintics: ⁊ tricies non trigities
et quadragies: ſic q̃nquagies: ſexagies: ſeptua
gies: octogies non octuagies: nonagies. Et de
inde ſine ſyncopa centies: ducenties: trecẽties
quadringenties: ſeptingẽties: octingenties: no
ningenties vł nongẽties. Millies. Deinde bis
millies ⁊c. Per hec autẽ multiplicari poſſunt
oẽs ſpecies numeroꝝ etiam ſine coniunctione
Coniuncta autem volunt: vt intra viginti ⁊ cen
tum minor ꝑponatur: qđ etiã Theutonũ lĩgua
obſeruat: vt quinq; ⁊ viginti. at poſt centũ dici
mus centum ⁊ quinq;. non quinq; ⁊ centum: et
ita in alijs. Dixi ſic tamen: ⁊c. nam quinq; et
viginti millia dicam: non viginti ⁊ quinq; mil-
lia: ꝙꝙ totus numerus eſt vltra centum. Prete
rea dixi preter primum q: pro octo non dicam
duodecem: ſicut pro. xcviij. duodecentũ. Addã
illud pro imperitis q̃ in ea re tametſi facillima
multi ſunt: qñ per ſigna ſcribunt numeri et ad-
dit ſubſtãtiuũ: qđ fere eſt ablatiui caſus ſingu
laris numeri debere legi ꝑ nũeralia ordinis: vt
anno. M. D. ix. i. milleſimo quingenteſimo no-
no. Sed quando addit ſubſtantiuũ plurale de-
bere legi per numeralia cardinalia: vt vixi an-
nos. cxij. i. centumduodecim. Et in accuſatiuo.
Actum circiter annũ. M. ccccc ix. id eſt milleſi-
mum quingẽteſimũ nonũ. Circiter annos. M.
ccccc ix. id eſt millequingẽtos nouẽ. Preter nu-
meralia hic ⁊ prius dicta ſunt que multiplicati
ua vocant: vt ſimplus ſimpla ſimplũ: duplo tri
plus: quadruplus: quintuplus ſextuplus: ſeptu
plus octuplus: noncuplus: decuplus: centuplꝰ
millecuplus ⁊c. Unde fiunt in ex: vt ſimplex du
plex: triplex: ⁊c. Componuntur autem multifa
riam: cum annus: vt biennis: triennis: quadriẽ
nis: quinquennis: ſexennis: ſeptennis: octẽnis
nouennis: decennis ⁊c. Neq; tñ oĩa in vſu ſunt:
ab inuſitatis autem abſtinebimus: cũ aliter di-
cere poſſimus: ſicut ſum anniculus: bimus: tri-
mus: quadrimus. Aut bimulus: trimulus: qua
drimulus: ſic pro quadrigenni dicã quadrage-
narium. Item cum menſis. vt bimeſtris: trime
ſtris: ⁊ cuꝫ multis alijs: vt bilinguis: biceps: bi
dens: biformis: bicorpor ⁊c.

Multipli catiua.

¶ De numeris: Caplo. cxiij.

Plato vno de octogeſimo ãno
ſcribẽs mortuꝰ eſt. Iſocrates quar-
to ⁊ octogeſimo anno cum librũ q̃
panathenaicus inſcribitur: ſcripſiſ-
ſe dicitur: vixitq; quinquẽniũ poſtea. Cuiꝰ ma-
giſter Leontinus Gorgias centum ⁊ ſeptẽ an
nos compleuit. Hec Cicero cuius ex verbis da
tur intelligi ante centũ preponi numerũ mino
rẽ: poſt centum vero poſtponi. Quod Quinti.
quoq; confirmat cum ait. Artiũ aũt ſcriptores
antiquiſſimi Coras ⁊ Thiſias ſiculi: quos inſe-
cutus eſt vir eiuſdẽ inſule Gorgias Leontinus
Empedoclis: vt traditur diſcipulus. is bñficio
longiſſime etatis [Nã centum ⁊ nouẽ vixit an-
nos] cum multis ſimul floruit. Et paulo poſt.
Nã ⁊ Iſocratis preſtantiſſimi diſcipuli fuerũt
in omni ſtudioꝝ genere. Eoq; iã ſeniore [Octa-
uũ eñ ⁊ nonageſimũ cõpleuit annum] pomeri
dianis ſcholis Ariſtoteles precipere artẽ ora-
toriam cepit. Hoc tamen videtur fieri interce-
dente copula. Nam ea ſublata vt quiſq; nume-
rus maximus eſt: ita primo loco ponitur: dũta-
xat citra centum: vt maior. xxv. annis non autẽ
maior quinq; viginti annis etiã in illis que ſu
pra tractaui in numeralibꝰ: viceniſinguli. vice-
nibini: vicenitrini: aut ſinguli ⁊ viceni: bini et vi
ceni: terni ⁊ viceni. Sup centũ naturalẽ ordinẽ ſe
q̃mur: vt ſuperiora exẽpla docẽt. cẽtũ ⁊ ſeptẽ cõ-
pleuit annos. cẽtũ ⁊ nouẽ vixit ãnos Pli. li. vij.
naturalis hiſtorie. Centũ ⁊ viginti annos dar-
me tres edidere: Brixelli vnus. Fauentie vna
mulier centũ. xxv. parme duo: centumtriginta
placentie vnus. Fauentie vna; mulier centum.
xxv. Bononie. L. Terentius Marati filiꝰ Ari-
mini vero Maponias ſex ⁊ quinquaginta Ter
tulla centum. xxxvij. Citra placentiam in colli

Nũeralia aduerbia-lia.

Numera-liũ pluriũ vſus.

bus oppidum eſt. Velleratum in quo. cx. an
nos ſex detulere. Quattuor vero centenos vice
nos. Unus centum quinquaginta. M. Mutiꝰ
Marci filius Galeria felix. At ne pluribꝰ mo
remur in re confeſſa. In regiõe Italie octaua
centũ annoꝝ cenſi ſunt hoĩes quattuor ⁊ quin
quaginta. Centũ denũ hoĩes quattuordecim.
Centum vicenũ quinũ homines quattuor. cen
tũ tricenũ hoĩes quattuor: centenũ tricenũ qui
nũ aut ſeptenũ totidẽ: centenũ quadragenum
hoĩes tres. Idẽ tamẽ Ply. paulopoſt ait: vt tñ
in ſeptenũ ⁊ quinquageſimũ atq; centeſimum
vite duraret annũ. Ex quo apparet ſine copula
maximũ queq; numeꝝ pcedere: cũ copula non
nihil variet preſertim retrorſum eũdo. Adhuc
que diximus ⁊ que recitauimus exempla intra
numerum millenarium ſunt: ſed in ipſo quoq;

Poſt mille

maximũ queq; numerũ ſemper preponemus.
Ut a natali domini ſaluatoris anni ſunt mille q̃
dringenti triginta octo: vel mille ⁊ quadringẽ
ti ac trigintaocto. Iſtud tñ notandũ in millibꝰ
eandẽ eſſe naturã atq; in numerabilibꝰ citra cẽ
tum: vt milites noſtri ſunt ſex et viginti milia.
non autẽ viginti ⁊ ſex milia. Uel milites noſtri
ſunt: xxvj. milia: ſiue militũ nobis ſunt. xx. mi
lia: ſiue milites noſtri ſunt vicies mille: ſiue no
bis ſingulis ſunt decies: ſiue dena milia militũ:
ſiue nobis ſingulis ſunt decem milia militum:
oĩa autẽ que locuti ſumus vltra vigeſimũ nu
meꝝ intelligi volo. Nam decem ⁊ ſeptem: decẽ
et octo: decem ⁊ nouẽ normam illam quaꝫ dixi
non tenent. His inferiora ne ipſa quidẽ ſeruãt
ſuã legẽ. Illa eñ cõiunctionẽ habent interpoſi
tam hec nõ habent. Uerũtamẽ nec habere poſ
ſunt cũ ſint cõpoſita nec plura: ſed ſingula no
mina: vndecim: duodecim: tredecim: quattuor
decim: quindecim: ſedecim: ſicut illa quoq; ꝯpo

Undecẽtũ ⁊c.

ſita: atq; vnica ſunt nomina vndeuigĩti: duode
uiginti: vndetriginta: vndecentũ: duodecentuꝫ.
hoc eſt vno aut duobus demptis de viginti: de
triginta: de centum: Ut ab incarnatiõe Salua
toris ſunt anni mille quadrigenti duodeq̃dra
ginta. Et per denominatiua: vt ab incarnatiõe
agitur annus milleſimus quadrigenteſimus:
duodequadrageſimus. Plyn. lib. xxxv. natu. hi.
Duo enim de vigeſima olympiade interiȷ̃ Can
daules. Licet pleriq; exẽplaria habeãt duode
uiginti olympiade. Idem proximo libro. Atq;
adeo duodequadragenum pedum iuculei mar
moris in atrio Scauri collocati: duodequadra
genum pro duodequadragenorum. Ti. Liui. li.
j. Duodequadrageſimo ferme anno quo regna
re ceperat. Tarquinius.

¶ Epitome cap. cxiiij.

¶ Domus ſecunde ſignificat locum: quarte edi
ficium: quo circa pro aduerbia locali in loco po
nitur genitiuus ſecunde non quarte: idq; cũ ad
iectiuis ſolummodo loco: non edificio cõgruen
tibus: que ſepe ſubaudiuntur.

¶ Que eñ edificio congruunt: poſcunt ablati
uum cum prepoſitione: vt fui in domo lapi
dea genitus. Adiectiua autem loco congruen
tia ſunt mea: tua: ſua: noſtra: veſtra: propria.
aliena.

¶ Domus. Capl'o. cxiiij.

Domus

Domus duos genitiuos habꝫ
vnum ſecunde: alterum quarte. domi
et domus: ſed prior ſignificat locum
vbi quis manet: poſterior corpus ip
ſum atq; edificium quod ex parietibus conſtat
et tecto vt domi maneo: non domus: ⁊ partẽ do
mus demolitus ſum. Superiora domus aſcen
di non domi. Nam illud domus mee imperium
teneo: non pro loco accipitur: ſed pro familia
que continetur officio: figurate continens pro
contento: quod etiam licet dicere domi mee: q̃
ſi in domo mea. Quod autem idem ſit in domo
et domi notum eſt. Unuꝫ tamen afferam exem
plum. Quintilianus libro. v. In domo furtũ fa

In domo

ctum ab eo qui domi fuit. Datiuus tantuꝫ quar
te eſt. Accuſatiuus indifferens. Ablatiuus ſe
cunde. In accuſatiuo ⁊ ablatiuo vel cum ꝑpoſi
tione vel ſine prepoſitione loquimur: vt reuer
tor domum: vel ad domum: exeo domo vel e do
mo: ⁊ ſuꝫ in domo vel domi hoc grammatice eſt
illud vero latinitatis ⁊ elegantie. Hunc geniti
uum ſecunde non coniungimus: niſi cum tribꝰ
ſiue quinq; pronominibus mee: tue: ſue: noſtre
⁊ veſtre: ⁊ vno nomine aliene: vt ego viuo domi
mee: non viuo domi tue: eram domi ſue: noſtre
non veſtre domi habitare volo. Cicero ad He
rennium. Qui cum iſta etate et fortuna aliene
domi volo dicere. Quidam volunt illud domi
aduerbiaſcere. Sed quomodo coniungeret ur
cum adiectiuis: ꝙ ſi quando hec quinq; prono
mina adiectiua ſupprimantur: tamen ſubintel
liguntur: vt domi ero. id eſt mee domi erimus.
id eſt noſtre. domi eris eritiſve id eſt tue aut ve
ſtre. domi erit aut erunt. id eſt ſue ſicut in alte
ro ſenſu: ⁊ in pleriſq; nominibus partẽ domus
locaui: in altera parte ipſe habito. id eſt parteꝫ
domus mee. Et pater michi iuſſit: mater te vo
cat: frater nos expectat: hoc eſt pater meus vl'
noſter: mater tua vel noſtra: frater noſter: Oñ
autem hic genitiuus ſecunde regit alterum ge
nitiuum ſiue pronomen ſiue nomen certum eſt
vt ego eram domi illius: domi huius: domi Ce
ſaris: domi Pompeij: domi autẽ publice: domi
priuate: domi honeſte: domi infamis: domi pa
terne: domi materne habito: ⁊ ſimilia non lice
re dicere iam tradidimus.

¶ Epitome cap. cxv.

¶ Quia quotiens: quis vel qui: qualis: quãtus:
quotus: quot: quotiens: quo: qua. vbi: vnde et ſi
milia relatiua et interrogatiua: aut infinita ge
minata: poſteriorẽ parte in cũq; reſoluere poſ
ſunt: ideo idem ſignificant: qualiſqualis et qua
liſcunq;. Et licet quiſquis non faciat quiſcunq;
ſed quicunq;: nec quicquid quicũq; ſed quodcũ
q;: tamen quiſquis ⁊ quicunq; vno eodeq; mo
do ſignificant: cum vtrunq; ſit adiectiuũ: quic
quid ⁊ quodcunq; differenter id faciunt: cũ qc
quid ſit ſubſtantiuũ: ⁊ ob id aut adiectiuũ eiuſ
dem caſus; aut ſubſtantiuum genitiui caſus;

expectat:quodcunqꝫ vero adiectiuũ ſubſtantiuũ eiuſdẽ caſus nõ adiectiuũ efflagitãs:ꝗ differẽtia inter cetera in q̇d ⁊ in qđ execũtiaaut ab eis icepta reperit. Solet autẽ quecꝫ pro qđcũqꝫ ⁊ quiſqꝫ pro q̇cunqꝫ vſurpari:⁊ quid ꝓ inquo quodqꝫ vo adiectiũ ad ſubſtãtiuũ tacitũ dirigi
¶ Eſt aũt regula Priſciani.ꝙ hec geminata reſoluere poſſunt ſecũdã partẽ in cũqꝫ:vt vbiubi id eſt vbicunqꝫ eſt.vndeunde.i.vndecũqꝫ. quotuſquotus quotuſcunqꝫ:quotquot:quotcunqꝫ. At tamẽ nõ oẽs particule ſunt cõponi cũ quis que cũ qui:nec econuerſo: ideo quiſq̇s nõ reſoluimus in quiſcunqꝫ:ſꝫ in quicũqꝫ. Quapropter notanda ſunt ad hunc locum que alibi diximꝰ in hanc formam.

Poſt quis pone piã:nõ poſt qui:nã:qꝫ putas ꝙ̃
Dam.uis.cunqꝫ.libet ſibi qui tantũmõ ſubdet
Aſt aliq̇s:nequis:ſiq̇s:nunq̇s:ſimul ecq̇s. Sola quadant non que:quotiens reperit vtrũqꝫ.

¶ Quorum verſiculorum ſenſus eſt has particulas:piam:nam:qꝫ:putas ⁊ ꝙ̃ non coniungi q̇ ſed quis dicimus enĩ quiſpiã.quiſnã.quiſqꝫ.q̇s putas.⁊ quiſꝙ̃:et per geminationem quiſquis quod non reſoluitur in quiſcunqꝫ:ſed quicunqꝫ Nam dam:vis:cunqꝫ ⁊ libet coniungunt econtrario cum qui non quis:vt quidam:quiuis:quicunqꝫ:quilibet.non quidam ⁊c. Componitur preterea quis cum particulis prepoſitis:alius et fit aliquis:ne ⁊ fit nequis:ſi ⁊ fit ſiquis nũ et fit numquis.en ⁊ fit ecquis. De quorũ declinatione hoc ſciendum ꝙ in nominatiuo ſingulari;feminini generis:⁊ in ntõ ⁊ in actõ pluralibꝰ neutri generis:vbi ſimplex habet que vel qua hec habent tantum qua non que:cetera autem oĩa:que non qua.vt quedam mulier ⁊ aliqua monſtra:non quadam mulier:neqꝫ alique monſtra. Uerum vt ad textum redeamus. Aq̇s aut qui compoſita quecũqꝫ quid habent ſiue i priori parte:ſiue in poſteriore ſubſtantiua ſunt adiectiuum eiuſdem caſus:aut ſubſtantiuũ genitiui caſus efflagitantia:quecũqꝫ quod adiectiua ſubſtantiuũ aut tacitum aut expreſſum eiuſdẽ caſus efflagitantia:vt aliquid ⁊ quiddã ſubſtãtiua ſunt:aliquod ⁊ quoddã adiectiua. dicã ergo aliquid ⁊ quiddam monſtri:et aliqđ ⁊ quoddam monſtrum. Tunc autem aliquis vel aliq̇d dicam:quando ego ipſe neſcio quis vel quid ſit. Eſt enĩ quaſi alius vel aliud.q̇s vel q̇d. Tũc vero quidã vel quiddã cũ de re certa mihi loquar vt aliquis fecit:neſcio tamẽ q̇s. Quidã veſtrũ fecit vt ei aliquando dicturus ſum.

¶ De quiſquis ⁊ quicunqꝫ:quicq̇d et quodcũqꝫ
Cap.cxv.

Quiſquis
Quicunqꝫ
Quicquid.
Quodcũqꝫ

QUiſquis et quicunqꝫ pro eodẽ accipi ſolent:vt quiſquis es huc venias. Quicq̇d et quodcũqꝫ nõ accipiunt pro eodem cum alterũ ſit ſubſtantiuũ:vt quicquid feſtiuũ:quicquid molle:quicquid tenerũ:quicquid iocũditatis:quicquid gaudii: quicq̇d pecuniarum:alterũ adiectiuũ:vt quodcunqꝫ celum:quodcũqꝫ ſcutum:quodcũqꝫ iaculũ. Eius differẽtie cauſa eſt:ꝙ voces he in maſculino cõuenientes:in neutro poſtea diſcordãt. Erat enĩ quidcũqꝫ ⁊ vox ⁊ ſignificatio ſimilior:ſi reperiretur eo modo quo dicimus quicqꝫ:⁊ quicquid Quodqꝫ enĩ ſiue vnum quodqꝫ componit a qđ ſed vt non reperitur quidcunqꝫ ita nec qđquod Illud namqꝫ ꝯponitur ex qui que quod:hoc autem ex quis ⁊ qui:caretqꝫ genere feminino:q̇n etiã maſculino in accuſatiuo caſu:tãtũqꝫ habet nõiatiuũ quiſquis:quicquid accuſatiuũ: q̇cq̇d accuſatiuũ:quicquid ablatiuũ quoquo: tum in maſculino:tum in neutro:nonnunꝙ̃ in feminino quaqua:vt apud Suetonium de vita Titi. Galba mox tenẽte rempub.miſſus ad gratulãdum quaqua iret conuertit hoĩes: q̃ſi adoptionis gratia accerſeret. In actõ quoqꝫ in alio genere ꝙ̃ neutro:ſed vix apud oratores. Plautus in capti.duo. Nam meus baliſta pugnus eſt:cubitus catapulta:humerus aries: ſtum genu ad quẽqꝫ iecero:ad terrã dabo dentilegos omnes mortales faciã quẽqꝫ offendero. Quẽqꝫ.i. quẽcunqꝫ. Sergius aũt Donatum cõmentans ait vtraqꝫ parte declinatur hoc ꝓnomẽ quiſquis: cuiuſcuius:cuicui:quemquem:quoquo:quiqui: quorumquorum:quibuſquibus:quoſquos:a q̇buſquibus. Noli putare hoc caſu declinationis eẽ vt apud Ciceronem.remanſit cuicui. Hec Sergius. Igitur cum ſit compoſitum quicq̇d ex q̇d quodcunqꝫ ex quod.debuit illud eſſe ſubſtantiuum:vt quid ⁊ aliquid.hoc adiectiuum:vt qđ ⁊ aliquod. Dicimus enĩ quid feci:nõ autem qđ feci:aliquid feci nõ aliquod feci. Item quod malum feci:nõ autem quid malum feci.ſed q̇d mali:et ſcio quid faciam:nõ autem ſcio quod faciã Uideo q̇d facis ſepiꝰ:ꝙ̃ video quod facis. Ita ⁊ cetera ab his compoſita quiddam quoddam Nã quiddã adheret adiectiuo;quoddã ſubſtãtiuo:vt mirabile quiddã:obſcenũ quiddã:quiddam maius. At quoddã templum:quoddam nemus:quoddã antrũ oppidũ quoddã in quo nulli fere errant. Hic autem multi:pro quicqꝫ ponentes quodqꝫ vt optimũ quicqꝫ:honeſtiſſimũ quicqꝫ:ſaluberrimũ quicqꝫ:vbi nõ liceret ponere quodqꝫ. Ex his liquet exemplis optimum quodqꝫ prediũ:honeſtiſſimum quodqꝫ conſiliũ:ex iumentis que cepi decimum quodqꝫ ſit tuum. Nam ſubſtantiui natura eſt cõiungi cũ adiectiuo. Adiectiui vero cum ſubſtãtiuo:quaſi cõnubio quodam. Ideo vbicũqꝫ eſt ſubſtãtiuũ deſyderat adiectiuũ quaſi cõiugem impatiẽs alterius ſubſtãtiui. Rurſus adiectiuũ ſine ſubſtantiuo tanꝙ̃ ſine viro eſſe nõ poteſt cum altero adiectiuus nihil conſortiũ habẽs. Eoqꝫ factum eſt:vt hi quos dixi errarẽt:ꝙ quãdoqꝫ videtur ſine ſubſtantiuo eſſe quodqꝫ: vt reliquit mihi pater multa predia quorũ optimũ quodqꝫ mihi ſublatũ eſt. Sed oĩbus liquet ſubintelligi ſubſtantiuũ ſic. optimũ quodqꝫ prediũ Quicqꝫ autem idem eſſe quod vnũ quicqꝫ ante ſignificaui. Quintilianus. Nec cauſas cur quicqꝫ eorum accidat perſequi propoſito operi neceſſarium eſt. Hoc quoqꝫ addamꝰ quid ſole-

Quiſqꝫ ꝓ quicunqꝫ

re vſurpari pro in quo: vt apud eundem. Quid tibi tantum mali feci: quid offendi. Et alibi. Si quid offendi. Cicero. in Lelio. Quid enim indigens Aphricanus mei: Eodem modo nihil: vt nihil te offendi. De differentia autem inter quidam et aliquis ſiue quiſpiam: ſiue quiſq꜡: ꝙ illud certum hominem. hoc vnum quemlibet ſignificat in libris dialectice diſputauimꝰ. Hic tantuꝫ admonendum eſt quoſdam his poſterioribus eo modo vti quomodo ego non vterer pro illo ſuperiore. vt Hieronymus qui ſic librum de hebraicis queſtionibus exordit. Qui in illis principijs librorū deberē: ſecuturi operis argumentum ꝓponere: cogor prius reſpondere maledictis. Terentij quippiaꝫ ſuſtinens: qui comediarum ꝓlogos in defenſioneꝫ ſui dabat: ego dixiſſem quiddā potius ꝙ quippiā. De certo enī crimine loquit: nō de incerto. Idem eſt quippiaꝫ quod aliquid. Sed de hoc in libris his quos dixi latius: Sed forte Hierony. ſcriptum reliquerat quiddam: et librarij in quippiam mutauerūt.

Qui p in quo

Aliquis et Quidaz ac Quippiaz.

Epitome cap. cxvj.

¶ Pars a toto et proprietas a ſubiecto regit in genitiuo: vel in ablatiuo mediāte adiectiuo laudis vel vituperij eiuſdem caſus: cuius eſt directio recta. ſine quo raro gtūs ablatiuus nunꝙ ſic conſtruitur. Reperitur aūt dictioni regenti conformatuꝫ: ſtante dictione recta in ablatiuo vel accuſatiuo que locutio ab alijs greca figura ab alijs ſynecdoche apellatur: quam in accuſatiuo preſertim ſummopere fugiemus in proſa. In ablatiuo tamen nonnūꝙ recipiunt hiſtoriographi. Licet ergo quadrifariam partem precipue regi: aut in ablatiuo mediāte adiectiuo ablatiui caſus et eſt oratorum: aut in genitiuo mediante adiectiuo genitiui caſus: et eſt grammaticorum: aut in accuſatiuo mediante adiectiuo conformato toti: et eſt poetarum per grecam figuram: quaꝫ oratores ſummopere vitant loquentium: aut in ablatiuo mediante conſimili adiectiuo: et eſt etiam hiſtoriographorū. Niſi tamē precipue ſubſit ratio concentus: et ſonoritatis non vtemur ſimul [intercedente preſertim cōiunctione] diuerſis caſibus.

¶ Verbi gratia: vir duro capite: oratorū eſt: vir duri capitis: grāmaticorū vſq꜡ adeo vt Seruiꝰ huiuſmodi locutiones per ablm̄ dicat ꝓ locutionibꝰ per gtm̄ poſitas. Vt. iiij. enei. Lato venabula ferro Prolati [inq̄t] ferri. Vir durꝰ capite hiſtoriographorum ne dum poetarum. Vir durus caput duntaxat poetarum. Seruius autēꝫ dum actūs mediante nomine adiectiuo ſic regitur concedit eſſe ſynecdochen quando mediante verbo neutrali ſeu paſſiuo aut eorum participio dicit grecam figurā. Cetera in textu patet.

Magna authoritate es vir: vel magne authoritatis Ca. cxvj.

Magna authoritate es vir vel magne authoritatis vtroq꜡ enī modo dicimus: ſed raro ſine adiectiuo duntaxat in genitiuo; nā in ablatiuo nūꝙ vt Cicero in Saluſt. Nūquid quos ꝓtulit Scipiones et metellos ante fuerunt: aut opinionis aut glorie. Ceterum in eadem oratione non eſt vtendum genitiuo et ablatiuo: niſi velimus illō Plynianum ex lib. vij. naturalis hiſtorie ſequi. Choro mandorum gentem vocant tauroni: ſylueſtrem ſine voce: ſtridoris horrendi: hirtis corporibus: oculis glaucis: dentibus caninis. Poteram dici ſtridore horrendo: ꝙꝙ quod ad elegantiā pertinet: ego pro lege accipio quicquid magnis authoribus placuit: quorum in primis eſt Plinius. Preſertim cuꝫ Cicero ad Lentum ita ſcribat. Lentulū noſtruꝫ eximia ſpe ſumme virtutis adoleſcentem: cum ceteris artibꝰ quibus ſtuduiſti ſemper ipſe: tum in primis imitatione tui fac erudias Licet illud eximia ſpe: poſſit videri ſeparatum ab illo ſumme virtutis: qd̄ regit ab illo adoleſcētēꝫ: vt ſi dicas habeo ſumma ſpe filium: adoleſcentē optime indolis. Qd̄ ſi ita non eſſet. licebit in vtraq꜡ oratione vti genitiuo et ablatiuo: tamen vt ego ſentio parce. Nam illud ab hoc loco ſeparatum eſt: quod idē dixit Scipio Aphricanus: id etatis atq꜡ his rebus geſtis. Illud enim etatis vel ideꝫ eſt. quod ea etate: ſicut dicimus decem annis vixi: et more greco decem annos. Quam honeſtiorem locutionem Seruius putat vel aduerbialiter ponitur: vel ſubintelligitur habens: vel agens vel natus id etatꝫ. In quo protinꝰ admoniti ſimus oratores ſummopere ſynecdochen refugiſſe: q̄le foret gentem ſtridore horrendam: hirtaꝫ corporibus: oculis glaucam: hiſtorici non refugerunt: vt Saluſt. At ex altera parte. L. Antoniꝰ pedibus eger in prelio adeſſe nequibat. Cicero Quintilianuſq꜡ dixiſſent. Pedibus egris. Nec dixiſſent doleo caput: doleo ilia aut ilibus: eſſet enim ſynecdoche: ſed dolet mihi caput et ilia tibi dolent. In hoc verbo et illud notandum eſt ꝙ de re extra nos poſita: ſicut de corpore noſtro loquimur. vt iſtud quod facis dolet mihi: vtinam doleret tibi: vt apud Terentium. Dolet dictum adoleſcenti pudenti et libero: et iterū ſi iſtud itidem doleret tibi vt mihi dolet. Et in eadem comedia. Fac illi qd̄ itidē doleat: qd̄ nunꝙ per ſynecdochen dicere poſſumꝰ. Nā ego doleo iſtud quod feciſti: qui ſermo vt ſuperior apud authores eſt frequens. vt Saluſt. Quaſi dolens eiꝰ caſum. nō eſt ſynecdoche. Hec enī figura tantum ad animi et corporis qualitatem pertinet: nihil ad externa reſpiciēs qualia fuerint doleo caput doleo ilia: et hic pulcher faciem: ornatus animū Ideoq꜡ illa ſynecdoche non erunt: potens diuitijs: grauis pietate: preditus dignitate.

Actūs pis

Synecdoche.

Doleo

Epitome cap. cxvij.

¶ In cum verbo incido incidor: aut participio eius regit ablt̄os oīm dictionū excepto nomine es: quod potius in accuſatiuo regetur: vt littere inciſe in marmore: ligno: vel in es.

¶ Dico potius. i. elegantius et concinnius: quia etiā in ablt̄o regitur. Vnde Mancinellꝰ. In ere inciſe ſunt littere: et in ere quoq꜡ legit. Ply. enī iunior vbi de laudibꝰ Traiani loqt ſic ait: Sed

ꝗd ſinguli cõſecto: ⁊ colligo quaſi vero aut oratione cõplecti: aut memoria ꝓſequi poſſim: que vos patres ꝯſcripti nequa interciperet obliuio ⁊ in publica acta mittenda: ⁊ incidẽda in ere cẽſuiſtis. Hec ille. Addit Neſtor exẽpluꝫ Ouidianũ e libro faſtorũ. iiij. At bona poſteritas puppim formauit in ere. Sed ibi nõ ẽ verbũ incido De quo Valla loquitur ꝗ dicẽs: quantũ inueni: nõ oino aliũ vſuꝫ negat: Miror tñ eũ nõ iueniſſe illud Ciceronis in orõne de ſignis [qđ Calepinus affert ſic] Ad nõ modo cõſcripſerunt: verumetiã in ere inciſum nobis tradiderũt. Suc. autem in Ceſa. cũ acto. cõſtruxit. Ac mox lege in es inciſa. Dicamus ergo vtrũqꝫ recte dici: inciſuꝫ in es: ⁊ in ere: ⁊ pari ratiõe ſi exempla ſuppeterẽt in marmor: ⁊ in marmore. ⁊ ita de alijs. Nulla eñ videt̃ cauſa differẽtie: ſed cur vtrũqꝫ liceat hac cõiectura colligi poteſt ꝙ qui incidit aliquid educit quod prius erat in materia vnde ablatiuo locus eſt: et aliquid loco atramenti infert: vnde: ⁊ acto: quia foris infertur.

In marmore inciſe ſunt littere: nõ in marmor: ⁊ tamen in es. Ca. cxvij.

In es iciſã

IN marmore inciſe ſunt littere: in gemma: in lapide: in ligno: nõ aũt in marmor: in gemmã: in lapidẽ in lignum. E diuerſo in es: nõ in ere ita eniꝫ apud oẽs authores ꝗtum inueni: ſemper ſcriptum eſt: Liuius lib. iij. Priuſꝗ vrbem ingrederetur leges decemuirales: quibus duodecim tabulis eſt nomen: in es inciſas in publico propoſuerunt. Sed quid exempla ponimus paucorum: quod omnes facere affirmamus.

Epitome capitis. cxviij.

¶ Quotiens relatiuum qui: que: quod: ponitur inter duo ſubſtantiua: quoruꝫ ſequens eſt alicuius rei propꝛium: conformabitur potius ſeqñti ꝗ antecedenti: preſertim antecedente verbo ſubſtantiuo aut vocatiuo: alioquin tam antecedenti ꝗ conſequenti conformari poteſt.

¶ Eſt autem hec ſeruiana regula in primũ ene. quaꝫ non omnes obſeruauerunt vt patet de valerio quem citat author.

Relatiuum frequenter non reſpõdere antecedenti. Ca. cxviij.

RElatiuum frequenter nõ reſpõdet antecedenti: neqꝫ in genere: neqꝫ in numero vtiqꝫ cũ reflectitur eiꝰ ſententia ab antecedente ad ſequens ſubſtantiuuꝫ

Saluſtius de maſculino in neutrem: vt Saluſtius. Eſt locus in carcere quod Tullianum apellat̃. Quod aliter dixit. Valerius maximus libro. ij. Antea

Valerius ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat qui hodie cenaculuꝫ appellatur Et plinius. In coitu vero lune quod inter lunium vocant: cum apparere deſierit. Mutato etiam numero: vt

Cicero Cicero. Quibus tamen gradibus Romulus in celũ aſcendit. hiſne que iſti appellant bona: De maſculino quoqꝫ in femininum: vt idẽ. Oẽs tenues atqꝫ humiles: que maxima in oppido mul

litudo eſt: ſibi preſidiuꝫ paratũ putant. Et Vergilius. Nec partẽ poſuere ſuis que maxima turba eſt. Manẽte quoqꝫ genere videtur fieri quedam mutatio. Vt Quintilianus. Vbi vero vniuerſas familias fames extinxit: que pars maxima eſt inanes domus ſitũ ducunt. E diuerſo de feminino in maſculinum non mutato numero.

Saluſtius. Et fines habet ab occidente fretuꝫ noſtri maris ⁊ oceani ab ortu ſolis decliuem latitudinem quem locuꝫ catabathmon incole appellant. Mutato etiaꝫ numero vt Quintilianꝰ Reſiſtam his qui omiſſa reruꝫ qui nerui ſunt in caſus diligentia quadam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt. Et alibi. Et ſupplicationes: ꝗ maximus honor victoribus bello ducibus datur in toga meruit. De neutro in aliud genus Saluſt. Ipſe ex flumine quam proximum oppido eſſe aquaꝫ supradiximus iumenta oneret. Mutato etiam numero: vt Liuius. Anxur fuit que nunc terracine ſunt vrbs prona in paludem: Aliquãdo ſine vllo certo antecedenti: vt Quintilianꝰ. Ego que feliciſſima vel laſſitudo vel ſacietas ẽ virtute conſenui. Liuius

Epitome capitis. cxix.

¶ Quotiens autem verbũ eſt: ponitur inter duo ſubſtantiua ad appellationem pertinẽtia: quorum alterum eſt nominatiui caſus: alterum datiui: poteſt addi tertium in nominatiuo aut datiuo: venuſtius autem in datiuo.

¶ Et cui fauſtulo nomen fuiſſe ferunt. Liuiꝰ in primo. Cui nũc cognomen Iulo. Vergiliꝰ eneidos primo. Dicere autem licet: Eſt mihi nomẽ Iodoco: ⁊ Iodocus: Habeo nomen Iodocum. ⁊ Iodocꝰ ⁊ Iodoci: Sed per habeo omnia diuerſiter dicuntur: Liuius

Nota de habeo.

Que dictio deberet reſpõdere ſequenti ſubſtãtiuo eam reſpondere antecedenti. Ca. cxix.

DIuerſum huic genus eſt: cũ dictio reſpondet antecedenti cum deberet reſpondere ſequenti ſubſtantiuo: vt apud Vergiliuꝫ. At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo. Liuius libro. xxv. Scipio cui aphricano fuit cognomen. Qui modus per datiuum licet frequentior ſit: tamen nonnunꝗ ⁊ nominatiuo quod eſt magis generale vtimur: vt Cicero Argentarius ſextus Clodius cui nomẽ eſt phormio. Et Quinti. Notum eſt quid Siliconi acciderit cui Spirideon fuit cognomen. Neqꝫ per relatiuum modo: ſed etiam citra relatiuum: Vt Terentiꝰ. Hecyra eſt huic nomen fabule. et hoc per nominatiuum: per datiuum: vt Liuius libro. j. Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt: ⁊ Solinus de memorabilibus: Lapis iſte in aquis mollis eſt: humo duratur exemptus: nunꝗ duo reperiuntur Inde vnionibus nomen datur.

Ntõs ac ntõs copulari per ſuꝫ es eſt

Cicero

Terentius

Epitome capitis. cxx.

¶ Quotiens relatiuũ precedit antecedens ſic vt ab eodem regi videantur: latine ponuntur in eodem caſu.

De relatiuo ⁊ añte.

¶ Dico quotiens precedit. quia precedente antecedente vtrũqꝫ confirmabit̃ ſuo verbo Capſa

differentie eſt: quia dum relatiuum precedit ab eodẽ regi videntᷣ ⁊ in verbo antecedẽtis ipſum antecedens repeti: vt Quas credis eſſe has nõ ſunt vere nuptie. In illo autem eiuſdem comi-ci: ſed in eunucho. Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas fecit: Nõ accipiã quẽ relatiue: ſed iterrogatiue ꝓ qualẽ: vt ſit qualẽ Eunuchũ dediſti nobis. q. d. non verũ: ſed virũ nõ emaſculatum: ⁊ quas. i. q̃les turbas fecit. q. d. peſſimas Et in illo primi ene. Urbẽ quam ſtatuo ⁊c. ordi-nem eſſe volunt. Uultis vrbem quam ſtatuo ⁊c ca ſup. veſtra eſt. Nam preponitur vultis ⁊ his mecum pariter conſidere regnis Urbem quam ſtatuo vt repetatur vultis.

Dtiũ ⁊ actiũ ſequi caſum relatiui. Ca. cxx.

Actũs pro nomiatiuo

Hec datiuo eſt et actõ quoqꝫ ſua natura: vt ãtecedẽs ſequatᷣ caſuꝫ relatiui relicto ſuo vt apud Uergil. Urbẽ quaꝫ ſtatuo vr̃a eſt. Oratores aũt poſtponunt ãtecedẽs quale foret quã vrbem ſtatuo veſtra eſt vt apud Quin. Eccidere manu quas gerebat herbas: ⁊ quale ẽ Qui. Timeo ne quo porreterim cibos venena fiant. In qua habita ẽ ratio venuſtatis: vt relatiuũ et ãtecedens ſint in eodẽ caſu: Sed ſepiꝰ antecedẽte poſtpoſito ꝙꝙ apud Ciceronẽ nõnulli illud in Salu. legunt. Nunquid eos quos protulit Scipiões et metellos ante fuerunt opinionis aut glorie quidã legunt nũquid hi quos ꝓtulit. Tale eſt in euangelio. Sermoneꝫ queꝫ audiſtis nõ eſt meꝰ qd̃ in greco hoc ẽ in fonte eſt ſermo: non ſermoneꝫ. Unde interpres noſter transferens maluit latine ꝙ grammatice loqui. Nec ignoro qualia imperiti in hoc euangelij loco diſputare ſoleãt profecto nequaq̃ ſic diſputaturi: ſi grecam linguam mediocriter: latinã perfecte tenerẽt. In tali ſermonis gñe vel idẽ nomẽ repetemus: vel actiũ in debitum caſum reſoluemus Nã vtrũqꝫ fieri exẽplis cõperimꝰ. Siquideꝫ ita frequẽter locuti ſunt authores: quas res tibi tũ terra tum mari nuper cõmiſi: he res ſint cum fratre cões: vel he ſint cũ fratre cões. vel ex eis aliquas communicabis cũ fratre. ⁊ itẽ per ceteros caſus: vt quaruꝫ rerũ nõ indiges eas vl̃ eas res donabis mihi. vl̃ ee mee erũt: vel ee res mihi auxilio eſſe poſſunt Et ita multis modis per caſus variare orationes licebit.

Cicero.

Cicero pro ligario Sed hoc nõ cõcedo vt quibus rebus gloriemini in vobis eaſdem in alijs reprehendatis. Et paulopoſt Quotus enim iſtud quiſqꝫ feciſſet: vt aquibus partibus in diſſentione ciuili nõ eſſet receptꝰ: eſſetqꝫ etiã cũ credulitate eiectꝰ ad eas ipſas rediret. Idẽ tamẽ in rethoricis iuſitatiꝰ. Sulpitio cui pauloante oĩa cedebant: eum breui ſpatio non modo viuere ſed etiã ſepeliri prohibuerunt

Horatius

Illud magis poeticum quale apud Horatium quinto carminuꝫ: Quis non malarũ quas amor curas habet: hec inter obliuiſcitur: ⁊ iteꝫ in ſaty. Qui fit mecenas vt nemo quam ſibi ſorteꝫ: ſeu ratio dederit: ſeu fors obiecerit: illa Cõtentus viuat: laudet diuerſa ſequentes.

Epitome capitis. cxxj.

Quotiẽs huic cõpleto: ne dicã: p̃cedit ſubſtãtiuum nti caſus: et ſequitᷣ adiectiuum: idipſum quod ſequitᷣ in actõ. quotiẽs aũt ſubſtãtiuũ cuꝫ adiectiuo ſuo ſequitur: vtrunqꝫ ponetur in ntõ: a quo ſepe in accuſatiuuꝫ legitᷣ mutata locutio. — Ne dicam

Cauſa differẽtie ẽ: q: in priore mõ intelligitᷣ cũ. in poſteriore ◆ bũ aliqd vt hõ prudẽs ne dicã [ſubaudi cũ] ſapiẽtẽ prudẽs ne dicã ſapiẽs hõ ſup. id fecit aut dixit aut ẽ. Similitᷣ vbi ordo de noĩatiuo mutatᷣ ĩ accuſatiuũ ſufficietᷣ noĩatiuus ſuppoſitalis vt textus declarat. Ex vtroqꝫ aũt textu taꝫ hoc ꝙ ſuperiore elici poſſet: ꝙ ad latinitatẽ ſatis ẽ videri cõgruitateꝫ eſſe in conſtruendo tametſi non eſt pro lege grammatica:

Homo prudens ne dicam ſapientem. Ca. cxxj.

Homo prudens ne dicã ſapiẽtẽ meliꝰ ꝙ ne dicã ſapiẽs. Cicero ꝓ de iotaro. Crudelis caſtor: ne dicã ſceleratũ ⁊ ipiũ: et hꝫ ſubſtãtiuo p̃cedẽte: ſecus aũt ſequẽte: q̃le eẽt crudelis ne dicam ſceleratꝰ ⁊ ipiꝰ caſtor: ⁊ prudens ne dicã ſapiẽs homo Nã ſi ponamꝰ in accuſatiuo: per ꝙ abſurdũ foret: ſic crudelis ne dicã ſceleratũ ⁊ ipiũ caſtorẽ: ⁊ prudens ne dicã ſapiẽtẽ hoiem. In priore eniĩ mõ ſubintelligitᷣ cũ ſic crudelis caſtor ne dicã cũ ſceleratuꝫ ⁊ impiũ. In alijs caſibus nõ eſt hec neqꝫ diuerſitas: neqꝫ cã: vt idem. An ſperaſſet hoc viuo Milone ne dicã conſule: vel an ſperaſſet hoc viuo ne dicã conſule Milone. Illud eiuſdem in libris ad herenniũ: neqꝫ diſſimile his neqꝫ vſqꝫ adeo ſimile eſt. Obfuit plurimũ eo tempore reip. conſulũ: ſiue ſtultitiã ſiue malitiam dicere oportet ſiue potiꝰ vtrũqꝫ Naꝫ vbi erit ſuppoſitũ: deeſt. Illud nãqꝫ verbũ quod interiectũ eſt de noĩatiuo mutauit in actm̃. Sed ſicut in euripo aut ſicilie freto inflata vẽto vela aquarum impetus retroire cogit: ita orationeꝫ lege grammatica euntem: authoritas ipſa conſuetudoqꝫ inhibet ac repellit. Uerum vt grammaticorum expectationi ſatiſfaciam: ſi erit conſtruendum aut ſtultitia conſulum: aut malitia: aut potius vtrũqꝫ obfuit plurimum eo tempore reipublice: ſiue illud factuꝫ conſulum dicere oportet ſtulti[ti]am. ſiue malitiaꝫ: ſiue potiꝰ vtrũqꝫ Uel ſic. Obfuit plurimum reipub. eo tempore conſulũ factum: ſiue illud malitiam: ſiue ſtultitiam eoruꝫ: ſiue vtrunqꝫ dicere oportet.

Ne dicam. Cicero.

Intellectꝰ capitis

Nti ĩ actm̃ mutatio.

Epitome capitis. cxxij.

Audiui te vt ceteros affuiſſe in prelio ſignificare in prelio vt ceteri affuerunt affuiſſe audiui vt ceteri te in prelio affuiſſe: ſignificat id me. vt ceteri audierunt audiuiſſe: que ratio in ego quoqꝫ ſignanda eſt.

Audiui te vt ceteros affuiſſe in prelio: ⁊ audiui te vt ceteri ⁊c Ca. cxxij

Audiui te vt ceteros affuiſſe in prelio et audiui te affuiſſe in prelio vt ceteri hic ſubintelligitur affuerũt: ibi — Ut ceteros et vt ceteri

intelligi non poteſt ſtatim ſequente infinitiuo
⁊ omnia ad ſuum regimen attrahento. Itaq; ſic
exponitur: audiui te affuiſſe in pr̄elio : vt audi-
ui ceteros affuiſſe: alterum vero vt dixi hoc mo-
do: audiui te affuiſſe in pr̄elio: vt ceteri affuerūt
quod nequaq̄ cōcedatur ſic dicere: audiui te vt
ceteri affuiſſe in pr̄elio. Hoc enim declarat:
audiui vt ceteri audierunt. Alterum fortaſſe ſic
audiui te affuiſſe in pr̄elio vt ceteros.

Epitome capitis. cxxiij.

Eſſe. ¶ Verbum eſſe quotiens pr̄ecedit nominatiu⁹
vult vt nominatiuus eiuſdem rei ſequatur: quo
tiens genitiuus: datiuus: accuſatiuus: aut forte
ablatiuus vt idē caſus: aut accuſatiuus quo ta
men pr̄ecedente cum nominatiuo interdum ele
ganter ſequitur nominatiuus: dū vero eſſe ſup
poſitum eſt: accuſatiuum petit.

Exempla ¶ Verbi gratia cōgrue dico ſpero tibi eſſe ami
cus. Miſerere igit̄ volentis tibi eſſe amici: aut
forte amicum: mediocribus eſſe poetis Nō dij
non homines: non conceſſere columne. Paruꝫ
vobis ē moleſtos eē hoībus: ſpero te eē amicū
Lucanus. mihi non amicus. Lucanus tamen dixit libro. x
Vtq; fidem vidit celeris: tutumq; putauit. Iaꝫ
bonus eſſe ſocer: lachrymas non ſponte caden
tes. Effudit: gemituſq; expreſſit pectore leto.
Conſimiles locutiones adducet Mācinellus.
Precedente autem vocatiuo quomodo loquen-
dum ſit in proximo capite dicemus de ablatiuo
videtur per ratio que de genitiuo. vt damnoꝛ a-
nolente eſſe bono potius q̄ bonuꝫ. Sed ſuppo
ſitum eſt accuſatiuum ſecum trahit: vt eſſe pau-
perem ⁊ fidelem melius eſt q̄ eſſe diuitem ⁊ in
Mācinell⁹ fidelē. Verba Mancinelli ſunt Precipe illi eſſe
mihi familiaris. Ne libeat tibi eſſe intim⁹: nul-
lo pacto latine dicitur. Non enim hoc genus lo
quendi apud aliquem probatuꝫ auctorem repe
ritur. Nam ſi recte aduertim⁹ Lucani illud. Lu
tumq; putauit Iam bonus eſſe ſocer. Nō ſimi-
le eſt illis precipe illi mihi eſſe familiarꝫ. Ne li-
beat tibi eſſe intim⁹ hic eīm dtīus pr̄ecedit. Apō
Lucanum vero pr̄ecedit ⁊ ſequit̄ nominatiuus
Dicendum illi pr̄ecipe illi eſſe mihi familiari vł
familiareꝫ. Ne libeat tibi eſſe intimo. Vel ne li-
Ouidius. beat tibi eſſe intimū. Ouidi⁹. lib. viij. Vobis im
munib⁹ huius Eſſe mali dabit̄. Quin. li. iij. An
illi accidat viro bono eē vł malo. Hypermeſtra
ad linū Quo mihi cōmiſſo nō lꝫ eſſe piā. Quin.
lib. vij. An huic eē procuratorē liceat. Et li. iiij.
Procuratorē tibi eē nō licuit. Terē. in heau. Nā
Ceſar expedit bōas eē vobis. Ceſar li. vj. de bel. Gal.
Quib⁹ iā licet eē fortunatiſſimos. Luca. lib. iij.
Nunq̄ tibi magne p vmbras. Perq; meos ma-
nes generū non eſſe licebit. Illud auteꝫ Ouid.
Me tū excepto qui pr̄eco eſſe tuus. Et grāma
tice ⁊ latine dictū cuꝫ ⁊ pr̄ecedat et ſubſequatur
noīatiuus. Neq; inficias eo: grāmatice ⁊ latine
etiam dici. quem pr̄ecoꝛ eſſe tuū. Nā talis ordo
eſſet: quē tuum eē pr̄ecoꝛ: vt Naſonis illud li. v.
Ouidius. meta. Quātū eſt Eſſe Iouis fratrē. Terē. in eu
nu. Apparet ſeruum hūc eſſe domini pauperis
Qđ etiam dicere licuit ita. Apparet ſeruus hic
eē domini pauperis. Vatini⁹ eīm li. v. epi. ad Ci.
inqt. Dicit̄ mihi tu⁹ ſeru⁹ fugitiu⁹ vardacis eē.
Ceterū Lucani illđ dicēdi gn̄s Lutūq; putauit
Iā bon⁹ eſſe ſocer Apud alios quoq; legere eſt
Ouid. li. vij. meta. Sed eīm q̄ retulit aiat Eſſe
Iouis pnepos. Et li. j. de ponto ad maximum
Hoc vbi viuendū ē ſatis ē ſi cōſequoꝛ aruo. In-
ter in humanos eſſe poeta getas. Vbi quidē ad
uertendū eſt eſſe tunc habere verbi caſum non
infiniti eſt enim ſum verbuꝫ ſimiliū copulatiuū

Spero tibi eſſe bonus Ca. Cxxiij.

Spero tibi eſſe bonus amicus:
credo fuiſſe tibi fidelis: ppꝛie dicitur Eſſe cuꝫ ca
p actīū vero nō: niſi alteꝝ actīū addas ſibus
q̄ anīcedat infinitū. Nā hic ſequit̄ hoc mō Spe
ro me tibi eē bonū amicū: credo me tibi fuiſſe fi
deleꝫ. Quedā verba cū ntō iūgi recuſant immo
pleraq;. nā vt recte dico: incipe mihi eē familia
ris: ⁊ noli eſſe illi intimus. Ita inuſitate dicā p
cipe illi eſſe mihi familiaris: ne libeat tibi eē il-
li intim⁹. Hoc tamē gn̄s loquēdi nōnūq̄ reperi
mus: vt apud Luca. in. x. Lutūq; putauit Iā bo Lucanus.
nus eſſe ſocer. Alius dixiſſet Iā ſocerū eſſe bo-
nū: Et apud Ouidiū de pōto. Et quis in extre-
mo poſitus iacet orbe tuorū Me tamē excepto
qui precoꝛ eſſe tuus. Dicere potuiſſet [ſed non
tam venuſte] quem pr̄ecoꝛ eſſe tuum. Terētius Terentius
in andria Que ſeſe ihoneſte optauit parare hic
diuitias potius q̄ in patria paup viuere. Aper
tius apud eūdem Ouidium libro primo ſine ti-
tulo. Sperēq; in molli mobilis eſſe toro. Et il-
le verſus vulgatus. Sperne repugnādo tibi tu
contrarius eſſe. q̄ ſi dixiſſet noli repugnando:
verſuſq; pateretur: nullam de conſtructione du
bium eſſet: talis tamen modus loquendi e gre-
co fluxit: vbi vſitatiſſimus eſt.

Epitome capitis. cxxiiij.

¶ Quotiens verbo ſubſtantiuo aut eius parti-
cipio expreſſo: aut aperte intellecto pr̄eponitur
vocatiuus ſequetur non vocatiuus ſed nomina
tiuus ſed ſine tali copula plures vocatiui ad idē
pertinentes bene coherent.
¶ Properti⁹ eīm vctō participiali adiecit vctīū Properti⁹.
dicēs. Lectule delitijs facte btē meis. Et Ser-
uius expōnēs illđ. iij. ene. Cōiugio āchiſa vene-
ris dignate ſupbo Dicit dignate. i. digne habite
vbi liceret dicere dign⁹ habite. ſicut defēde me
tu vir optim⁹. ſ. q̄ es aut ens ſiue exiſtēs. ⁊ ita in
alijs Defende me domine. Ca. Cxxiiij.

Defende me domie: adiuua me Vctō pce
optime vir: tace homo imperite. mu dente quis
tato vocatiuo in nominatiuū non re- caſ⁹ ſequit̄
cte diceretur. Itē: defende me tu de⁹
meus: adiuua me tu vir optimus : tace tu homo
imperitus: Hic per noīatiuū etiam recte loqui
mur. Subintelligit̄ eniꝫ ens: hoc modo: tu ens
dominus meus. Qua ratione defendi poſſet il-
lud in pſalmo. Domine de⁹ noſter: niſi ſumptuꝫ
eſſet e greco. Idem fit in vctō alicuius nomis.
Vergilius. Verg. Nate mee vires mea magna potentia ſo

lus. Idem fit in noibus proprijs qđ fit in ꝓno
mine: ⁊ in vocatiuis caſibꝰ ſic. Aue Ceſar ſum
mus imperator. Neq; id tantummodo in impe
ratiuo: verumetiã ⁊ quidẽ facilius in alijs mo
dis: vt Quo tendis enea extremus omniũ tro
ianorũ: vel extreme. Viuis ⁊ regnas helene do
no deum: ⁊ regnas mediꝰ ſeuiſſimorũ hoſtium
melius ꝙ medie. Male per ſolum propriũ no
mẽ aut iunctum cũ ꝓnoie: vt quid facis tu Ser
uius: aut per nomẽ appellatiuum ſine ꝓnoie vt
quid facis dominus meus: niſi tali modo: vt qđ
ſedes iter ſeruos dñs: hic ſubintelligit̃ ens ibi
ſubĩtelligi nõ põt. Quare iſtud Plinij. in. li. vij.
de natu. hy. niſi mẽda librarij ẽ nõ placet mihi
Salue primus omniũ parẽs patrie appellate.
Ubi nõ mõ appellate a primꝰ in caſu diſcordat
quod etiam imperitis ad reprehenſionẽ patet
ſed ne appellatus quidẽ ſi diceretur plane lati
num foret: cum fuerit dicendum prime: ſiue ſic:
ſed ita ſcriptũ ab authore fuiſſe ſuſpicari iubet
nã ⁊ illo mõ dicere licuiſſet: ſalue Marce Tulli
primus omniũ parens patrie apellatus: qđ ita
ſcriptũ fuiſſe cõiectatũ nõ eſt ex certis verbis
quibus pauloante author vtitur ſiue. Salue tu
primus omniũ parens patrie appellatus. Si
ue ſalue tu prime omniũ parens patrie appel
late. Eſt enim illud parens vocatiuus.

Epitome capitũ. Cxxv.

⁋ In hypozeugmate ſeu in ſeugmate ab inferi
ore verbũ debet ſequi vltimum aut vlteriꝰ ſup
poſitũ: quia ſemper vult cõformari viciniſſimo
aut viciniori: niſi per cõparationẽ aut ſimilitu
dinem loquamur. tunc eñ principali, id eſt pre
cedenti cõfirmari vult. Quod vero de verbo re
ſpectu ſuppoſitorum dicitur idem de adiectiuo
reſpectu ſubſtantiuorum intelligetur.
⁋ Dicere ergo poſſũ ſex modis. fleuit mater ⁊
filij eiꝰ: ſic fleuit mater et filij eiꝰ. Mater fleuit
⁊ filij eius. filij ⁊ mater eorum fleuit. Fleuerunt
filij ⁊ mater eorũ. Filij fleuerunt ⁊ mater eorũ
mater ⁊ filij eius fleuerunt. At ſic. Mater vt fi
lij eius fleuit. Filij ſicut mater eorum fleuerũt.

ꝙ verbum debet ſequi vltimũ ſup
poſitum. Cap. cxxv.

Hyzeugma
te.

VErbum debet ſequi vltimum
ſuppoſitũ in perſona genere et nũe
ro: vt ego illum de ſuo regno: ille me
de noſtra rep. percũctatus eſt: duo
ſuppoſita ſunt ego ⁊ ille: quorũ vtriq; verbũ ac
cõmodat̃: ſed ſequenti palã: antecedẽti per ſub
intellectionẽ vt ſit: ego illum de ſuo regno per
cunctatus ſum: ille me de noſtra repub. percun
ctatus eſt. Conuerte ordinẽ perſonarum ſimul
perſonam verbi mutaueris ſic ille me de noſtra
rep. ego illum de ſuo regno percunctatus ſum
Muta ergo genus ſic . ego illam de ſuo regno
illa me de noſtra rep. percunctata eſt muta nu
meros ſic. ego illos illa ſue de ſuo regno: illi ille
ve de noſtra rep. ꝑcunctati percunctate ve ſunt
Et item econtrario. In hanc tamen formulam
non cadit quotiens per cõparationẽ aut ſimili
tudinem loquimur: quale eſt meliꝰ ego iſtuc ꝙ
vos feciſſem: non autẽ ꝙ vos feciſſetis. hoc ille
tã prudẽter: vt ego: feciſſet: nõ ego feciſſẽ. Hic
eñ ſubĩtelligit̃ ſic: hoc ẽ ſic prudẽter vt ego fe
ci: ⁊ ipſe feciſſet. Meliꝰ ego quidẽ iſtud ꝙ vos fe
ciſtis: feciſſem. Verbũ eñ principale debet eſ
ferri: ſubintelligi aut quod non eſt principale.

Epitome capitum. cxxvj. ⁊. cxxvij.

⁋ Quotiẽs poſt vnũ adiectiuũ ſuppoſitum aut
obliquum poſueris bis nec neq; ⁊ tum partim
aut vel: cõſimilẽ vel dictionem cum duobus ſub
ſtantiuis verbis: aut regentibus neceſſũ ẽ am
bo ſubſtantiua: verba: aut regentia illi vni adie
ctiuo: ſuppoſito aut obliquo in debitis acidẽti
bus conformari: etiam ſi aliud exprimatur. Se
cus enim incongrua: atq; inepta fuerit locutio
⁋ Tria ergo concurrere debent priꝰ ꝙ fuerit in
congruitas. Primum: vt adiectiuum ſuppoſitũ
aut obliquũs precedat illas particulas; nec ⁊c.
vt nulla eſt dicenda virgo corrupto vel corpore
vel mẽte inepta eſt: que fit apta ſic. vel corpore
vel mẽte corrupta. Secundũ vt bis ponat̃ par
ticula. vñ congrua erit corrupto corpore vel mẽ
te. Tertium vt diuerſorum ſint accidentium ad
congruitatem facientiũ: quia congrua erit cor
rupto corpore vel animo: vel ſic: corrupta vł mẽ
te vel carne. Cauſa differentie eſt: quia dum bis
ponuntur particule ille ſignificant ea quibꝰ ad
duntur ad antecedens reſpicere: at ſemel poſi
ta permittũt aliud ſubintelligi: vt corrupto cor
pore vel mẽte ſup. corrupta dixit etiamſi expri
matur aliud: quia inepte dixeris. Intelliges rẽ
omnem partim ex litteris meis partim tibi nũ
cius dicet. quia dicendum eſt partim ex nuncio
vt textus declarat in conſimilibus.

ꝙ adiectiuum cũ precedit: ſubſtã
tiua obſequi debent. Cap. cxxvj.

ADiectiuum cum precedit: de
bent obſequi ſubſtantiua. Aliter vi
tioſum eſt vt hoc modo nulla virgo
eſt dicenda corrupto vel animo vel
corpore: dic pro animo mente: ſic nulla virgo di
cenda ẽ corrupta vel mente vel corpore aut cor
rupto vel corpore vel mente non erit latinũ: qđ
contra fit aut precedente ſubſtantiuo: aut reie
cto in finem adiectiuo ſic. Nulla virgo eſt dicẽ
da vel mẽte corrupta vel corpore: aut vel corpo
re corrupto vel mente. itẽ vel mente vel corpo
re corrupto: aut vel corpore vel mente corrupta
Similiter in plurali [variabo exempla ad cui
tãdũ faſtidioſũ] Nẽo diues ẽ vł valitudie infir
ma vel ſenſibus: aut vel ſenſibꝰ infirmis vel va
litudine. Itẽ: nemo felix eſt vel conſcientia vel
membris affectis: aut vel membris vel conſciẽ
tia affecta. Cicero tamen in philip. inquit: opti
ma ſunt ⁊ mente et viribus. Neſcio an culpa li
brariorum ſit: qui ita ſcripſerunt: pro eo quod
eſt ⁊ mente optima ſunt et viribus: vel optime
ſunt ⁊ mente ⁊ viribus

Adiectiuo
precedẽte
quõ ſequen
tur ſubſtan
tiua.

Nõ recte dici corrupto vel corpore
vel mente. Cap. cxxvij

E x his que tradidimus palã eſt nequaq̄ recte dici corrupto vł corpore vel mēte. Debet enim adiectiuū illud ad vtrūq̄ ſubſtātiuū applicari i genere ⁊ nūero. Neq̄ de vel tantūmō intelligo: ſʒ de ceteris quoq̄ cōiunctionibꝰ ꝑ ⁊ vt modo ex Cicerone attuli exēplum: per nec ſiue per huiuſmodi: neq̄ hoc ſolū vbi adeſt ſubſtantiuū cum adiectiuo: ſed etiā ſine eo: quale hoc eſt tu nec faceres: nec ego permitterē: nō eſt hic ſermo latinus. Dicēdū nāq̄ nec tu faceres: nec ego ꝑmitterē: aut ſic. tu nec faceres: nec a me facere ꝑmittereris. Tota enī oratio dependet a prima dictione. Item potes cognoſcere partim ex aliorum ſermone: partim te edocebit ipſe tabellarius: non eſt latinum: ſʒ
Exempla. ſic. ꝑtim potes cognoſcere ⁊c. aut ſic poteſt cognoſcere partim ex aliorū ſermone: partim ex tabellario. Item puto tum ex ſuperioribus litteris te omnia intellexiſſe: tum ex his intelligere potes: dicendum erat: tum ex his intelligere poſſe: item paratus ſis vel ꝓpugnare ſi qui te laceſſunt: vel ſi qui non ſunt ne recuſes facere pacem: dicendum erat aut ſine illo ne recuſes aut ſit. vel pugnare paratus ſis ⁊c. Ex his que dixi videor reprehendere legem duodecim tabularū Liberi parentes in egeſtate aut alant vinciantur. Sed non eſt vetuſtas illa reuocāda ad hāc regulam: que conſtat ex vſu eorum: qui more illorū vetuſtiſſimo non ſunt locuti: tā etſi haud dubie opinor: primum aut a quibuſdā adiectū. legiq̄ ita in vetuſtiſſimo quodam codice declamationum Senece. Liberi parentes alant. aut vinciantur. Huius etiā loci illud eſt ne hoc modo verba cōmiſceamus diuerſam naturam habētia: quale eſt: ille mihi nec nocuit vnq̄ nec adiuuit ego nec offendi eū: nec profui: dicendum erat. ille mihi nec nocuit vnq̄ nec ꝓfuit: aut ſic. ille nec nocuit mihi vnq̄ nec me adiuuit. Ego nec offendi eū nec adiui: aut ego nec offendi eū nec eidem profui.

Epitome capitis. cxxviij.

¶ Quoties a negatione incipimus et ſequunt̄ due negationes: vt his nec aut neq̄: tres: negationes ille non plus q̄ due efficiūt. Verba etiā formidinis ⁊ cautele idem ſine negatione aut ꝓhibitione ⁊ cū ea faciunt. Neutiq̄: nequaq̄: nuſq̄ ⁊ nuſpiam: quia ſimplicē negationem important vno verbo cōtenta ſunt. necubi quia duplicem: verbū duplex poſtulat. Preterea quoties dictionibus adeſt quedam contrarietas nō poſſumꝰ tollere alteram negationē cū nō ſolū non mō. ⁊c. Circa que aduertendū interdū ad ea applicanda eſſe non ſed etiā: verum ſed ſaltē: aut ſed certe. De hac aūt re vide latius cap. lv.

¶ Hec oīa textus dilucide declarat. Verū mancinellꝰ contra id quod de necubi dicitur ſic obijcit Necubi ⁊ nequo etiā vno verbo cōtēta ſunt
Necubi. Nequo Mācinellꝰ Liuius enī in principio li. iij. de bello punico ſecūdo ait. Hiſpanos ⁊ aphros ⁊ omne qḋ veterani erat robor exercitus admixtis ipſorū impedimētis necubi cōſiſtere coactis: ne neceſſaria ad vſus deeſſet. primos ire iuſſit ⁊c. Cato in re ruſtica capite quinto Villicus ne ſit ambulator ſobrius ſiet ſemper. Ad cenam nequo eat familiam exerceat. Idem capite. cxliij. Neue ad domum neue ad ſe recipiat. Ad cenam nequo eat. Neue ambulat rix ſiet.

Tres negationes aliqñ non plus efficere q̄ due ⁊c. Cap. cxxviij.

T Res aliquando negationes nō plꝰ efficiūt q̄ due collatione ipſa dictionū efficiente vt nūq̄ mihi nec obfuiſti nec profuiſti. Tres hic ſunt negationes: muta primā negationē in medium aut in poſtremū iā euaneſcet: cū ibi locū non inueniat ſic mihi nec obfuiſti hoc profuiſti vnq̄. Neſcis nec in pace nec in bello viuere Nec i pace nec in bello ſis viuere. Ibi tres negationes ſunt hic due cū eadē ſit ſentētia. Vereor: timeo: metuo ⁊ ſi qua ſunt talia Idem efficiunt: vel cū negatione vel ſine ea: vt vereor: ne veniat ⁊ vereor vt veniat: timeo ne moriatur more Cicero vt ne: pro vt non. Metuo ne pereat Et Terentiꝰ. Apprime in vita vtile vt ne quid nimis: pro ne quid nimis. Ex quo miror Seruiū ita ſcripſiſſe primo georg. Unde male quidam hunc [illegible] ſcribunt: pater adeſt: caue ne te triſtem ſentiat. nā ⁊ ne ⁊ caue prohibētis eſt. Neutiq̄ ꝓ nequaq̄: ⁊ ipſum nequaq̄ ⁊ nuſq̄ ⁊ nuſpiam ſimplicē negationem indicant. Ideoq̄ vno verbo contēta ſunt: vt nequaq̄ veniā. Necubi vero duplicē ideoq̄ duplex verbū poſtulat. Volo necubi mihi obuius ſias. i. ne alicubi: vt ſicubi pro ſi alicubi ſicūde ꝓ ſi alicūde. Cetera q̄ de natura negationū diſputari ſolēt in libros dialectice noſtre cōtulimus. Que ideo ꝓterimus q̄ fere non ſunt ignota oratoribus: dialecticorum vero nemini cognita. Illud tñ ad verbū huc illinc trāſferamus. Vir malus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedit. Vir autem bonus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedet vel receedat: neſcio tamē an liceret dicere recedit. Hoc loco eadem verba dantur malo viro et bono: ſed tamē malus recedere ab amicitia intelligitur: bonus non recedere: ⁊ ille non laceſſitus iniuria hic laceſſitus. Et haud ſcio an hoc ſic ſit ſatis ad hec diſtinguenda dixiſſe: q̄ alibi rem ſignificamus alibi admonemus. Huic addamus vnū in quo non pauci falli ſolent: vbi debeat geminari negatio: vbi non debeat vt hoc exemplo. Non modo ſtelle: ſed ne luna quidē ad ſolem ſeruat ſplēdorem ſuum: recte dicitur. Item hoc modo recte: non modo nulle ſtelle: ſed ne Luna quidem ⁊c. At quotiens dictionibus adeſt quedam contrarietas non poſſis tollere alteram negationē vt hoc modo. non modo ſtelle non apparent: ſʒ etiam luna ad ſolem obſcuratur. Sine negatione geminata non recte loquaris. Itē non modo non abſoluo hunc ſed ne leui quidē pena cū eo tranſigendum puto. Quidam tamen nuper ſcripſit ſic. Non modo abſoluendum hunc; ſed

Tres negationes idē faciunt q̄ due

Terentius

Neutiq̄. Nequaq̄. Nuſq̄. Nuſpiam Necubi.

Non ſolū quoq̄ poſt ſe negationē efflagitat.

nec etiam grauiter puniendum puto: cum dicere debuiſſet non modo non abſoluendum ſed etiam puniendum. Sūt enim diuerſa abſoluendum ⁊ puniendum: item non tantum non conſtanter: ſed etiam trepide ⁊ confuſe locutus eſt. Item non tantum inconſtanter ſed fortiter et prope minaciter locutus eſt. Male hoc ſecundum dixiſti dempta negatione. Erat enim dicendum. Non tantum nō inconſtanter. In quod vicium incidit Boetius libro .iij. in Cice. topica dicens. Si non cōfuſe ſolum verū etiaʒ diſtributim et in ſuarum partiuʒ proprietate noſcantur. dicendum erat non ſolū non confuſe. Diuerſum eſt eorūʒ vitium: qui ad illud non modo applicant: ſed etiam cum deberent applicare: ſed ſaltem aut ſed certe: aut ſed vel: quale eſt Lactantij lib. i. Quis enī mentis remote non modo futura p̄dicere: ſed etiā coherētia loqui poſſit. Dicēdū erat ſed vel coherentia: aut ſed ſalteʒ coherentia: aut ſed certe coherentia poſſit loqui: niſi forte culpa librarij eſt. Ego vero i vtroq; nō authorē: ſed tale genꝰ orationis reprehendo.

Sed ſalteʒ
Sed certe.
Lactantiꝰ.

Epitome capitis. lxxix.

¶ Precipiendo aut optando indifferenter fere dixeris: veni: venito venias: ⁊ venies ad me. prohibendo autem ne venias aut ne veneris futuri temporis: non veneris preteriti eſt temporis ⁊ negat. Poete frequēter ne et non imperatiuo dant prohibendo: quod orator rariſſime. Ne autem ſecunde ⁊ tertie perſonis prohibendo congruit: non vero prime vt non auſim; non auſis: non audeam. ne audeas ſecus loqui

¶ Omnia vero in textu notitiora ſunt q̄ vt declarentur. addere poſſimus proſpiciendū eſſe ne diuerſos modos copulemus.

Ueni ad me: venito: venias: venies: ne venias. ⁊c. Ca. lxxix.

VEni ad me; venito ad me: venias ad me: vēties ad me. Scribe ad me: ſcribito: ſcribas ſcribes: indifferenter pene his quattuor vtimur horum tamen vno in negatione ne venias ⁊ altero quo in affirmatione non vtimur in hunc modū ne veneris. Nam ipſuʒ veneris duobus modis accipitur: vno ſubiunctiue: vt ſi veneris: vel cuʒ veneris: altero ſine ſubiunctione: ideo illud nō eſt verbū principale. hoc eſt: vt ſi me iuueris rē optimam feceris. Dimitte me et diuiteʒ feceris Aufer huic magiſtratuʒ ⁊ eum iugulaueris. Eamus in portum iam naues venerint. Cice. At q̄ nobis gratiſſimuʒ vt etiaʒ pro Scipi. polliciar feceris ſi quo ⁊c. Sciendū tamen eſt q̄ hec oīa verba futuri ſunt temporis: veluti ſi ita cōmutemus: ſi abſtulero huic filiam eū iugulauero: nō autē iugulauerim. Ego hoc videro: tu videris. vos videritis quaſi hoc ego videbo vel videam tu videbis vel videas: ne veneris futuri item eſt tēporis: nō veneris preteriti illud vetat: hoc negat: qđ ſecundum cōmune eſt cū prima perſona ⁊ tertia vt neq; vero crediderim: neq; vero fuerim in ea opinione qua ceteri. Et ſine negatiōe

Cicero

Ne venerīs
nō veneris
Ne cuʒ imperatiuo.

improbe dixerim: dixerit aliquis non veni non fac: non iugula apud oratores fere nunq̄: ſʒ apud poetas. vt Vergil. Ne ſeui magna ſacerdos Et Terentiꝰ. Ne nega. Liuius lib. ij. Craſtino die oriente ſole in aciem redire erit copia pugnandi: ne timete. ⁊ Quint. Tu illam defende: arma ne relique. Hic nos Quin. admonet ne pro illo ne feceris: dicamus non feceris quia alteruʒ negandi eſt: alteruʒ vetandi. Ideoq; ne cū prima perſona ſingularis numeri nunq̄ coniunctum inuenimus ob eā cauſam propter quam imperatiuum caret prima perſona in ſingulari: quia nemo ſibi ſoli imperat aut vetat. Unde frequēter legimus ne timuerimus: ne timeas: ne timueritis: ne timeant. nunq̄ aūt ne timeā: niſi ne p̄ vt non: ſed nō timeaʒ: nō auſim: nō ſperem: non timuerim: nō ſperauerim: non crediderim. i. timere: audere: ſperare: credere non poſſum: aut non debeo ita in alijs perſonis: vt idem Quin. Nō expectes vt ſtatim gratias agat: qui ſanatur inuitus id eſt expectare nō debes. Non enī eo modo hoc dixit quo dicere ſolemus cū vetamꝰ ne me expectes amplius. Hic enim negatio eſt: non vetatio: ita nō expectaueris: et ne expectaueris quorum alteruʒ preteriti temporis eſt negat: alterum futuri et vetat

Terentius

Fabius.

Non cū prima pſona ne cuʒ alijs

Epitome capitis. lxxx

¶ Venuſte etiā poſt negationē ſeq̄t alia p̄ ſi nō aut niſi: vt late patet in exēplis in textu citatis.

De negatione adhuc quod ad elegātiam pertinet. Cap. lxxx.

HOc quod adhuc de negatiōe ſubijciam: ad ſolam elegātiam dicēdi ptinet quod quale ſit ſubiectis exemplis perſe apparebit Quint. Nō eſt difficile vt maritū vxor occidat: ſi non eſt difficilius vt filius patrem: Idem. Atq; eo cauſaʒ dimittimus: vt nō ſit abſoluendus adoleſcens niſi etiā laudandus. Idem. Quare non petit vt miſerū putetis: niſi et innocens fuerit: nō petit vt affectū alienetis: niſi et probauerit ſeſe infelicior: ē q̄ patrē amiſit q̄ oculos. Seruꝰ Sulpitiꝰ: At q̄ amittere liberos malū eſt: malū niſi hoc peius eſt ferre ⁊ perpeti. Sallu. Parcite dignitati Lentuli: ſi ipſe pudicicie, ſi fame ſue: ſi dijs aut hoibus vnq̄ vllis pepercit. Ignoſcite Cethegi adoleſcētie: niſi iterū patrie bellū fecit Titus liuiꝰ lib. xxvj. Nam qđ ad ea attinet: que nobis obiecit niſi gloria digna ſint; fateor ea defendi non poſſe. Ouidius. Nec tamen hec ſeries in cauſa profit achiui. Si mihi cuʒ magno non eſt cōmunis. Achille. Huic ſimile eſt quale apud eundem. Mentior: obſcurum niſi cuʒ nox fecerit orbē. Nuper oneratas ſummo mea vulnera celo videritis ſtellas. ⁊ Quin. Mentior: niſi cum peregrinatio mea nos deduceret maluit eſſe cū matre. ⁊ iterū. Aſſidere enī cibos miniſtrare manū porrigere quilibet poterat. Mentior: niſi factū eſt. Idem verbum apud Ambroſiū eodem modo poſitū tum in libris officiorū tuʒ in hexameron tum in alijs reperies: ⁊ apud Li

Negatio cuʒ niſi ⁊ ſi non.
Quitilianꝰ

Salluſtiꝰ.

Ouidius.

Mentior

priſcianum ad Donatum. Menſio: niſi alios qui talis eſt increpat: turpes turpis infamat

Epitome cap. Lxxxj.

¶ Uter vtri nocuit recte dicitur: vterqꝫ vtriqꝫ duriter: neuter neutri nequaqꝫ vterqꝫ alteri aut neuter alteri rectiſſime. Et ſicut vter vtri: ita quis cui etiam in alijs caſibus.

¶ Si quis dicat neuter neutrum percuſſit: ſenſus erit quia vterqꝫ vtrunqꝫ hoc eſt ⁊ ſe ⁊ alterum ideo non dicam vterqꝫ vtrunqꝫ percuſſit niſi ſe percuſſerint ambo: ſed vterqꝫ alterum que res elegantiam inuenit. Nam ſi vterqꝫ ſe ⁊ alterum percuſſit: vere diceres vterqꝫ vtrunqꝫ percuſſit que res in conſimilibus animaduertenda eſt.

Uter vtrum accuſat. Cap. Lxxxj.

Uter vtrūꝫ vterqꝫ alterum ⁊c.

VTer vtrum accuſat latine dicitur: vt cicero pro Milone. Uter vtri inſidias fecerit: vterqꝫ vtriqꝫ vix auſim dicere neuter neutri omnino nō dixerim. Terent. in phormione inqt. Quia vterqꝫ vtriqꝫ eſt cordi. In. x. quoqꝫ cōmentario: rerum a Ceſare geſtarū. ſiue ab Ircio ſiue ab Oppio nam incertus author eſt: edito ſic legi. Interim diſſentione orta inter Achillem ⁊ Arſinoen: cū vterqꝫ vtriqꝫ inſidiaretur. ⁊ ſummam ipſe obtinere vellet. Cicero autem ⁊ Quin. quantum inueni ſic nunqꝫ locuti ſunt quorum prior: ſic ait: quorū vterqꝫ ſuo ſtudio delectatus contempſit alterum. poſterior ſic. Cum enim vterqꝫ alteri obijciat palam eſt vtrunqꝫ feciſſe. Atqꝫ ſic dicendum eſſe per illud frequentiſſimū probatur: alter alteri obijcit: alter alterū contemnit: alter alterum accuſat: alter enim alterum non ambo ambos accuſant: idem dico de neuter: vt idem Quin. Ita fiet: vt cū equali cura linguam vtrāqꝫ tueri cepimus: neutra alteri officiat. Quare peccauit tuꝫ amicus meus: ſi amicos licet palā reprehēdere: q̄ mihi nuper ad ſe ſcribenti vter vtri bellum intuliſſet. reſpondit neuter neutri. aut potius vterqꝫ vtriqꝫ tum Priſcia. qui lib. ij. ait. Fiſcina vero a fiſco an fiſcꝰ a fiſcina an neutrū a neutro dubiū eſt debuerat dicere. an neutrū ab altero. Nam quod a ſe non deriuatur ſuperuacuum eſt dicere. Sed dicendum tantū ab altero non aūt a neutro quaſi nec ab altero nec a ſe. Nec illud quidē ſileamus vt dicimus vter vtri. ita quis cui: vt virgilius. Que quibus anteferam. Et Cic. Quid cui preponendū ſit. Qui. Quid quo loco ſit collocandū. Idem vt dubiū ſit quid quo referri oporteat

Terentius

Cicero

Fabius

Epitome cap. Lxxxij.

¶ Prius aduerbiū ad tempus reſpicit prior ad perſonam. vnde vtrūqꝫ dicere licet. ſed in diuerſo ſenſu: vocaui te prius ⁊ prior immo ⁊ priorē.

Uocaui te prius: vocaui te prior. Ca. Lxxxij.

Priꝰ ⁊ por.

VOcaui te prius non eſt idē quod prior. Illud ſignificat tempus quaſi prius q̄ nunc vel tunc hoc vero perſonā id eſt ego duorum prior. Et hoc quādo duo ad vnum referuntur. Si quidem ego ⁊ hic te vocauimus: ſed ego prior: hic autem poſterior: ita ſit cum vnus ad duos refertur. Uocaui te priorem melius q̄ prius: illum autem poſteriorem. melius q̄ poſterius. Per paſſiuū quis tam hoc dicere nequeat: vocatꝰ es a me prior: ſi duo eſtis: vocatus es a me priore. ſi duo ſumus. Eadē ratio eſt ſuperlatiuorum primus et poſtremus ſi multi ſumus vocaui te primum vel poſtremum ſi multi eſtis. Nonnunqꝫ ex neutra pte ſunt duo: ſed vtriqꝫ ſinguli: ⁊ tamen per hoc idē comparatiuū loquimur: vt vocaui te prior: percuſſi te poſterior: ſupple q̄ tu me. Nonnunqꝫ hinc vnꝰ eſt illic plures: vt vocaui te prior. ſupple q̄ vos me: vocauimꝰ te priores. ſupple q̄ tu nos. Idē de ſuperlatiuo vbi multa membra ſunt vt primi nos venimus: vos poſteriores: ille vltimus primus ego intraui vallum: tu ſerior: illi tardiſſimi

Epitome cap. Lxxxiij.

¶ Uerba ad accuſationem ⁊ damnationem pertinentia regunt crimen ⁊ penā in genitiuo aut ablatiuo exceptis his dictionibus altero: neutro vtroqꝫ ⁊ ambobus quas in ſolo ablatiuo regunt.

¶ Cauſā nonnulli putant q̄ dicendo arguo te furti ⁊ parricidij ſubintelligatur crimine: cui cōformari debeat adiectiuum dicendo vtroqꝫ. vt ſit vtroqꝫ crimine ⁊ furti et parricidij. aut neutro. aut altero: aut ambobus. ſcilicet criminibꝰ ſiue autem id dicamus ſiue quia authoribus placuit ita loqꝫ: obſeruāda eſt peritorū conſuetudo

Tenetur ne ſacrilegij: an furti: an vtroqꝫ. cap. cxxxiij.

Uerba a-
cuſandi
Damnād-

SI quis furetur rem ſacrā de prophano: tenetur ne ſacrilegi an furti: an vtroqꝫ: non autē an vtriuſqꝫ. qui ſuſtulerit rē ſuā de ſacro: furti nec tenetur an ſacrilegij: an neutro: non autē an neutrius. Accuſare hunc potes: vel furti vel ſacrilegij vel de vtroqꝫ vel de ambobus non autē vtriuſqꝫ aut amborum. Condemnare non licet de vtroqꝫ ſꝫ de altero: vel furti: vel ſacrilegij: nō autem ſed alterꝰ: vel furti vel ſacrilegij. Cur ita ſit vt demus varios caſus eidem verbo preſertim ſub coniunctionibus que eoſdē coniungere debent caſus: Nempe q̄ nomina peccatorū cum huiuſmodi verbis idem valent in genitiuo quod in ablatiuo prepoſitione habente: vel nō habente: non idem in ceteris. Neqꝫ hoc in his modo nominibus que certum peccatum ſignificant ⁊ ſpeciale: ſed in his etiam que generale ⁊ incertum. vt Cicero. An non intelligis primū quos homines ⁊ quales viros mortuos ſummi criminis arguas: ⁊ iterum. Sceleris atqꝫ nefarij parricidij condemnauimus. Per hec verba licebit tanti ⁊ quanti cū ſubſtantiuis adiungūtur: per genitiuum vel: vt quante pecunie condemnaſti: tante ſumme damnaui. Liuius libro. xlvij. Sed nequaqꝫ tantum relictum eſt: quāte ſumme damnatus fuerat.

¶ Epitome capitis.cxxiiii.

Impleo / Refercio — ¶ Impleo ⁊ refercio ablatiuū ſine ꝑpoſitione regere poſſunt aut mediante prepoſitione de: que tunc neceſſario additur quando ſignificatio eam exigit. Regunt etiam genitiuos ſꝫ vſitatius eorum nomina: vt plenus gratie referto predonum mari.

¶ De vbo eſt illō Vergilianū.enei.i. Implent veteris bacchi.pinguiſq; ferine. Sūt ⁊ alia nomina gtīū aut abltīū regētia vt pauper egenꝰ: inops.dis.diues.locuples.abūdans ⁊ ſimilia.

¶ Impleo ⁊ refercio.ablatiuum poſtulant. Caplō.cxxiiii.

Contrariū prope huic eſt qō ſubiiciam impleo: ⁊ refercio: ⁊ ſilia verba ablatiuū ſine prepoſitiōe poſtulant: vt impleui nauem frumēto et referſi apothecā vino et tamē aliquando addimus illam prepoſitionem de: ſic impleui nauem de omni genere frumēti: ⁊ referſi apothecam de varia natura vinorū. Vix auſim dicere impleui omni genere frumenti: ⁊ referſi varia natura vinorꝫ: hoc qō dicimus exemplo cōprobandū eſt. Cicero — Cicero de oratore. Quod ſi tantam vim rerꝫ maximarum arte ſua rethorici ample cterent: qrebat cur de procmiis ⁊ de epilogis et de huiuſmodi nugis [ſic eīn appellabat] referti eſſent eorū libri. Hic nequaꝙ licuiſſet ſine prepoſitione loqui. Nō eīn libri illi referti ſunt procmiis ⁊ epilogis: ſed preceptis procmiorū et epilogorū ſicut in ſuperioribus: nō eſt nauis impleta omni genere frumenti: ſed frumento omnis generis: neq; apotheca referta oīi natura vinorū: ſed vino oīis nature. Qr de refercio de impleo mentionē feci. Refertus / Plenus — Dico hoc amplꝰ de refertus ⁊ de plenus. Exēplum quod modo attuli oſtendit refertus poſtulare ablatiuum ſicut impletus: ſicut vacuatus: ſicut vacuus. Idē tamen Cicero ait ꝓ lege manilia. Referto predonum mari. Et pro Plantio. Audieram refertam eſſe greciā ſceleratiſſimorū hoīm ac nefariorum. Sed nunc tranſit in nomen tametſi cetera huiuſmodi noīa ablatiuū ſemper habent: vt vacuus incolis non incolarum: frequens populis non populorꝫ: preter ꝙ plenꝰ: cui Cicero ſemper genitiuū dedit. De ceteris auctoribus non poſſum in vniuerſum pronunciare: cū multi etiam ſue etatis ablatiuum dederint: Varro — Varro lib.i.rerum ruſticarū. nihil ſua intereſſe vtrum his piſcibus ſtagnum habeat plenū an ranis: Et Saluſt. in Iugurth. Que ꝙꝙ gratia et flagitio plena videbant̄ tn̄ q: morꝫ metu mulctabant̄: ſicut regi libuerat: par conuenit. Suoq; arbitrio ſcriptores vtuntur. Poſteriores vero omnes: vt hoc nomen nouiſſimus pro vltimo: ita etiam plenus vino dixerunt non ſolum plenus vini: Quare qui ſolo genitiuo ꝯtentꝰ erit. Ciceronem imitabitur: qui vtroq; vtetur: ceteros. Sed in vtendo habebit ⁊ venuſtatis rationē ⁊ lucis. Quod vel ex proximo exemplo oſtēditur. Aue gratia plena. Ego ad euitandā amphibologiam dixiſſem. Aue gratia plena: quēadmodum in alio eſt factum: vbi non erat ambiguitas: plenuꝫ gratie et veritatis: licet diuerſa verba hic ſint atq; illic in altero eſt:

in altero

Liuiꝰ vt nomini plenꝰ dat etiā abltīū ita verbo impleo dat etiā genitiuū.vt in qnto. Ipſe multitudinē quoq; que ferme ſemper regenti eſt ſimilis: religionis iuſte impleuit.

¶ Epitome capitis.cxxv.

Potior — ¶ Potior nunc ablatiuum regit omnium dictionuꝫ preter genitiuum rerum i[n] quo ablatiuus imperio aut dominio ſubaudiri videt̄ olim etiam accuſatiuum rexit. exponiturq; per obtinui: eſt enim de rebus que molimine et conatu obtinētur. et tam tertie ꝙ quarte coniugatiōis reperitur.

Potior ⁊ gtīū ⁊ abltīū hr̄e poſſe. capl'. cxxv.

Potior rex — Potior hos eoſdē caſus habere poteſt: ſed cuꝫ ceteris frequētius ablatiuum cū hoc noīe res fere ſemper genitiuum: vt Lacedemonii rerum diu potiti ſunt: id eſt rerum imperium diu tenuerint. In aliis nominibus magꝭ ſignificatio exponitur per obtinuerunt ꝙ retinuerunt vt potitus ſum victoria: ſuꝫ potitus amica: id eſt pugnando vel laborando obtinui victoriam vel amicam. In preſenti tēpore plerumq; fruor Cicero. ꝙ ſi his voluptatibus bona etas fruitur libentius: primū paruulis fruitur rebus: vt diximus deinde his quibꝰ ſenectus etiam ſi non abunde potitur non omnino caret. Pro eodem poſuit fruitur ac potit̄. Potitur pro potitus eſt preſertim more hiſtorico legimus. Potior a potis deſcendit ideoq; illi in ſignificatione ſimillimum eſt. nam ſuꝫ cōpos mentis: compos animi: compos rationis: compos ſanitatis: ꝙ hec habeo At compos voti: compos victorie: compos optati ꝙ hec opera mea atq; labore obtinui: obtineoq; illud tamen ſciendum eſt apud Ouidiū in.xii. ſic legēdum. Luq; tuis armis nos te poteremur achille: non potiremur ante penultima breui non lōga: a tertia ſcꝫ non a quarta coniugatione.

¶ Epitome capitis.cxxvi.

¶ Traiicio tam virtute prepoſitionis ꝙ verbi accuſatiuum regere poteſt vnde interdū duos ſimul regit ſed in diuerſo ſenſu.

¶ Traiicio. Capl'.cxxvi.

Traiicio exercitū. id eſt, trāſporto exercitum trans mare aut trans flumen. Traiicio mare vel flumen. id eſt tranſeo. Aliquando vtrunq; coniunctim: vt Liuius traiecit copias hiberum: ⁊ plancus. Traieci exercitum Iſaram.

¶ Epitome capitis.cxxvii.

¶ Do tibi litteras ad alium perferēdas vt reddas. do ad te litteras vt lecturus accipias.

¶ Do tibi litteras: do ad te litteras. Caplō.cxxvii.

DO tibi litteras tanq̄ tabellario: do ad te litteras ſcilicz ad te perferendas. Aliquando hec duo cōiunguntur vt Cicero. Dedi illi ad te litteras Et Salu. Vulturtio litteras ad Catilinā dat ergo q̄ mittit litteras dat: cui littere dātur ſi perfert reddere dicitur: ſicut ille ad quē dantur accipere. Saluſtius

℃ Epitome cap̄. cxxxviij.

℃ Eo ad villam ⁊ in villam pro eodem dicimus ſed confero in patrem ⁊ ad patrem munus differenter: nam illic eſt beneficiuz ⁊ donatio: hic obſequium aut ſola perlatio.

Eo in ⁊ cōfero in ℃ Eo in villā: eo ad villā. ca. cxxxviij.

EO in villam et eo ad villam proficiſcor in campū ⁊ ad campū cōfero me in agruz ⁊ ad agrū: idē ſunt ⁊ in ſimilib⁹ pter q̄ in hoc vltimo verbo: quotiēs referf ad perſonam. Dicimus em̄ contuli me ad Catonem ⁊ contuli me ad patrem. Nō autē in Catonē ⁊ in patrem: ad diſtinguendam verā ſignificationē Nā cū dico ɔtuli ī perſonā: nō poſſuz addere alterā pſonā velut me ſz rē velut bn̄ficiū: eritq̄z ſignifitio dictionis: vt multa cōtuli in Catonē. i. donaui. Nemo in patrem poteſt tanta bn̄ficia conferre quanta contulit pater in filium.

℃ Epitome cap̄. cxxxix.

℃ Refero tibi. i. recito ⁊ enarro: refero ad te id eſt in conſulationez tuā, fero: et iudiciū tuū poſco plerumq̄z ſignificat. cap̄. xxxix.

Refero illi et ad te. RETtulit mihi rettulit ad me ita differūt q̄ illō eſt: narrauit: hoc vero in cōſultationē tulit: vt Quin. Relatur⁹ vobis iudices ordine malorū meorū cuctū: quē nemo tā crudelis, nemo tam ſeuus audiet: vt me nō paſcat. Sed hoc nemini ignotū eſt. Idē vultis ſcire iudices nihil impatientia charitatis feciſſe patrē. non rettulit ad matrem: nō propinquos cōſuluit. nō amicos. Cicero in Catili. Refer inquis ad ſenatuz. id eſt fer in cōſultationē ſenat⁹. Virgi. iij. enei. Delectos populi ad proceres primūq̄z parentē Monſtra deū refero. Et ne dubitares de ſenſu ſermonis huius: more ſuo aperuit ſubiungens. Et que ſit ſententia poſco. Pauloq̄z poſt Surge age: ⁊ hec letus lōgeuo dicta parenti. Haud dubitanda refer. Sunt em̄ duorū verba nō cōſiliū ab anchiſa petentiū: ſed illū quid agendū ſit docentiū. Ideoq̄z addif illud haud dubitanda. Porro vtraq̄z harū ſententiaꝝ in verbo verſatur: aliquādo etiā in facto: ſed diuerſa ē ſignificatio: vt Quin. Ad patrem arma rettuli. id eſt reportaui. Et Cicero. Si ad vnū oīa referenda ſunt: digniſſimū eſſe Pompeiū hoc eſt ſi ī vnū oīa cōferēda ſunt: de re intelligif nō de oratione. Quid illud q̄le eſt eiuſdē pro deiotaro. Qui rumores ad ſe referent. ⁊ quale eſt Ceſaris: vt quę diceret Arioviſtus cognoſcerēt: ⁊ ad ſe referrent. Hic de verbis agitur ⁊ tamē nō ſignificatur ferri in cōſultationē ſed potius narrari ⁊

Cicero. Vergilius. Cicero.

renunciari mandata ab altero data. Preterea hic ſolet adhiberi actūs vel noīatiuus. Ibi crebro in proſa preſertim ablt̄us cū ppoſitione de vt de oib⁹ his referā ad ſenatū. Oīa aūt hec referā ad ſenatū rarius dicif: tn̄ ſignificat idez quod eſt in ſenatorum conſiliū feram:

℃ Epitome cap̄. cxl.

℃ Interdico tibi aqua ⁊ igni: potius q̄ aquā et ignē: ⁊ interdictū eſt tibi aqua ⁊ igni potius q̄ aqua ⁊ ignis interdictus eſt tibi: ſed ſic quoq̄z reſoluere licet aut tertio ſic. Tu interdictus es aqua ⁊ igni. Sunt aūt tres modi reſoluendi accuſatiuū dum actiuum mutatur in paſſiuū: vn⁹ ſic. dedi tibi equum. equus datus eſt tibi a me. Secundus ſic. Docui te muſicā. Tu a me doct⁹ es muſicam. non muſica docta eſt te. Terti⁹ dū vterq̄z reſolui pōt vt rogaui te veniā. i. tu rogatus es a me veniā: vl' venia rogata ē ex te a me. ℃ Animaduertendū ergo q̄ hō dicetur doctus non res quam didicit: et veſtitus nō ipſa veſtis et indutus potius q̄ indumentum. Mancinellus probat interdico etiam cum accuſatiuo cōſtrui his verbis. Interdico tibi aquam. ⁊ ignez dici ⁊ iam poſſe oſtendunt. Iuſtinus lib. v. Et cui ante oēm humanam opē interdixerat. Seneca epiſtola. lxvij. Interdices mihi inſpectionē rez nature. Ouidius lib. vj. meta. Cui quondā regia cōiux orbem interdixit. Valerius maximus lib. ij. Interdixit etiam ei coniunctū hominum vſumq̄z balnearum: turmaſq̄z equitum quibus prefuerat: ademptis equis in funditoꝝ alas trāſcripſit. Neſtor addit et aliorū exēpla vt Suetonij in Nero. Et cū interdixiſſet vſum amethiſtini ac tyrij coloris ꝑcluſit cunctos negociatores. Sen. lib. iij. de ira. Si iubes ceſar. ſtatim illi domū meā inter dicā

Interdico

Mancinellus.

Valerius

℃ Interdico tibi aqua ⁊ igni. Cap̄. cxl.

INterdico tibi aqua ⁊ igni nō aūt interdico tibi aquā ⁊ ignez: neq̄z interdico te aqua ⁊ igni. Quo autem modo mutabif in paſſiuuz hec orō. Sunt tres modi quantū colligere poſſum mutandi actiuū in paſſiuū. vnus vbi adeſt ſolus ac accuſatiuus: ab eo in nominatiuū mutato incipiendi vt dedi tibi equū: equus a me tibi datus eſt: alter vbi ſunt duo accuſatiui: alterū in noīatiuū conuertendi: alterū relinquendi. vt docui te muſicam: tu a me doctus es muſicam nō autem muſica docta eſt a me te: tertius vtrūlibet horū accuſatiuoꝝ mutandi in nominatiuum alterum vel relinquendo: vel in ablatiuū cū a vel ab transferendo ſic: ego rogaui te veniaz: tu rogatus a me es veniam vel venia abs te rogata eſt mihi: licet per hoc ſecundū tu magis videaris rogaſſe pro me q̄ ego te. Quē horū modoꝝ hic verbo tribuemus: nullum: ⁊ tamē ſunt tres iſti ſimiles vn⁹ hic eſt: tibi interdictū eſt aque et igni: quod eſt frequētiſſimū. Alter hic aqua et ignis tibi interdictus eſt: vt Liuius lib. viij. Interdictumq̄z populo antiati mare. Quod ſi eſſet mari prioris modi foret exemplū. Terti⁹

Interdico Modi actiuorū reſoluendi.

hic tn̄ interdictus es aq̄ ⁊ igni : ſed tn̄ hic modus eſt ceteris rarior. Metellus numidic⁹. Illi vero om̄i iure atq̄ honeſtate interdicti ſunt ego neq̄ aqua neq̄ igni careo.

¶ Epitome cap. cxlj.

[Pluit.] ¶ Pluit apud peritiores ſuppoſito caret: p oppoſito vero ablatiuo gaudet: licet aliis caſibus vulgo iungatur. Ningit tam ſuppoſito q̄ appoſito .i. caſu tam anteriore q̄ poſteriore caret

[mācinell⁹] ¶ Dico ablatiuo gaudet. Nam etiā alios caſus recipit. vnde mancinellus. Pluit ſanguis vl' lapis pluit ſanguine ⁊ lapidibus: pluūt lapides: [Tibullus] in noīatiuo ſcʒ. Et de⁹ pluit aquā recte dicitur Tibullus li. ij. Multis vt in terris depluerit q̄ [Plynius.] lapis. Statius li. viij. thebaidos: Sata pluūt Plynius. li. ij. Preter hec inferiore celo relatū in monumēta eſt lacte ⁊ ſanguine pluiſſe. Ibidem effigies q̄ pluerat ſpongiaruʒ fere ſimilis [Plautus.] fuit. Plautus in muſtel. Venit imber: lauit parietes: perpluunt tigna. putrefacitq̄ operaʒ fabri. Ibidem. Quā mihi amor ⁊ cupido in pect⁹ perpluit meū. his igit' patet pluit habere ſuppoſitū noīatiuū vel ablatiuū. Et deus pluit carnē: ⁊ huiuſmodi dicendi gen⁹ nō ſolum nunc di[Tunc finis]ci ſed a plauto quoq̄. Hec ille. nihil tamē plautini in approbationē dicti ſui citat. Nā aliud eſt depluere ⁊ perpluere: aliud pluere. Multa eī compoſita actiua ſunt quoruʒ ſimplicia abſoluta. Itaq̄ apud tibullū depluerit eſt quaſi ceciderit deorſum in morē pluuie. Perpluit aūt eſt per mediū pluit. Unde ī plauto perpluūt tigna ſignificat q̄ per mediū tignorū pluit. nec eſt accuſatiui caſ⁹ dictio tigna: ſʒ noīatiui ſicut amor et cupido in pectus perpluit meum.

¶ Pluit. cap. cxlj.

[Pluit Ningit.] PLuit caret ſuppoſito habens oppoſitum ablatiuū: vt Liui. Nunciatū eſt in albano lapidib⁹ pluiſſe: licet nunc dicam⁹ de⁹ pluit carnem Pluit manna. Pluit eſcaʒ. Ningit vero ſuppoſitum ⁊ appoſitum reſpuit.

¶ Epitome capitis. cxlij.

¶ Decet iuuat ⁊ cōducit pro vtile eſt. nō plane ſunt imperſonalia q: interdum habent ſuppoſitum etiam pluralis numeri: quin adeo ſi infinitiuus pro ſuppoſito cōſtruatur fere perſonalia fuerint. Explicit ⁊ expliciunt in doctorum vſu non ſunt.

¶ Ut decet me cantare: cātare me decet. Et in hymno. talis part⁹ decet deū Pro explicit aūt dicunt nonnulli explicitum eſt.

¶ Decet: iuuat: conducit. Cap. cxlij.

[Decet Iuuat Conducit.] DEcet: iuuat: conducit. pro vtile eſt: et ſigna ſunt alia pſonalia ſunt plane nec imperſonalia cū habēt numeros: hec veſtes decet nos: iſti tibi iuuant te ſtudia ſecreta maxime pducūt. Explicit expliciunt nunq̄ quod ſciam legi.

¶ Epitome capitis. cxliij.

¶ Auſculto ⁊ audio aut potius audiens ſignificantia obedire datiuum regunt: ſignificātia auribus capere accuſatiuum.

¶ Ut filia ſi mihi auſcultare voles: eris mandatis diuinis audiens.

¶ Auſculto te: auſculto tibi. Cap. cxliij.

[Auſculto te Audio te et tibi] AUſculto te: audio te: auſculto tibi: obtempero tibi: ſum audiēs te: q̄ te audio: ſum audiens tibi: q̄ tibi obedio vt lex. xij. tabularuʒ apud Quin. Filiuʒ minus dicto audientem liceat abdicare. Cice. in philip. Et audiēs eſſet huic ordini: et pro deiotaro. Aut qui dicto audiētes in [Cicero.] tanta re non fuiſſent. Cū verbo repperiſſe apud ſcriptores proſe orationis tale loquēdi genus non memini. Apud Plautum in comedia q̄ inſcribitur captiui duo memini. cum dicto haud audiebat facto nō ledat licet. Hinc eſt q̄re vnū obedio ex cōpoſitis ab audio poſtulat datiuū

¶ Epitome capitis. cxliiij.

¶ Dono tibi mun⁹ notū eſt. dono te hoc munere aut premij aut beniuolētie aut miſericordie gratia.

¶ Sunt ⁊ alia que ſic accuſatiuū cū ablatio regunt vt beo: dignor: accumulo: augeo: doto: dito: locupleto: beatifico. ſed nō ſic datum regūt. vt dono ⁊ impertior. vt plurima ſalute te īpertior et impertior tibi plurimam ſalutem.

[Dono] DOno tibi munus notuʒ eſt q̄d ſignificat: dono te munere plerumq̄ premij gratia: ſed interdū admirationis: interdū beniuolentie: interdū miſericordie. Cicero pro Archia. Sylla cū gallos [Cicero.] et hiſpanos ciuitate donaſſet: videlicʒ in pmiū Que exēpla ſunt plurima: vt militariſis donis corona vallari: immunitate donatus ſum. Idē pro eodē. Itaq̄ ſi ciuis romanus Archias legibus nō eſſet: vt ab aliquo imperatore donaret' perficere nō potuit. Certe īperator nō remuneratiōis cā Archiā ciuitate donaſſet: ſʒ admiratiōe ingenij ⁊ beniuolētia. Virg. Nemo ex hoc numero mihi nō donat⁹ abibit. Nimirū nō pre[Vergilius]mij gratia. Nā tres pmia primi accipient. Beniuolētie ergo nō meriti illorʒ gratia: cum poſtremi nihil oīno mereant'. Quale eſt Valerij maximi li. ij. Rex Antioch⁹ bello qđ cū romanis gerebat filiū Scipionis a militib⁹ ſuis interceptum honoratiſſime excepit: regijſq̄ muneribus donatū vltro ⁊ celeriter patri remiſit. Utiq̄ amicitie gr̄a. Et amphitrion apud Plautum. Verū ita animatus fui: itaq̄ nunc ſum vt ea te patera donē. ⁊ paulopoſt. Alcmena inq̄t. pateram profecto feras: qua hodie me⁹ vir donauit me: in quorū vtroq̄ ſola in donando beniuolentia declaratur. Idem Plautus in aulula[Plautus.]ria. Dij immortales quibus ⁊ quantis me donatis gaudijs. Qui. in gladiatore. Quod me facere conuenit: qui per maria latrocinijs infecta petit⁹ ſum ſol⁹: q̄ lucē: libertatē: deniq̄ quicqđ pati debeo non ignarus: vt primo natalis hore tempore: ſed videns ſentienſq̄ acceperim: nec ſolum donatus his bonis: ſed ſummis periculis liberatus ſum. Verba ſunt hominis ex ag-

geratis beneficia amici:vt ſe maxime illi oſten
dat obſtrictũ. Sola ergo fuit ratio beniuolen‑
tie. Idem in pariete palmato. ꝙ blande ille ſe
poſuit miſerũ ſuum. ꝙ diligenter vxoꝛis gaude
tis excluſit oculos: ꝙ multo eccũ pudoꝛe dona‑
uit. Hic habita eſt miſericoꝛdie ratio. Suet. in
vita Augu. Et ne enumerẽ quot ⁊ quos diuer‑
ſarum partium venia:et incolumitate donatos
Coꝛnelius nepos de vita attici. Auxit hoc offi‑
cium quoqꝫ liberalitate. Nã vniuerſos frumẽ‑
to donauit. pꝛofecto clementie:non remunera‑
tionis gratia.

¶ Epitome capitis:cxlv.

Incumbo. ¶ Incumbo omnes dictiones in datiuo rege‑
re poteſt:ſed eas quoqꝫ in accuſatiuo mediãte
in vel ad que ad ſtudium animumqꝫ pertinent
¶ Ut incumbo remis ⁊ ſtudijs. Incumbo i ſtu
dia vel ad ſtudia:non autem ad remos vel in re
mos. Cã diuerſitatis videtur:qꝛ dicẽdo ad ſtu‑
dia litterarꝫ videt̃ ſubaudiri datiuus: vt ſit icũ
bo curis aut vigilijs aut pluteo:ad ſtudia litte
rarꝫ:ſꝫ modica eſt ratio. Potioꝛ aũt eſt ratio au
ctoꝛis:qꝛ in rebus ad animũ pertinentibus me
taphoꝛicos loquimur. vt ſit incũbo quaſi inui‑
Calepinus gilio aut innitoꝛ. Calepinus autem affert exẽ‑
plum vbi Cicero incumbo in rẽpubli. dixit. Ut
ad Coꝛnificiũ. Te tñ hoꝛtoꝛ vt omni cura in rẽ
pub. incũbas. Vulteqꝫ vt accedẽte tã tacite ꝙ ex
preſſe adiectiuo ſeu nomiali ſeu participiali ⁊
mediãte ꝓpoſitiõe accuſatiuo ſit locus. vt apđ
Ci. pꝛo. L. Sylla. Nemmẽ eſſe ex illo honoꝛis
gradu qui non oĩm ſtudio:virtute: auctoꝛitate:
incubuerit ad rempublicam conſeruandam.

Incumbo. Cicero. INcumbo ſtudijs: ⁊ incum‑
bo remis. Virgi. Validis incũbi‑
te remis. Incũbo in ſtudia et ad
ſtudia:ſed nõ incũbo in remos et
ad remos. Ci. Pergite adoleſcen
tes et hec in ſtudia in quib⁹ eſtis incumbite. et
alibi. Quare incumbam⁹ o noſter Tite ad illa
pꝛeclara ſtudia et eo vnde diſcedere non opoꝛ‑
tuit aliquando reuertamur. Neqꝫ hoc in bonũ
tantummõ accipit̃:ſed etiam in malum. vt idẽ
Marco Catoni incumbenti ad eius pernicieꝫ
Sed illud incũbite remis:non eſt per trãſlatio
nem dictũ:vt hoc. Nã vt cum remiges incũbũt
remis vel cum nos operi faciundo incumbim⁹
toto pectoꝛe:ſignificatur diligentia ⁊ conatus:
ita vt cum acutius quid mente agimus incũbe‑
re dicimur:quemadmodũ e contrario ſupini di
cuntur qui negligenter agunt.

¶ Epitome capitis. clvj.

¶ Nonnulla verba in diuerſo ſenſu datiuo ⁊ ac
cuſatiuo conſtruunt̃:plura in eodem: ſed accu‑
ſatiuo fere miniſterio pꝛepoſitionis per quam
quedã etiam ablatiuo congruunt. In diuerſo
igit̃ ſenſu dicim⁹. Metuo timeo ⁊ foꝛmido tibi
et te. Nã tibi quaſi amico:hoc eſt pꝛo te ⁊ incõ‑
modum tuum ne quid tibi mali accidat. ſꝫ te tã
ꝙ inimicũ ne quid mali in me moliaris. Cedo
tibi. i. locũ do ⁊ concedo. cedo te, flagello aut oc
cido. Accedo tibi. i. adijcioꝛ et aduenio: accedo
te. i. aggredioꝛ. Conduco tibi. i. vtilis ad aliqđ
ſum:conduco te. i. ſimul duco. Conuenio tibi. i.
conſentiens ſum aut commodus:vnde cõuenio
tecum etiam dicitur:conuenio te. i. cito aut cõ‑
pello:aut congredioꝛ. Inceſſo tibi. i. inijcio. aut
suboꝛioꝛ:inceſſo te. i. peto ⁊ cedo. Nec eſt pꝛete
ritum a verbo incedo:vt in marginib⁹ falſo no
tatum inueni:ſed verbũ inde foꝛte deductũ:ter
minatum in ſo. Sic differenter dico:do cuſtodi
equum:et equo cuſtodẽ. atqꝫ alia multa. In eo
dem autẽ ſenſu ſed in diuerſis caſib⁹ dicemus.
Inſum tibi ⁊ in te. Similis tui ⁊ tibi:ſed tui vo
lunt ad moꝛes ⁊ ſubſtantiã reſpicere. Partioꝛ
huic rei ⁊ in hanc rem laboꝛes. Naſcoꝛ huic rei
et ad hanc reꝫ. Aggrego ⁊ aſcribo ⁊ annumero
te his ⁊ ad hos ⁊ in numerũ hoꝛũ. Pꝛopꝛium ⁊
cõmune his ac hoꝝ:particeps ⁊ hoꝝ ⁊ cũ his.
Celo te hanc rẽ ⁊ de hac re. Cõmoneo ⁊ admo‑
neo te hanc rem ⁊ huius rei. Impleo vas vino
et vini. Diues auri et auro:atqꝫ innumera alia.
Oĩa eñ compoſita cum pꝛepoſitione datiuũ
regentia poſſunt appoſita ꝓpoſitione ꝓpoſitio
nis caſum regere:vt comparo: cõfero: cõpono
tibi ⁊ tecum. Oĩa item ad pugnã. vt certo. pu
gno:contendo:congredioꝛ tibi ⁊ tecum. Oĩa
dein localẽ regentia. vt infero latio ⁊ in latium
de quibus late Mancinellus in theſauro ⁊ nos
in grãmatica noſtra diſputauimus. Sed vt au‑
ctoꝛis verba explaneꝫ:cõmendo te regi. i. com‑
mitto credo ⁊ humanitati ac beniuolentie eius
mando:cõmendo te apud regem aut in ſenatu
id eſt laudo. Dimitto:te abiens. i. derelinquo:et
dimitto te vt abeas. i. ſoluo. Impendo: inſudo:
inſiſto:innitoꝛ: ibio: intẽdo: impertioꝛ huic rei
et in hanc rem. Reſpondeo:ſcribo:loquoꝛ:per‑
tineo:attineo tibi ⁊ ad te ſed potius ad te:pꝛe‑
ter reſpondeo qđ etiã datiuo non inepte iũgit̃
ſed finem facio.

Timeo te. timeo tibi. cõmẽdo. cedo. cap. cxlvj.

TImeo te tanqꝫ inimicum: ti‑ Timeo te
meo tibi tanqꝫ amico. Illic tanqꝫ of‑ Timeo tibi
fenſurus ſis:hic tanqꝫ defendendus Cõmendo
Cõmendo te regi id eſt cõmitto:cõ‑ te regi et
mendo te apđ regem. i. laudo. Cedo tibi. vnde apud regẽ.
⁊ concedo tibi pꝛo nõ repugno tibi facitqꝫ pꝛe Cedo tibi
teritũ ceſſi:cedo te pꝛo flagello te cuius pꝛete‑ Cõcedo ti
ritũ eſt cecidi pꝛo flagellaui:⁊ ſupinũ ceſuꝫ. Vñ bi.
ceſus vel ꝗ flagellatus vel ꝗ amputatus eſt ſi‑ Cedo te.
ue occiſus raro pꝛo occido hoc verbuꝫ accipit̃.
Cice. in philippicis. Cedit greges armentoꝛũ.
dimitto te diſcedẽs. id eſt relinquo: dimitto te Dimitto
diſcedentẽ. i. abire permitto: vel dimitto te. id Inceſſo te
eſt mitto inde dimiſſi legati dicũt̃. Inceſſit mi inceſſo tibi
hi cupiditas. i. ſubijt. Inceſſit me ille. i. me of‑
fenſurus me petit ⁊ accuſat. Ineſt huic loco et ineſt huic
ineſt in hoc loco. Pꝛimũ apud Quintilianũ. ce ineſt i hoc.
teroſqꝫ frequẽtius. Ait eñ. verum hoc melius
faceret natura ipſa duce:ſed naturis ipſis ars Cõparo et
inerit. Secundũ apud Ciceronẽ:vt ibi. Illđ ho confero te
neſtum quod ſepe diximus:ſi in alio cernimus

tamen nos mouet atq; illi in quo id ineſſe vide

illi ⁊ cum illo.

tur:amicos facit. Comparo hanc rem illi ⁊ cū illo:confero iſti ⁊ cum iſto. Ego ſum ſimilis ti

Siſs tibi et tui

bi ⁊ tui. Hoc eſt cōmune oibus ⁊ oim:vel cōmu ne mihi tecum:⁊ cum ceteris:Ego ſuꝫ pticeps

Cōe oibus et omniū.

laborū tuoꝝ ⁊ tibi ſum in laboribus particeps Quin. Et in pleriſq; ruris operib⁹ marito par

Particeps tuoꝝ ⁊ tibi et tuis.

ticeps. Curtius. Quod fuiſſet illis in periclis particeps. Accedit huic rei ⁊ hanc rem:vel ac cedit huc vel eo.vel eodem. Quintilia. Atq; vt

Accedit mihi et me

accedat dolori meo cumulus que hoc facit vx or mea eſt. Cicero vt ad illā optimā preclarāq; predā damnato. Sexti roſcij velut cumul⁹ ac

Impendo huic rei et in hanc rē.

cedat. Impendo curā vel operam vel laborem: et ſimilia huic rei ⁊ in hanc rem.qđ in Quinti.

Partior laborē multiſ et in multa

ſepe reperias. Partior laborē multis negocijs et in multa negocia:vt apud eundem. Adijcio

Adijcio huic rei ⁊ in hanc rē

huic rei ⁊ ad hāc rē. Reſpōdeo tibi ⁊ ad te. Ce

reſpondeo Celo

lo te hanc rem ⁊ celo te de hac re. Tu es natus ad laudem ⁊ laudi. Cicero pro Sextio. Nā qđ agerer vir ad dignitatem ⁊ gloriam natus. Et in eadem. Qui ſe patrie:qui ciuibus ſuis: q̄ lau

Naſcor. aggrego. Aſcribo. et cetera.

di:qui glorie nō qui ſomno ⁊ conuiuijs et dele ctationi natos arbitrant. Aggregabo te illis vulgo dicimus. Idem aggregare te ſoleo in nu merū noſtrū Idem pro Archia. Aſcribi ſe i eaꝫ ciuitatem voluit:⁊ pro eodem. Cū fuerit i alijs quoq; ciuitatibus aſcriptus. Ideꝫ in philippi cis. Tu vero aſcribe me in talem numerū. Idē pro Rabirio. Si quis hunc reprehendendum putat:aſcribat ad iudiciū ſuum nō modo meā: ſed huius etiā ipſius qui cōmiſit ſentētiā. Iteꝫ cōtra Rullum: illum ſibi collegam aſcriberes. Tibi hoc aſcribendum eſt. id eſt tibi tribuēdū et imputandum.

Epitome cap.cxlvij.

Penitet:tedet:miſeret:piget:⁊ pudet q̄ vera impersonalia ſunt optant ante ſe aliud imper ſonale qui cum conſtruantur:vt cepit: incepit: deſinit poſſet ⁊c.

Habet aūt tedet ꝓ preterito perteſum ē:ꝙuis dicat etiā diſteduit ⁊ pteduit: ⁊ miſeret miſer tum eſt. Cepit eū penitere. Cap.cxlvij.

Penitet cū ſocijs

Cepit eum penitere: poſſet te pigere. Deſinet me tedere sepi⁹ dicim⁹:ꝙ cepit ille penitere:poſſes pigere deſinā tedere. Quin. in mi

Quintilia. Cicero.

lite Mariano. Neq; ſi ſit cupidiſſimus vite pe nitere eum ſui facti poteſt. Cice. de ꝑtēdo cō ſulatu. Si hic eius liber eſt: cuius auctoritatis neminem poſſet penitere. idem in Uerrē. Iam iā Dolobella me neq; tui neq; tuoꝝ liberoꝝ q̄s tu miſeros in egeſtate atq; i ſolitudine reliqſti: miſereri poteſt. Simile eſt illud Terentij. Ita medij bene amabunt:vt me tuarum miſertū eſt Menedeme fortunarū:me pro a me miſertū di xit. Epitome capitis.cxlviij.

Deſunt nonnunꝙ in oratione verba ſed non ſine gratia. Quotiens videlicet cōmotis vt per iram interrogantibus aut minantibus:ꝑ apo ſiopeſim datur ſermo abruptus. Aut quotiens quod ſubticetur: verbuꝫ eſt intellectu facile: vt verbum generale:aut ad loquelā ſpectans. Un de Seruius honeſtā dicit eclypſim in illo Uer

Nota

giliano:talia per latium:vbi ſubaudit gerebantur Vero autem:facio:fio:ſuꝫ:cōia ſunt verba.

Exempla plurima ſunt in textu: Illud Cice ronis Quo ⁊c. ſic conſtruitur. Quo.i.ad quem vſuꝫ.ſup.deſ aut petā mihi auctori pacis ſignū matris quaſi dicat ad nullum. Quintiliani ſic. Quo.i.ad quid peri fideꝫ ſupple rogo dederis ſup. ceco diuitias vt quib⁹ neſciat vti. Quo.i.ad quem vſum datur nunc tantū frumenti ⁊c. Col ligit autem valla ſex modos:quorum prim⁹ eſt per quo. Secundus per vnde Tertius per dico Quartus per reſpondeo. Quint⁹ per cōfiteor Sextus per verbum generale. Uerbum autem eſt facillime in participijs intelligitur. ⁊ non nunꝙ in alijs.vt eneid.j. Nunc fama minores Italiam dixiſſe ⁊c. ſubaudi eſt.

Quod in oratione verba nonnūꝙ deſunt at q; redundēt. Cap.cxlviij.

Uerba deeſſe cū gratia ⁊ venuſtate ꝑ quo Unde

Deſunt nonnūꝙ oratione ver ba ſed nō ſine gratia. Hora. Quo mi hi fortuna: ſi nō permittitur vti. id eſt ad qđ vultis eſſe mihi bona for tunc. Hic modus incipit per quo:alius incipit

Primus modus.

per vnde vt ideꝫ. Unde mihi lapidem: quo ſuꝫ eſt op⁹ vnde ſagittas:ſupple putas:⁊ dicas mi

Secūdus modus.

hi eſſe. Iuuenalis. Unde tibi frontem liberta temq; parentis. Cum facias peiora ſenex. Cice ro ad Fabium. Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori. Quin. quo per fidem diuitias ce co. Et alibi Quo nunc tantum frumenti; q̄ claſ ſem commeatu grauem. Idem. Unde hunc illi animū: Et alibi. Unde tantū viriū ceco vt i vno

Uerbū ad loquelam ſpectans

ſtatim ictu mors tota peragatur. Idem tamen qit alio loco. Unde miſere tunc. Unde ſomnus: ſupple erat vel eſt. Eſt tertius modus vt apud

Tertius modus.

eundem. Sequitur queſtio anxtilis rhetorice. Nam quidam vehementer in caminnchi ſolēt et quod ſit indigniſſimuꝫ in accuſationem ora tionis vtuntur orandi viribus: eloquentiaꝫ eū eſſe que penis eripiat ſceleſtos:eu⁹ fraude dā nent interim boni:conſilia ducantur in peius:

Cicero

ſupple dicunt etiam eloquentiam. Cicero. Ha bendas eſſe ꝙ latiſſimas amicitie habenas:ca put eū eſſe ad bene viuendū ſecuritatē:ſupple dicunt eū caput. Qui mo.us loquēdi apđ gre cos eſt frequentiſſimus. Idem verbum aliqñ redūdat:vt de oratore Cicero Titum illum qui ſtudioſe pila luderet. Et idem. Signa ſacra no ctu frāgere putarent:gregaleſq; in campū nō

Redūdantia.

veniſſet requireret:excuſauit Ueſpa. Terentiū ꝙ cū brachiū fregiſſet Satis erat dicere ꝙ bra chiū fregiſſet. Et nō longe illinc. Cui cum fami liaris quidā quereret ꝙ diceret vxorē ſuā ſuſpē diſſe ſe de ficu:amabo te inq̄t.da mihi ex iſta ar

Quartus modus Reſpōdeo deeſt

bore q̄s ſerā ſurculos Sat erat ſine illo ꝙ diceret ſꝫ illō diceret libenter apponit Cic. Quart⁹:cū ſuppletur reſpondeo vt idem frequenter: quod autem ſcribis de illo negocio; ego neſcio quid

cōſilij capiam:vel ego iā antea tenueraȝ ſupple reſpondeo:raroq̄ȝ vel nunq̄ȝ hoc verbum ꝓfertur. Aliquando ſubintelligitur ſimile verbum apud Quintilianum. Sed ſi confeſſionem exigitis culpe mee:ego fui pater durus ⁊ patrimonij:qđ iaȝ melius ab his ad miniſtrari poterat tenax cuſtos. Supple confiteor. Quod eſt quintus modus. vt apud Ciceroneȝ. in quo:obſecro quoniā Terētiano verbo libēter vtimur:aſſentatio abſit:veritas retineaᷓ. Subintellige ita loquimur:quoniā Terētiano verbo libēter vtimur. Et alibi Satiari delectatione nō poſſum vt mee ſenectutis requiem oblectationēq̄ȝ noſcatis. Sextus modus vt apđ Plyniuȝ iuniorē Studes an piſcaris,an venaris: an ſimul oīa: ſup. facis. Quintilianus. Nihil aliud q̄ renuet id eſt nil aliud faciet q̄ renuet. id eſt, nil aliđ faciet q̄ renuet. Et iteruȝ. Et acceptis lr̄is meis iuuenis filius nihil aliud q̄ cuȝ matre fleuiſſet i. nihil aliud feciſſet q̄ cū matre fleuiſſet. Martialis. Nil aliud bulbis q̄ ſatur eē potes. id eſt nil aliud facere. Cui confine eſt illud vbi prolato aliquo aduerbio qualitatis: ſubauditur pro conditione materie:aut dixit aut fecit. Vň Ennius:ꝓclare Anaxagoras:fortiter Scipio prudenter Fabius:ſupple dixit aut fecit: prout ex his que iam diximus aut dicturi ſumus colligitur. et per cōparatiuū. Dij melius:ſup. fecerūt: aut faciant: aut certe velint: nec de dijs ſolum verum etiam de hominibus:vt apud Quintili. Tu melius vxor: que facturū retinebas: ſupple feciſti:interdū etiam per nomen:nam illud melius eſt aduerbium vt dij meliora. Lucanus ipſe verbum appoſuit. Dij meliora velint. Nec ꝓcul ab huius natura abeſt:quando vtimur hoc noīe res:ſiue in noīatiuo ſiue in accuſatiuo: forte etiam in alijs caſibus vt reſtat mihi exponēda vita quam hic egit in magiſtratu res digna auditu in primis:vel reliquū eſt vt exponā vitā huius qua fuit in magiſtratu:rem dignam auditu in primis.

Quintus modus Confiteor.

Sextus modus Verbū generale vt facio

Martial.

Epitome capitis. cxlix.

Propter certitudinē ſignificādā locuti ſunt oratores de futuro per preteritū. Sepe autem optatiui tempora quaſi neceſſitateȝ importantia vſurpant. Sepe ad hoc ſi particulam ſubaudiunt. Item ſepe imperfectum preteritum pro pluſq̄perfecto:⁊ indicatiui tēpora: pro alteri⁹ modi temporibus:ac econuerſo ornatus aut varietatis gratia poſuerunt.

Exēpla oīa patēt in textu:preter q̄ eſt adhuc alius modi exēpli. quādo ſubiūctiuū ꝓ indicatiuo vſurpatur. vt ſi pergis abiero pro abibo. Aut potius pro ſi perrexeris dixit ſi pergis ⁊c.

Cur de futuro nō per verbuȝ futuri tēporis auctores interdū loquanᷓ. Ca. cxlix.

Preteritū.

Fabius

Annibal apud Titum liuiū alloquēs milites inq̄t: ſi tales aīos in prelio habebitis quales hic oſtēdiſtis vicim⁹. Quinti. Si tales milites oēs habem⁹ mari vicimus. Cur de futuro nō per verbū futuri tēporis locutus eſt. Nēpe ad aſſeuerantiā rem vt nō futura: ſed iam eſſe videaᷓ multoq̄ȝ plus ponderis habet: vt dicimus vicimus q̄ vincemus. Idem Quit. Dimitte tantum ⁊ euocaſti. i. euocaueris. Cice. Vnū oſtende in tabulis aut tuis aut patris tui emptū:⁊ viciſti. pro viceris. Item pro Sextio. Reſtitiſſes repugnaſſes:morteȝ pugna oppetiſſes:pro eo qđ eſt reſiſtere:repetere:mortem pugna oppetere debuiſſes. Oui. lib. iiij. meta. Premiaq̄ȝ eripies q̄ ſi tibi magna videnᷓ Ex illis ſcopulis vbi erant affixa periſſes. i. petere debuiſſes:Terentius in andria. prediceres: ꝓ eo qđ eſt ꝑdicere debeas. Et alibi. Fortaſſe aliquanto iniquior erat propter eius libidinē:pateretur:pro pati debebat. Iteȝ Cicero. iij. offi. Male etiā curio cū cauſam trāſpadanorū equā eē dicebat ſemper addebat vincat vtilitas:potius diceret nō eſſe equam:q̄a non eſt vtilis reipubli. i. dicere debebat. Huic ſimile quaſi apđ Oui. de re medio. Gnoſia feciſſes inopē ſapiēter amaſſet. id eſt ſi feciſſes inopem. Hora. Decies centena dediſſes. Huic parco paucis contento:quinq̄ȝ diebus: Nil erat in loculis. id eſt ſi dediſſes. Plyni⁹ iunior. Dediſſes huic animo per corpus feciſſet qđ optabat. i. ſi dediſſes. Illud magis poeticam:vt Vergil. Tu quoq̄ȝ magnam partem operi in tanto ſineret. dolor Icare: haberes. id eſt, ſi ſineret. Iuuenalis. Greculus eſuriens in celum iuſſeris ibit. i. ſi iuſſeris. Adhuc diuerſum huic eſt:quale apud Cic. Cō chiliatis. Cn. Pompei periſtromatis ſeruorum in cellis ſtratos lectos videres. i. vidiſſes. Quin. Semꝑ vidiſſes:vt ibi videres nō quēadmoduȝ tenues vmbre corp⁹ accipere cogitationib⁹ ſolent. Apud hunc ſepe ē hic modus loquēdi. Si perſeueraſſem duos exceecauerā ꝓ exceecaſſem. Quale eſt illđ Horatianū. ij. carminū qđ metricā Priſci. putat. Me ruētis illapſus crebro ſuſtulerat:niſi dextra leuaſſet. Apđ illū quid eſt pene cōtrariū. vt ibi dictatoris nomen qđ ſepe iuſtū fuiſſet:pro fuerat. Nā de imperfecto ſubiunctiui qđ ſolet poni pro imperfecto indicatiui in proximo libro iam dixi:cū hoc exēplū fuerat:non quia amicus nō eſſet. Ci. de repub. lib. vj. Et q̄ de via feſſus eſſem: ⁊ ad multā nocteȝ vigilaſſem:pro feſſus eram vigilaueram

Cicero.

Verba optatiua importare neceſſitatem aut decentiam

Si ſubauditur

Plynius.

Iuuenalis

Impfectū pro pluſq̄ perfecto. Et indicatiui pro alteri⁹ modi tēpa aut cōtrario.

Epitome capitis. cl.

Cū verbis oportet:decet:operepreciū eſt expedit neceſſe eſt:cōducibile ⁊ ſimilib⁹: ꝯſuetudo oratorū preſens infinitiui verbi actiui conſtruit: ratio grammaticorū potius paſſiue vocis q̄ actiue. q̄đ aliter dici ſolet. Cū dictis verbis ꝯſtruēda eē participia accuſatiui caſus aut cū opus eſt ablatiui caſus loco verborū.

Verbi gratia:loco huius neceſſe fuit ꝯſuluiſſe dicunt conſultum oportuit:⁊ loco huius op⁹ eſt conſuluiſſe conſulto opus eſt. Saluſtius in Catilina. Nam ⁊ prius q̄ inceperis conſulto ⁊ vbi cōſulueris mature facto opus eſt.

Oportet legere libros:non oportuit factum. Cap. cl.

De infinitiuo actiuo & paſſiuo.

[O]Portet legere libros: expedit euoluere auctores: vtile eſt cognoſcere plurima: operepreciũ ẽ habere q̃s imitemur neceſſe eſt adhibere vſum. conducibile eſt deſcendere in certamen: et agitare cum aliis controuerſias. Uel per paſſiuuʒ oportet legi libros: euolui auctores: cognoſci plurima: haberi quos imitemur: adhiberi vſuʒ agitari cum aliis controuerſias. Huc poſteriorem modum magis ars grammatica probat: illum magis auctoritas. Secus in preterito. Nã q̃ non legimus ſepe feciſſe hoc oportuit ſed factum. Cicero in Uerrem. Tamen id factum nõ oportuit. Et in eundem. Apollini ſignum ablatum certe non oportuit. Et alibi. Totam rẽ illi integram ſeruatam oportuit. Non diſſimile ſane eſt illud per alterum verbuʒ [de volo loquor] Ut idem Liberis conſultum volumus: etiam ſi poſthumi futuri ſunt. Idem Percurram tamẽ breui: vt non minus hominem ipſum q̃uis cõe defenſum velitis. Quint. An incidiſſe in ſordidum nomen: non eo contemptuʒ hominis quẽ deſtructum volebat auxiſſe.

Cicero

Epitome capitis.clj.

Oratores nonnũq̃ ꝓpoſitiões & ratiões cõfundunt: ita vt priuſq̃ ſcdam partẽ ꝓpoſitiõis exequantur: prioris rationẽ aſſignent.

Propoſitiões ratiõeſq̃ iterdũ miſceri.c.clj.

propõnes. et ratiões confundi.

[N]Am vbi vicini neceſſe eſt expedit cedere: ſiue plura ſunt de quib⁹ q̃rit̃ facilior erit in ceteris fides: ſiue vnum: minor pena ſolet irrogari verecundie. Miſcuit hoc loco Quin. ꝓpoſitiones rationeſq̃ cum ſit vſitatiſſimum ſic dicere ſiue plura ſunt de quibus queritur ſiue vnũ. Si enim plura facilior erit in ceteris fides. Sin vnũ. minor pena ſolet irrogari verecundie. At q̃ iterum. Firmis autem iudiciis iamq̃ extra periculum poſitis: ſuaſerim & antiquos legere [ex quibus ſi aſſumat̃ ſolida ac virilis ingenii vis: deterſo rudis ſeculi ſqualore: tamen hic noſter cultus clarius eniteſcet] & nouos quibus et ipſis multa virtus adeſt. Alius dixiſſet: ſuaſerim et antiquos legere & nouos antiquos quideʒ et cetera. nouos vero &c. Cic. in Antonium. O te miſerum ſiue illa tibi nota non ſunt [nihil enim boni noſtri] ſiue ſunt qui apud tales viros tã impudenter loquere.

Epitome capitis.clij.

Quia video: verbum eſt perſonale: dicam tu videris mihi probus: non videtur mihi q̃ ſis probus & ita in conſimilibus.

Non dicendum eſſe videtur tibi q̃ bene faciam ſed video: tibi bene facere. Ca.clij.

Uideor

[N]On videtur tibi q̃ bene faciã et mihi non videt̃ q̃ bene loquaris: ſicut vobis videtur q̃ male facim⁹: ita nobis videt̃ q̃ male facitis: videt̃ tibi q̃ ille bene ſcribit. & mihi videt̃ q̃ iſti bene arent. Ruſticanus hic ſermo eſt: & agreſtis. Eruditi enim ſic loquũtur Nõ video: tibi bene facere: & tu nõ videris mihi bene loqui. Sicut vos videmur male facere: ita nobis vos videmini. ille videt̃ tibi bene ſcribere & iſti mihi vident̃ bñ arare.

Epitom: capitis. cliij.

Datiuus mihi & tibi ſepe ex conſuetudine loquendi aſſumitur ita vt nullum certũ aut referat aut demonſtret. Exempla ſunt in textu.

Hic mihi gloriatur. Cap.cliij.

[H]Ic mihi gloriat̃ ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe et alibi idẽ. Ci. narrãs bruto rẽ in qua ille affuerat inquit. ecce tibi Põponius noſter: iſtud mihi & tibi nõ magis ad me vel ad te: q̃ ad ceteros pertinet: ſed eſt oratio ſumpta de medio qua vulgo vtimur: tu mihi ſemp dormis: ille mihi aſſidue ſedet. Cũ ſuper cena eſſem⁹ ecce tibi oſtiũ crepuit. Hic ſmo neq̃ ad me neq̃ ad te: neq̃ ad quẽq̃ refert̃: ideoq̃ differẽs eſt ab illo ſignificato: q̃le ẽ apd Uirgi. Hic mihi tum molles libeat iacuiſſe p herbas Neue tibi ad ſolẽ vergãt vineta cadẽtẽ. Hic pcipit̃ ad vniuerſos ſub pma & ſcda pſona: ibi nõ pcipit̃: nec ad aliquẽ ſmo ẽ. Epitome capit. cliiij.

Mihi & tibi. Cicero.

Superiorib⁹ aut paucis dieb⁹: aut triduo ſimileſq̃ ablatiui nõ ſunt exponẽdi. ſic per ſuperiores aut paucos dies: ſeu per triduũ: ſ. intra ſuperiores aut paucos dies: aut intra triduũ ſignificat̃ enim per ablatiuũ tempus itra qd aliqd factũ eſt aut fieri põt: aut etiã tẽpus qñ: ſed tẽpus q̃diu poti⁹ in actõ ponetur.

Et id potiſſimũ ſi ſit õtinuatũ & ſine itermiſſione: licet auctor noſter id nõ approbet. Nam Noni⁹ Marcell⁹ nõ futilis auctor & obſeruatio doctiſſimorũ id approbat. Nõ eñi obſtat q̃ iterdũ addit̃ actõ particula integritatis & cõtinuatiõis: vt hic iã ter cẽtũ totos regnabit̃ annos. Gẽte ſub hectorea: q̃ regula nota eſt Equalẽs geminis: hax ſi iũgit̃ vni dictio: ꝑ reliqua tãtũ modo debet haberi. Unde tẽpus q̃diu pcipue cõtinuatũ in actõ ponit̃: aut etiã in ablatiuo. tẽpus qñ & intra qd in ſolo ablatiuo niſi dicamus ad hinc trienniũ: aut intra aut infra triennium Uerũ neſtor quoq̃ auctor ẽ noſtrũ ſequit̃ dicẽs Quotienſcũq̃ [inq̃t Marcellus] per actm annos vel dies loquimur. auges annos vl' dies vocamus quotiẽs per ablatiuũ interiectis aliquibus annis vl' diebus. Fruſtra excogitata ẽ hec differentia Nonii marcelli: etſi tuã ſententiam oẽs q de hac locuti ſunt ad noſtrã vſq̃ etatẽ ꝓbare videant̃. Si eñ per accuſatiuũ ſignificaret tẽpus cõtinuatũ nõ oportere vel poti⁹ non liceret addere õtinuos. vt Cice. pro lege Manilia. At hercle aliquot annos õtinuos ante legem Gabiniã ille populus romanus cui⁹ vſq̃ ad noſtrã memoriã nomẽ inuictus in naualib⁹ pugnis permãſerat: Magna ac multo maxima parte nõ mõ vtilitatis: ſed dignitatis atq̃ imperii caruit. Uirgilius Ene.i. Hic iã ter centũ totos regnabit̃ ãnos. Itẽ Georgicorũ.iiij. Septẽ

Nonius. Neſtor. Cicero

illū totos perhibēt ex ordine menſes Fleuiſſe. Si igitur per accuſatiuū tempus minime interruptū ſignificaret̃ nō oporteret addere totos neq3 ex ordine: qđ ſignificat ſine intermiſſiōe. Dicendum eſt ergo ꝙ indifferenter loquimur per ablatiuū more latino: ⁊ per accuſatiuū. inſtar grecoꝝ. Nihilq3 differt ſi dicat̃. vt Cicero ſcripſit ꝙ̄ꝙ̄ te Marce fili annum iā audientē Cratippū: aut duob⁹ annis audiui Platonē. Immo etiā per ablatiuū addēdo cōtinuis vel totis loqui poſſim⁹. Unde in apoſtolicis lectionibus legitur capitulo vltimo. Manſit autem Paulus biennio toto in ſuo ꝓducto diſputans.

Ouidius — Oui. li. v. triſtiū. Pene decē totꝭ aluit penatibus annis. Teren. in adelphis. Sex totis mēſibus olfeciſſem ꝙ ille quicꝙ̄ ceperet. Uerū illud fortaſſe meli⁹ pciperet̃: cū de parte nō de toto tēpore loqmur nō licere per accuſatiuū loqui: ſ3 per ablatiuū vt ſi dicas. Ego hoc anno ad te veniā. i. aliquo tēpore hui⁹ anni. Quod non recte diceres per accuſatiuū: ad te hunc annū veniā.

¶ Qualiter ſit accipiendū ſuperioribus dieb⁹ veni in cumanum ⁊c. Cap. cliiij.

Superioribus dieb⁹ — Superioribus dieb⁹ veni in cumanū et iterū. qui his paucis dieb⁹ pōtifex fact⁹ eſt. Et in futuro. paucis diebus erā domeſticos tabellarios miſſurus. Et iterū: triduo aut ad ſummū quatriduo periturū. Hec Cicero ⁊ Saluſti. Legati triduo nauim cōſcendere: nō eſt accipiendū per ſuperiores dies: ⁊ p paucos dies: p triduū ⁊ q̄triduū ſ3 intra ſupiores dies: intra paucos dies intra triduū ⁊ q̄driduū: nam illud qđ aliqui dicunt temp⁹ continuatū ⁊ ſolidū ſignificari per accuſatiuū: ſecus per ablatiuū plane falſum eſt. Cicero em̄ atq3 Uergilius ſepius accuſatiuo ⁊ quidem indifferenter vtūtur: poſteriores vero pleriq3 ablatiuo. Aliquando in huiuſmodi genere ſermonis omittimus: poſt. ſic. intra decem dies ꝙ venit: cōfecit omē negocium. In paucis dieb⁹ ꝙ rhodum appulit: vxorem duxit: id eſt poſtꝙ venit: poſt ꝙ appulit: que exēpla apud hiſtoricos ſunt plurima. ¶ Epitome capitis. clv.

¶ Quid eſt ſine particula diuerſitatꝭ niſi interueniat dictio: alius: aliter: aut comparatiuū nomen non recipit poſt ſe ꝙ: ſed niſi.

¶ Nō ergo dices. Quid eſt aial ꝙ corp⁹: ſed niſi corp⁹ ⁊c. aut qđ aliud eſt aial niſi ⁊c.

¶ Quid ē aial niſi corp⁹ cū aia ↄcretū: recte dici: qđ eſt aial ꝙ corp⁹ non recte. cap. clv.

Quid ē niſi: ⁊ qđ eſt aliud ꝙ ⁊c. — Quid eſt animal niſi corpus cū anima concretū recte et latine: qđ eſt animal ꝙ corp⁹ cū anima cōcretū nō recte. Adde aliud vel aliter: vel ſecus: vel vtroq3 modo licebit dicere. Quid eſt aliud animal ꝙ corpus: vel niſi corpus cum anima concretū Cice. Quid eſt aliud gigantū more bellare cū diis niſi nature repugnare. Idē faciet cōparatiuū: vt quid eſt melius ꝙ gaudere: vel niſi gaudere. vt Quin. Nihil eſt facilius niſi totā cauſā omnino non agere. Preter ꝙ eandē aut prope parem vim obtinet ꝙ niſi: cuius exempla vt facilia: pretermittimus vnum illud admonētes vbi eſt preter ibi locum habere preterꝙ ad hūc modū vt nullius rei ſum auarus preter laudē vel preterꝙ laudis. nulli places preterꝙ mihi vel preter me.

¶ Epitome capitis. clvi.

¶ Transferre aliqñ ſpectat ad imitationē: ſit quid penes eos vnde transfertur maneat

¶ Transferre. Cap. clvi.

Trāſferre — Quem morem ſpartiate transtulerūt in feminas. Et alibi idē Cic. Qđ niſi in amicitiā trāſferat̃. Que i alios transferunt̃ nō ſolēt remanere penes eos a quibus trāſferunt̃. Mos aūt vt vult Cice. ita trāſfert̃ vt penes priorē ꝙ remaneat: ⁊ in lib. offi. Qđ ab Ennio poſitū in vna re trāſferri i multas pōt. in codē. Mediocritas ad omnē vſum cultūq3 vite transferenda eſt. Lucan⁹ in. x. Nōdū tranſlatos romana in ſecula luxus.

Epitome capitis. clvij.

¶ Cōmitto ſequēte: vt aut ſibi pticula fere ī malā partē ſumit̃: ideoq3 h3 negationē ꝓpoſitam.

¶ Committo qualiter accipiatur. Cap. clvij.

Cōmitto — Non cōmittas vt cum omnia tibi a nobis ſuppeditata fuerint. tu tibi defuiſſe videare. Et iterū: nō cōmittas vt dicēdū ſit nō putarē. Hec.

Quītilian⁹ — Ci. Quin. quoq3 nō cōmittā vt illa dubia faciā defenſiōis ſollicitudine. Et alibi. Nihil tibi minus cōmittendū ꝙ vt vlciſcaris hoc flagitiū in eo preſertim q̄ apō malignos poterit videri te permittēte feciſſe. Ci. tñ quodā loco nō per vt: ſ3 per quāobrē locut⁹ eſt dicēs: nihil tibi eē cōmitendū ↄſiderare debes quāobrē eoꝝ q̄s laudas: te nō ſimillimū pbeas. Idē pollet quāobrē qđ vt: ⁊ licebit illud tollere: ⁊ hoc ſubijcere. Ex quibus exēplis dat̃ intelligi hoc verbū ſequente vt: vel ſimili dictione: ſemp accipi in malam partē: nec recte dicas fac cōmittas vt omēs te laudēt: aut ſic. nō cōmiſiſti vnꝙ vt laudareris: propterea ſemper habet ſecū negationē.

¶ Epitome capitis. clviij.

¶ Oriūdus participiū nō eſt: ſignificat aūt locū vñ maiores nri ſunt: noſq3 i originē traxim⁹ licet alibi orti. i. nati ſimus. Dicit aūt ort⁹ circūſtantiā loci in quo: oriūdus vero de quo.

¶ Oriundus ⁊ ortus. Cap. clviij.

Oriūd⁹ et Ort⁹ — Oriundus quod nō habet vim participij: credo alij dixerūt. Liui⁹ vtēdi hic mod⁹ eſt. Ego ſum ort⁹ Rome. oriūdus a placētia. Titus Liui⁹. Nati carthagine ſ3 oriūdi a ſyracuſis. id eſt a ſyracuſis originē trahētes: vnde fuerūt parētes: vel ſine ꝓpoſitiōe: vt idē Alba oriundū ſacerdotū. In perſonis vero cū ꝓpoſitione. Idē longe is princeps latini noīs erat: ſi fame credimus ab Ulyſſe deaq3 Circe oriūdus. Idē. Quid hoc ſi polluit nobilitatē iſtā veſtrā quā pleriq3 oriūdi ex albanis ⁊ ſabinis non genere: nec ſanguine: ſed per cooptationum in patres. Nōnūꝙ p in

declinabilia vt inde ego ſum oriundus vnde tu
Liuius tamē ſi recte ſcribitur, ait libro viij. Pa
lepolis fuit haud procul inde vbi nūc neapolis
ſita eſt: duabus vrbibus idemqꝫ populus habi⸗
tabat: cuius erant oriundi.

Epitome capitis. clix.

¶ Memini verbum pro recordor: regit geniti⸗
uum vel accuſatiuum: ſignificans autem mētio
nem facere genitiuū vel ablatiuū mediāte de pre
poſitione a qua ſignificatione videntur deriuari
Mentum — mentū; mens: mentio: ⁊ mentior: ⁊ forte menta.
Mens
Mentio

Memini. Ca. clix.

Memini. Terentius — MEmini pro recordor: tum geni⸗
tiuum: tum accuſatiuū poſtulat. vt Te
rentius. Faciam Ut meiqꝫ ⁊ huius lo
ci ſemper memineris. Cice. Oīa que
curant ſenes meminerunt vadimonia conſtitu⸗
ta: qui ſibi cui ipſi debeāt. Quid iuriſcōſulti: qd
pontifices: qd augures: qd philoſophi ſenes ꝙ
multa meminerūt. idem verbū pro eo quod eſt
mētionem facio: recuſat accuſatiuū. poſtulatqꝫ
genitiuū vel ablatiuū cū ꝓpoſitione de: vt Qui.
Neqꝫ oīno huius rei meminit poeta ipſe. Et ite
rū de quibꝰ multi meminerūt. Hinc videtur deri⸗
Mentio. — uari menſio: quaſi a meno preſenti ⁊ geminato
Meno — preterito memini. Unde ſupinum mentum: ex
Mens — quo mentio: ⁊ mens: que omnium recordatur: ⁊
Mentum — mentum quia in mentione facienda hoc eſt ī lo
Mentior — quendo precipue mento vtimur. Nullum enim
Menta. — animal mouet partem oris ſuperiorem: niſi co⸗
codrillus: ſed inferiorem ſicut ⁊ nos mentum.
Hinc etiam mentior: quia contra mentē loquor
Forte ⁊ hic venit mēta: ſed nolo eius ethymolo
giā aliquā inferre: ne cui forte videar argutulus

Epitome capitis. clx.

Alter: ⁊ Alius. — ¶ Alter de duobꝰ eſt vnus: alius de multis. Al⸗
ter etiā accipitur ꝓ ſecundo ſiue ex duobꝰ ſiue ex
pluribus. Aliquando etiam pro ipſis duobus.
¶ Addit diſcrimē inter tertiū ꝯſul: ⁊ ter aut ter
Gellius — tio de quo Aulꝰ Gelliꝰ lib. x. dicit ſic. Familia⸗
ri meo cupiā litteras athenis romā miſi: in qui
bus a me in tertium ꝯſul ſcriptū fuit. Is aūt ad
me reſcripſit petiuitqꝫ vt rationē dicerē cur ter
tiū ac non tertio ſcripſiſſem. Id etiā aſcripſit vt
qd ſup illo q̄qꝫ mihi videretur ſe facerē certiorē.
tertiū ne ꝯſul ⁊ quartū. an tertio an quarto dicē
dū eſſet: cū rome doctū virū dicere audiſſem ter⸗
tio ⁊ quarto ꝯſul nō tertiū quartūqꝫ: idqꝫ in pri
cipio libri Celiū ſcripſiſſe ⁊ Quadrigariū Clau
diū in libro vndeuigeſimo Mariū creatū ſepti⸗
mo ꝯſulē dixiſſe. Ad hec ergo reſcripſi nihil am
pliꝰ ꝙ vba Marci Uarronis hoīs [vt opinor]
Uarro. — ꝙ fuit Claudiꝰ cū Celio doctioris in qbꝰ vbis
vtrūqꝫ de quo ad me ſcripſerat decideretur Nā ⁊
Uarro ſatis apte qd dici oporteret edocuit. Et
ego aduerſus eū q doctꝰ dicebatur litē meā face⸗
re abſens nolui. Uerba Marci Uarronis ex li⸗
Differētia — bro diſciplinarū quīto hec ſunt. Aliud ē quarto ꝓ
inter quar⸗ — torē fieri: ⁊ aliud eſt quartū: Quarto qd tpꝰ aſſi⸗
to conſul ⁊ — gnificat ⁊ ter ante factū. quartum aūt locū aſſi⸗
quartum. — gnificat ⁊ tres ante factos. Igitur Enniꝰ recte: ꝙ
ſcripſit. Quitꝰ pater quartū fit ꝯſul Et Pōpeiꝰ
timidꝰ qd ī theatro ne aſcriberet ꝯſul tertiū an
tertio: extremas litteras nō ſcripſit. qd de Pō⸗
peio Uarro breuiter ⁊ ſubobſcure dixit. Tiro Tul
lij Ciceronis libertꝰ in epiſtola quadā enarra⸗
tius ſcripſit ad hūc ferme modū. Cū Pōpeius
[ut] edē victorie dedicaturꝰ foret: cuiꝰ gradus
vice theatri eſſent: nomēqꝫ eiꝰ ⁊ honores īſcri⸗
berentur queri ceptū eſt vtrū ꝯſul tertio inſcriben
dū eſſet an tertiū. Eā rē Pōpeius exq̄ſitiſſime
retulit ad doctiſſimos ciuitatis. Cumqꝫ diſſen
tirent ⁊ pars tertio. alij tertiū ſcribēdū cōtende
rent. Rogauit Ciceronē Pōpeiꝰ vt qd ei rectiꝰ
videretur ſcribi iuberet. Tūqꝫ Ciceronē [ut] iu⸗
dicare de viris doctꝫ veritū eē: ne quorū opinio⸗
nē improbaſſet: ipſos videretur improbare. Per
ſuaſit ſit igitur Pōpeio Cicero: vt neqꝫ tertio ne⸗
qꝫ tertiū ſcriberetur: ſed ad ſcdm vſqꝫ. t. fierēt lit⸗
tere videlicet te. t. vt vbo nō perſcripto: res qui
dem demōſtraretur ſed dictio tātū ambigua ver⸗
bi lateret. In Marci tamē Catonis libro quar
to originum ita perſcriptum eſt Carthaginenſes
ſextū de federe decernere: id verbum ſignificat
quinquies ante eos feciſſe cōtra fedꝰ nūc ſextū

Alter alius. Ca. clx.

ALter de duobus dicit:
aliꝰ de multis notū ē oībꝰ li⸗
cet nō oēs recte vtantur. Ma — Notat Ma
crobiꝰ de ſaturnalibꝰ. Cum — crobium.
igitur aſſeruerimꝰ quattuor ī
corpe fieri digeſtiones: qua
rū altera pēdet ex altera. di
cendū erat: quarū alia pēdet ex alia. Idē ī alio
opere de naturalibꝰ. Ille vero inſolubiles cau⸗
ſe ſunt q mutuis inuicē nexibꝰ vinciuntur ⁊ alte⸗
rā altera facit: ac viciſſim de ſe naſcuntur: nūꝙ̄ na
turalis ſocietatis amplexibꝰ ſeparātur. Nā Oui.
de nouē picarū tranſformatione loquēs. q̄ꝙ cū
excuſare metri neceſſitas pōt tn̄ ꝙ ſingule ſin⸗
gulas ac certe certas inuerēt itellexit cū īqt Al⸗
teraqꝫ altiꝰ rigido cōcreſcere roſtro. Ma videt
Sue. de vita Caij. Nec ceſſauit ex eo alterum al⸗
ter criminari: atqꝫ iter ſe oēs cōmittere. Neſcio
an ſic accipiendū ſit vnū vni: ⁊ rurſus hunc illi.
Ply. quoqꝫ lib. xi. inquit de formicis. Quā ex di
uerſo cōtrahunt altera alteriꝰ gnara: Quare di
camus aliquando ſic loqui eſſe permiſſum. E di⸗
uerſo nonnūꝙ̄ de duobꝰ dicimꝰ alius ⁊ aliꝰ: nec
dicere alter poſſumꝰ: vt dubitatur vter excellat.
Salu. an Liuiꝰ ⁊ aliꝰ aliū: preponit nō aūt alter
alterū. Ratio poſtulabat vt diceremꝰ aliꝰ alterū — Aliꝰ alium
Nā aliꝰ ad plurimos refertur: qui de duobus iu
dicāt: alter ad vnū de duobꝰ de qbꝰ iudicatur. Sed
q: videbatur inuenuſtū ſic loq: maluerūt mutare
alterū in aliū. Afferamꝰ exemplū. Salu. ī Catil.
de Ceſare ⁊ Catone loquēs īquit. Genus etas
eloquentia prope paria fuere: magnitudo quo⸗
qꝫ animi ⁊ gloria ſed alia alij. Uel eſt ea ratio quā
dixi: vel hec ꝙ idem eſt alia alij: quod diuerſa di
uerſo vt alia eſt facies mea: alia eſt facies tua id — Alter vnus
eſt diuerſa. Proprie igitur alter refertur ad vnum — duorum

de duobus: vt Hannibal in tranſitu apennini a miſit alterū oculū: ſiue ad vnā duarum partium quod ſuperius etiam ſignificaui: vbi hoc Ciceronis exēplo vſus ſum. Duplices ſimilitudines eſſe debent: vne rerū: altere verborum. ⁊ quale eſt Virgil. exemplū Aurea mala decē miſi: cras altera mittā.

Alter pro ſecundo

Aliquando accipitur alter ꝓ ſecūdo ex duobus pluribuſue vt vnus: alter: tertius quartus: vne altere: tertie quarte littere. Et hic eſt alter annus belli punici. Ego altero mēſe repudiaui vxorē. i. ſecundus annus ab origine belli pu. ⁊ ſecundo menſe a ductione vxoris.

Alter pro duobus.

Aliqñ pro ipſis duobus: vt vnus aut alter. i. vnus aut duo quod etiam in aduerbijs reſpondet ſemel aut iterum: id eſt ſemel aut bis: Item ſemel ⁊ iterū Cicero. in Bruto. ſemel aut iterum in philippicis.

Iterū ꝯſul
Tertium conſul.
Tertio ꝯſul vice.

Dubitari poteſt tamen cum dicitur iterum conſul: an ſecunda vice: an bis conſul intelligat que dubitatio ⁊ in ceteris non erit. Tertiū cū conſul ⁊ quartum conſul ſic differt ab illo ter cōſul et quater cōſul: q in altero ſignificatur ⁊ tertia ⁊ quarta vice: in altera tribus et quattuor vicibus. Aliqui tamē dubitarent an in hanc ſignificationem vice ⁊ vices reperiatur.

Epitome capitis. clxj.

¶ Quiſq; vnuſquiſq; ⁊ vterq; ſolent poni elegāter in oratione poſt ſuus vel ſe: ſed ante ſubſtātiuum ipſius ſuus ita vt diſcrepent cum adiectiuo ſequenti expreſſo: ſed cōcordent cum ſubaudito: in qua reſeruandus eſt aptus ſitus.

¶ Nā vt tertius declarat apte dixeris ſingulariter: dū vterq; aut quiſq; aut vnuſquiſq; ponitur inter ſuū ⁊ eius ſubſtātiuū etiam ſi ſequat adiectiuū plurale. vt in ſuū priſtinū vnaqueq; nidū immigrātes. ſed inepte ſi etiā ſubſtātiuū preceſſerit: vt in ſuū priſtinū nidū vnaqueq; immigrātes deberet enī ſic dici immigrās. Cauſa differētie eſt: q: dū ea clauſula interiecta ſic ponitur videt adiectiuū plurale ſequēs ad pcedens ſubſtātiuū plurale referri: ſed qñ pponit videt ipſa eē ad quā debeat adiectiuū pricipaliter reſpicere. Sicut dū dico. Quē audiſtis ſermonē nō ē me?. Sermonē videt regi ab audiſtis. Sȝ dū ſic: ſermonē: quē audiſtis: nō eſt me? a verbo eſt itaq; prior dicitur latine non ſecunda.

Qualiter ſit dicendum vbi ſit ſuus: aut ſui. ca. clxj.

Hirundines vere ineūte redeūt in ſuum priſtinum vnaqueq; nidum immigrātes. Muta illud vnaqueq; ſic in ſuū priſtinū nidū vnaqueq; immigrātes. aut ſic vnaqueq; in priſtinū nidū immigrātes: iā nō erit latinū. Item offendi parētes ſuo vtrūq; morbo affectos: trāſfer illud vtrūq; vt modo oſtendi: iam nō erit elegans. Nam ſi ita mutemus ille numerus pluralis immigrātes ⁊ affectos referat ad illū ſingularē vnaqueq; ⁊ vtrunq; quod fieri nō poteſt At illo modo ſuperiore ſecus: refertur enim numerus pluralis ad pluralem ſic. Hirundines vere ineunte redeunt immigrantes in nidos priſtinos vnaqueq in ſuum ſupple imigrans. Offendi parentes morbis affectos vtrūq; ſuo: ſupple affectū morbo.

Vergilius

Virgilius. Dāt ſonitum ſpumoſi amnes ⁊ in equora currunt. Quiſq; ſuū populatus iter. Et paulopoſt. Pro ſe quiſq; viri ſumma nitūt opū vi. In priore exemplo ſi verſus pateret nō decuiſſet dicere: quiſq; ſuā iter populatus: ſed populati. Nec in poſteriore. Pro ſe quiſq; viri ſumma nititur opum vi. Secus autē ſolet fieri Vbi abeſt ſuus aut ſe. vt Quin. Cōmēdo tibi ſenem quem fecimus vterq; mendicum. Nec recte dicas commendo tibi ſenem: quem nos filij alleuare debemus vterq; mendicum facientes: vel ſic quem nos vterq; captiui mendicū facimus niſi more poetico vt apud Ouidiū.

Ouidius. Horatius.

Vtraq; formoſe me iudice ſunt venerande. Et apud Horatium Legati magnis miſſi de rebus vterq;: quod apud oratores non reperitur. Sicut nec illud qdem licet Aulus Gel. vtatur: vt apud Terenti. Quod plerijq; omnes faciunt adoleſcentuli quod quidam exponunt pro eo quod eſt plerijq; omnium quidam pro eo quod eſt omnes.

Epitome capitis. clxij.

¶ Elegantius poſt huiuſmodi particulam homo illitteratus eſt: ſubditur ſed cui. q cui tamē ⁊ ita in alijs caſibus.

¶ Vt latine tale quid dicatur homo illitterat? eſt: cui tamen paucos anteponas. vt idem elegāter. ca. clxij.

Cui tamen
Sed cui

Homo illitterat? eſt: cui tamen paucos in rerum gerendarum ſcientia ante ponas: latinū eſt. Homo illitterat? eſt: ſed cui paucos anteponas: etiā elegās eſt. Item in negatione homo quidem illitteratus quem tamen non poſtponas multis latinum vt dixi: elegans etiam ſic homo quidem illitteratus: ſed quem multis non poſtponas: ideo dixi elegās quia ſubintelligitur talis: quod in alio non fit: vt ſit homo illitteratus ſed talis quem ⁊c. vel ſed is pro talis. ideoq; et hoc eleganter dicetur homo illitteratus: nō tamen quē multis poſtponas. i. non tamen is quē multis poſtponas Aliquando nō ſubintelligit talis neq; is vt h ager ē me?: ȝ cuius vſu careo.

Epitome capitis. clxiij.

¶ Multifariā ⁊ nō inepte dixeris video te amatorem ſtudiorum: quod vel que res vel id quod me iuuat.

Quod me maxime iuuat. Ca. clxiij.

Quod.
Que res.
Id quod.

Video te amatorem ſtudiorū quod me maxime iuuat: vel que res me maxime iuuat vel id quod me maxime iuuat vel video te quod me maxime iuuat: vel que res me maxime iuuat: vel id quod me maxime iuuat amatorem ſtudiorū: q exempla ſibi quiſq; conquirat

Epitome capitis. Clxiiij.

¶ Aliquis: quiſq;: quiſpiam: vllus de incerto tā loquenti: q audienti dicunt. vllus tū vix aliter q cum vix: aut negatione aut interrogatiōe po

nif. Sed quidã dicif de certo et noto loquenti.
¶ Unde non dicam: quidã: neſcio quis ſit id fe-
cit: ſed aliquis.

Aliquis: quiſꝗ. Ca. Clxiiij.

Aliquis Quiſꝗ ALiquis: quiſꝗ: quiſpiam: vll⁹
idem ſignificant: differũtqꝫ a quidã:
vt in alio opere quod de dialectica ꝓ
pediem edemus: oſtendetur. Ullus
tamẽ quodammodo claudicat: nec fere citra ne
gationem quaſi citra baculuꝫ ingredi poteſt ni
ſi interrogatiue: vt vocat me vllus: aut ſubiun-
ctiue: vt ſi vllus me vocat: nunꝗ plane affirma-
tiue: ſicut illa ſuperiora.

Epitome capitis. clxv.

¶ Quotiens vtriuſqꝫ verbi: quorum alterũ cuꝫ
ſuppoſito ſolet reſolui in ablatiuos in deſigna-
tione ſequele poſitos. eſt vnum ſuppoſitum ele
gantius pro ablatiuis vtimur nominatiuo par-
ticipiali.
¶ Ut elegantius dico: occupatus in repub. tibi
vacare nõ potui ꝗ me occupato. et exiſtẽs Ro
me mira vidi ꝗ me exiſtente ꝛc. Illud autẽ Ho
ratij ego ad participium acti referrem. Prepo
nitur .n. laudato: temporis acti ſe puero nec ſic
eſt contra hanc elegantiam.
¶ Me occupato nullum tempus ſe ponere po
teram non latine dici: ſed aliter. Ca. clxv.

ME occupato in adminiſtratiõe
magiſtratus nullum tempus ſe pone
re ad ſtudendum poteram vel me oc-
cupato in adminiſtratione magiſtra-
tus nullum tempus mihi reliquum erat: rariſſi
me latini ſic locuti ſunt Greci frequenter. Sed
hoc modo potius. occupatus in adminiſtratio
ne magiſtratus nulluꝫ tempus ſe ponere ad ſtu
dia poteram vel occupato in adminiſtratione
magiſtratus nullum mihi tempus ad ſtudia re
liquum erat. Dixi rariſſime: non tamen nunꝗ.
Horatius. Nam quidam ſic locuti ſunt. vt Horatius de ar
te poetica. Se puero cenſor caſtigatorqꝫ mino
Quintus Tullius. rum. Quintus Tullius ad Tironeꝫ Non poteſt
effugere huius culpe penam te patrono. Mar
cus eſt adhibendus pro te patron⁹. Simile q̃d
dam ſapit quale eſt apud. M. Tullium. Cum et
per meipſum egiſſem. ꝛ per druſum ſepe tentaſ
Per. ſem. Illud enim per: ſignificare ſolet medium
quendam aliũqꝫ interceſſorem. Nunc vero ꝗs
queat medius eſſe inter ſe ꝛ alium: et tamen ſic
vulgo loquimur: per meipſum rogaui te per te-
ipſuꝫ obſtinuiſti.

Epitome capitꝭ. clxvj.

¶ Auxilium do ꝛ fero dicimus: ꝛ opem fero: vn
de opitulor: opem do non dicimus.
¶ ꝗ dicatur auxilium do: feroqꝫ: non auteꝫ opẽ
do. Ca. clxvj.

Auxilium. do et fero Opeꝫ fero non do. AUxilium do: feroqꝫ dicimus:
opem do non dicimus: ſed fero Unde
opitulor: quod Tullianum verbũ eſſe
Seneca auctor eſt: quo tamen ꝛ Sa-
luſt. vtitur et Plautus ꝛ alij nonnulli.

Epitome capitis. clxvij.

¶ Audiui aut accipi a: ex: et de patre dicim⁹ De
via autem ſignificat etiaꝫ quaſi de itione ſeu de
itinere.

Audiui a: ex: de p̃re meo. Ca. clxvij.

A: ex: de. AUdiui a patre meo: ꝛ audiui
ex patre meo: audiui de p̃re meo idẽ
ſignificare inueniet qui bonos libros
euoluet. Cicero tamen precipue ſic
locutus eſt Similiter apud eundem: queſiui te
ab oſtio ex oſtio: de oſtio: vocaui te a via: ex via:
de via. ſed hoc vltimum apud eundem in alium
quoqꝫ ſenſum accipitur: vt in philip. Cumqꝫ de
via languerem ꝛ mihimet diſplicerẽ. Et de rep.
ꝛ ꝗ de via feſſus eſſem: ꝛ ꝗ ad multam noctem
vigilaſſem: et de academicis In cumano nuper
cum mecum atticus noſter eſſet. nunciatum eſt
nobis a. M. Uarrone veniſſe eũ. Roma pridie
veſperi ꝛ niſi de via feſſus eſſet cõtinuo ad nos
venturum fuiſſe. quaſi de labore vie. Hic enim
via ſignificat iter. hoc eſt actionem ambulandi Via.
illic locum quo ambulamus.

Epitome capitꝭ. clxviij.

¶ Solus ꝛ vnus more ſuperlatiuorum conſtru
untur cum genitiuo multitudinis aut actõ vel
ablatiuo mediante prepoſitione quod reliquis
adiectiuis non cõpetit.

Solus ꝛ vnus regunt genitiuum ꝛ
ablatiuũ cũ ꝑpoſitione. Ca. clxviij.

INter omnia adiectiua q̃ non Solus. Unus.
ſunt ſuperlatiua duo fere hec ſolus ꝛ
vnus more ſuperlatiuorũ regunt ge-
nitiuum vt ſolus omnium non remit
tit ſibi vt incredibilior ſit in patricidio. cec⁹ fuit
cum videret hec. Quintilia. et plinius. Acipen Acipenſer
ſer vnus omnium ſquãmis ad os verſis contra
aquas natando meat. Similiter ablatiuum cũ
prepoſitione nam vt dicimus ex omnibus maxi
mus: ꝛ inter oẽs maximus: ita vnus et ſolus ex
omnibus: vel inter omnes. Uerum vnus pro ſo
lus accipio: ideoqꝫ fere cuꝫ illo adiectiuo oĩs tã
tũmodo coniungitur. Nã vnus ex fortibus: vn⁹
ex populo alterius ſignificationis eſt. Cum ſub
ſtantiuo quoqꝫ coniungitur: vt idem Plinius.
Caluitium vni tantum animalium homini. ſed Plynius.
quaſi ſubintelligitur omniuꝫ.

Epitome capitis. clxix.

¶ Animaduerto te: id ẽ animo complector: aut
conſidero: animaduerto in te id eſt rite et ordi-
narie procedendo te punio: differunt ergo: cum
intueor: te et in te non differant. Animaduerto
tibi id eſt iputo.

Animaduerto te ꝛ animaduerto in te Ca. clxix.

ANimaduerto te ꝛ animaduer Aiaduerto te.
to in te differunt cum intueor te: ꝛ in
tueor in te nõ differant. Animaduer Aiaduerto in te.
to in te eſt punio te: ſed cum hac diſ-
ferentia ꝗ punire eſt quorumcũqꝫ ſiue iure ſiue
iniuria Animaduertere eſt ei⁹ qui in alterũ ha
bet poteſtatẽ ordine ac rite .i. cũ animaduerſio

ne puniendi. Sed hoc proprie refertur ad personas. Animaduerto pro intueor: ⁊ personam: ⁊ rem dicimus.

Epitome capitis. clxx.

¶ Quedam vocabula sunt notiora oratoribus: vt filius: pater: homo: ꝙ natus: genitrix: vir: que poetis notiora sunt. Inter vtrosque autem ambulat historiographus: ab vtroque accipiens

¶ Unde sciemus suum esse cuique stilū: suaque verba. Nā caballus in oratione raro ponitur: in carmine non raro. Quod in ceteris quoque ānotādū est.

Filius: pater: genitor: mater: genitrix. parens. Ca. clxx.

Filius: pr. Mater: homo natus. Genitor. Genitrix. Vir.

ORatores sepius dicunt filius ꝙ natus: pater ꝙ genitor: mater ꝙ genitrix: parens pro vtroque etiam sepe homo potius ꝙ vir: quotiens ita accipitur ille de quo agimus aut loquimur: quale ē hoc. Illi deduxerunt hoīem in palestrā. Poete potius econtrario. Historici mediam quandam viam tenent. vt Salustius. Hos mores atque industriam viri cognoui.

Epitome capitis. clxxi.

¶ In primis est inter primos: primas aut prima iuxta exigentiam substantiui subauditi: quod si nullum est refertur ad neutrum genus: sicut et alia adiectiua absolute posita.

¶ Neque magis cēsebitur vna dictio ꝙ īter pmos

In primis potens Ca. clxxi.

In primis

IN primis potens: si de masculo loquaris itelligitur iter primos si de femina inter primas si de neutro iter prima. Nā idē pollet ī primis ⁊ iter primos vel iter primas vel inter prima At si defuerit adiectiuū vtique accipietur in neutro: quale ē illud Uer. In primis venerare deos Nisi sit tale quale apud eundē. In primis regia quietū. Accipit in teucros animū. In primis nō inter primas: aut inter prima accipiēdum est: sed inter primos. Una enim inter mares femina nominatur sine feminis alijs: aut inter primos ⁊ inter primas.

Epitome ca. clxxij.

¶ Hic nō est cū illo cōparādus melius de minore ad maiorem dicitur. Ut vergilius cū Homero.

¶ Causa est quia defectus [vt dicūt] est in minore qui nō accidit ad qualitatē maioris: vt illi cēseatur cōparandus.

Hic non est cum illo comparandus. Ca. clxxij.

Non cōparandus

HIc non est cum illo comparādus: melius de minore ad maiorem dicitur. Ut Uergilius cum homero Horatius cum Pindaro non est cōparandus: ꝙ ediuerso sic. Homerus cum Uergilio. Pindarus cum Horatio non est comparandus: e diuerso tamen nonnunquā reperitur

Epitome capitis. clxxiij.

Intercedo

¶ Intercedit amicitia. i. cōciliat: itercedit vir id est medium se ad consiliationem ponit.

Intercedo Ca. clxxiij.

INtercedit mihi tecum amicitia: intercedit tibi cum illo affinitas: intercedit tibi mecū necessitudo. hoc est amicitia: affinitas necessitudo inter nos ē media quedam que nos consiliat. Tribuni intercesserunt. Scipio intercessit. Cato intercessit hoc est in medium se verbis ⁊ vi opposuit.

Epitome capitis. clxxiiij.

¶ Amamus inter nos. pueri inter se amāt. plena est locutio neque ponēdus secundus actus qualis esset non inter nos: se inter se. Bene hoc etiam sine supposito poni solet.

Amare inuicem: mutuo: pariter inter se. ca. clxxiiij.

Amamus inter nos:

AMamus nos inuicem: amatis vos mutuo: amāt se pariter. Cū vero, adhibemus prepositionem inter tollimus accusatiuum: qui regit a verbo ne turpe foret si replicaretur sic amamus inter nos. non autem amamus nos inter nos: amatis inter vos amant inter se: non autē amatis vos inter vos amant se inter se. Cicero ad fratrem. Pueri valde inter se amant. Et de amicitia. Neque solum inter se diligent et colent sed etiam verebuntur. Terē. in adel. Uideo eos sapere intelligere: in loco vereri: inter se amare idem in eadem. Quasi non norimus inter nos. Bene habeo. bene habes: id est bene valeo: bene, vales In tertia autem persona etiam sine supposito bene habet. i. bene res se habet: quod exemplum vbique frequens est.

Cicero.

Terentius

Epitome capitis. clxxv.

¶ Facio te certiorē: nō ago certiorē: ⁊ raro certum nisi metri causa dicimus. Dicimus tamen facio rē gratā: ⁊ gratū: ludos: rē diuinam. Preterea feci iacturā damnū: naufragium. frequentius ꝙ passussum. feci fugam id est fugi. feci timorem: dum alter timuit: feci iter non egi iter. i. iui. Feci viā. i. straui. feci copiam ⁊ potestatem rerum mearum non dedi. Feci lucrū potius ꝙ accusiui Urinam feci id est minxi. oletum feci. non emisi. id est euacuaui aluum. Fregi quoque nauem: pro fracta est mihi nauis dicimus. Item accepi iniuriā potius ꝙ passus sum. ⁊ ita in alijs.

Facio certiorem non ago.

Facio te certiorem. ca. clxxv.

Facio cum diuersis

FAcio te certiorem: non certū Nam Uergi. Anchisen facio certū ideo dixit quia syllaba breuis inter longas non potest collocari in versu Prosa autem oratione scribentes semper certiorem dixerunt et semper facio nunquā ago Facio tibi gratū: nunquā ago tibi gratum. Facio ludos facio rē diuinā facio sacrificiū: facio solēnitatē nunquā ago: ⁊ multa huiusmodi. Itē: feci iacturā: feci damnum: feci naufragium. Uix vnquā passus sum iacturā: damnum: naufragium. Cic. Magna in repub. facta iactura est. Idem. Dā-

Facio rē diuinā.

Cicero.

lum e niꝫ illius immaturo interitu res romane
atqꝫ littere fecerunt. Quintilianus. In por
tu naufragiuꝫ fecimus. Et in ceteris quibuſdā.
Feci tamen fugaꝫ: ꝙ ego fugi alterum non ꝙ al
ter me. Feci timorem: non ꝙ ego timui alteruꝫ:
ſed ꝙ alter me. Item feci iter: non egi iter. Ali
quando etiam feci viam: feci copiam tibi reruꝫ
mearum: nunꝙ̄ egi aut dedi: aut preſtiti copiaꝫ
feci poteſtatem tibi videndi res meas domeſti
cas: non autem dedi. feci lucrum. non autem ac
quiſiui lucrum. Honore dicto vrinam fecit: ſter
cus fecit. non autem emiſit. Simile huic eſt qđ
dicimus fregit nauim fregit brachium quaſi ip
ſe fregerit: et ipſe egerit non potius paſſus ſit.
**Terentius:** Terentius. Is fregit nauim apud andrum. Ci
cero. Gregaleſqꝫ cum eum non veniſſet in cam
pum requirerent: excuſauit veſpa Terentium
ꝙ cum brachium fregiſſe diceret: alius dixiſſet
ꝙ ei brachium fractum eſſet. Item etiam acce
pi moleſtiam: cladem: contumeliam ⁊c. Accepi
vulnus: accepi iniuriam: accepi dedecus igno
miniam ⁊c. Nunꝙ̄ autem paſſus ſuꝫ. De quo ver
bo commodius alio loco dicaꝫ. Accepi volupta
tem: gaudium letitiam.

Epitome capitis.clxxvj.

¶ Qua pietate: cuius pietatis: que pietas ele
ganter quaſi per parentheſiꝫ inſeritur: ſicut ea
pietate: eius pietatis: ea pietas: pro tanta pie
tate: tante pietatis: aut tanta pietas. ⁊c

Qua pietate: cuius pietatis: que
pietas eſt. Ca.clxxvj.

**Quis et is cuꝫ obliqs.** SI potuiſſꝫ redimere oculos ma
tris qua pietate fuit: vicarios ſuos de
diſſet. i. tanta pietate in matrem fuit.
Idem Quintilianus. Hoc ſi ſciſſes pa
ter affirmo promitto cuius pietatiſ es nemo te
anteceſſiſſet. Et alibi. Que tua pietas eſt. Trib9
enim modis vtimur per relatiuuꝫ: totidem per
pronomē is. Primo modo ſic: ea pietate fuerit.
Secundo ſic eius pietatis es: ſed hoc rarius.
Tertio ſic: ea pietas tua eſt: ea pro tanta accipi
tur. Ideoqꝫ et ipſo tanta vti licet eo modo quo
et pronomine: habet autem aliquid plus talis
oratio: ꝙ̄ ſi dicas pro tua pietate.

Epitome capitis.clxxvij.

**Venire in opinionem** ¶ Venire in opinionē ſignificat cū habere tum
facere opinionem. Exiſtimatio quoqꝫ ⁊ actiue
⁊ paſſiue accipitur. Sed venire in ſuſpitionem
obliuionem ⁊ vituperationem ſemper paſſiue:
ſicut vt plurimum offenſio accipitur nam offen
ſam actiue dicimus. Vectatio quoqꝫ fere paſſi
ue accipitur: ſicut ⁊ vector potius pro eo qui ve
hitur: ꝙ̄ qui vehit. Cetera autem verbalia in io
a ſupinis actiuoruꝫ deducta communiter ſigni
ficant.

**Nota verſiculos** ¶ Vector ergo cōmuniter ſignificat ſicut ⁊ ea ꝙ̄
his verſiculis continentur. Hoſpes zelotypus
connubaqꝫ: vector alumnus. Actuꝫ ſiue pati ſub
codeꝫ nomine ſignant. Negat id de alumno au
ctor noſter: ſed vt ſuo loco dicetur non recte.

Veni in opinionem Ca.clxxvij.

VEni in opinionem actiue acci **Veni i opinionem**
pitur ꝙ talem opinionem habeo: ali
quando paſſiue cū opinio ſignificat
famam: opinio inquaꝫ: que de me ha
betur ab alijs: non quam ego habeo de aliquo:
ſicut exiſtimatio eſt opinio atqꝫ ſententia cum
accipitur actiue vt exiſtimatio mea. i. ita exiſti
mo. Aliqñ paſſiue: vt homo magne exiſtimatio
nis. i. fame et nominis: ꝙ cum magni homines
exiſtimant ita homo magne opinionis. Quint.
Quod accidiſſet etiā porcio latroni qui prim9
clari nominis profeſſor fuit. Traditur vt cuꝫ ei
ſummā in ſcholis opinioneꝫ obtinenti cauſa in
foro eſſet oranda: impenſe petierit vti ſubſellia
in baſilicam transferētur. Cicero. Sermonib9 **Cicero**
familiarium peruenimus etiā nos in opinionē
Veni in ſuſpitioneꝫ ſemper paſſiue: vt idem qđ
ſi falſo. Pub. Sexto veniſſes in ſuſpitionē. In
ſuſpitionē tui non tuā. Veni in obliuionē ſemp
etiam paſſiue: vt idem: ſi fuerint excellentes vi
ri certe iam venerint in obliuionem: hoc eſt ꝙ
ceteri de illis obliti ſint: non ꝙ ipſi de alijs aut
de ſe. Similiter venio in vituperationē. Idem
Verrinarum. v. Ut propter eum in ſermonē ho **Nota.**
minum atqꝫ in tantam vituperationeꝫ veniret.
Offenſio etiam prope paſſiue accipitur Ideo
qꝫ idem non Claudij offenſiones dicit: ſed offē
ſas: ſuas vero offenſiones: ⁊ alibi. In egro cor
pore odioſa eſt omnis offenſio. i. moleſta omīs **Vector**
paſſio. Vectatio vero huic ſimile ē: cuius rei cā
eſt ꝙ vector quod debet ſignificare quod vehit
vt nauis: equus vehiculum: ſignificat potius id
quod vehitur qui eſt homo. Cicero. Etiam ſum
mi gubernatores in magnis tēpeſtatibus a mi
noribus vectoribus admoneri ſolent. Quintil.
Sic in naueꝫ filij mei male permutatus vector
impono: non tamen vectorem accipimus pro
nauta. Hinc eſt ꝙ inuenimus nonnunꝙ̄ dictum
nautas ⁊ vectores. Sunt eniꝫ vectores qui pre
cio in aliena naui vehuntur vt idem Quintilia.
Cum infrenatis equis vector incidet. Nonnun **Seneca**
ꝙ̄ pro eo qui vehit: vt Seneca in Hercule inſa
no. Tyrie per vndas Vector europa nitet. Idē
in Hippolyto. pro ſua vector timid9 rapina cuꝫ
de eodem tauro eademqꝫ Europa loqueretur
Nam cetera fere que a ſupinis veniunt taꝫ acti
ue ꝙ̄ paſſiue accipi ſolēt: vt accuſatio. M. Tul
lij actiue accuſatio Verris paſſiue: donatio ma
riti actiue: donatio vero bonoruꝫ paſſiue.

Epitome capitis.clxxviij.

¶ Male cogitare eſt perniciem aut aliud malū
alij machinari: quaſi mala cogitare. ſicut male
audire infamari: quaſi mala de ſe audire. Sed
male dicere ſine caſu: ⁊ male cenſere: pronūcia
re: opinari: ſentire: exiſtimare: iudicare: et ſimi
lia: ſignificant male. i. indebite ⁊ cum errore ea
facere. At male dico tibi male opto. male pre
cor aut male imprecor ſignificant mala ⁊ perni
cioſa tibi dico opto ⁊c. Similiter male de te ſen
tio: male tu de me exiſtimas aut iudicas: ꝙ̄ ſi ꝓ
malo dicuntur. vt ſit error non agentis ſed eius

in quem agit

Male iudico: male cogito. Ca. Clxxviij.

Male ⁊ bñ cũ diuerſis verbis.

MAle dico: male cenſeo. male ꝓ
nuncio male opinor: male ſentio: ma
le exiſtimo: hoc male ad me ipſuꝫ re
fertur. erroremqꝫ meuꝫ declarat. Ma
le cogito ad alterum refertur: ſignificatqꝫ per
niciem non errorem: vt Cice.

Cicero.

Carthaginem diu
male cogitantem non prius vereri deſinã ꝙ ex
ciſaꝫ cognouero. Male cogitanteꝫ videlicet ma
la in alterum perniciemqꝫ cogitantem: nõ autẽ
ſeipſam fallentem. Itẽ male dico tibi: male op
to. male precor tibi: aut male imprecor. His nõ
nihil ſimilia ſunt: male de te ſentio: male tu de
me exiſtimas: male de illo iudicamus: nõ error
hic ſentientis: exiſtimantis: iudicantiſqꝫ innui
tur: ſed vitium de quo iudicamus: exiſtimamus
ſentimus. Male quoqꝫ audio. i. infamor crimĩa
mea audiens: cuius contrarium eſt male dico.

Saluſtius

Saluſt. in Cice. Reſpondeo tibi: vt ſi quaꝫ ma
ledicendo voluptatem cepiſti: eam male audiẽ
do amittas. Bene quoqꝫ maxima ex parte huic
ſimile eſt: vt de te bene ſentio: bene tibi precor:
bene de te mereor.

Bene ſentio.

Epitome capitis. clxxix.

¶ Habeo te loco patris. i. ea charitate qua pa
trem ſed loco voluptatis. i. voluptuoſum et ita
in conſimilibus. Particula autẽ in locum expe
tit verbũ quale eſt ſuccedo: ſubſtituo: aut ſimilẽ
Et in patrem etiam verbum motus vt reuertor
reddeo non eſſe: vnde non dicam: ero tibi in pa
trem ſed pater: licet Curtius in p̄ſidem dixerit.

Loco patris. Ca. clxxix.

Loco pris.

LOco patris: loco fratris: lo
co filij te habeo: non ita accipitur ꝙ
vbi illi antea erant tibi: tu nunc apõ
me ſis: ſed ꝙ in ea charitate: qua illi
fuerũt aut ſunt aut eſſent aut eſſe de
beant. vt Chriſis Pamphilo apud Terenti⁹. lo
quit. Si te in germani fratris loco dilexi. Cic.
in Verrem. In parentuꝫ loco queſtoribus ſuis
pretores eſſe oportere. Illa autem ſententia in
locuꝫ potius ꝙ in loco requirit tale aliquod ver
bum: quale eſt apud Quintilianũ Nam quomo
do pugnam meuntibus tot ſimul metus labor
dolorum poſtremo mortis ipſius exciderint: ni
ſi in eorum locum pietas ⁊ fortitudo et honeſti
operis imago ſucceſſerit. ⁊ alibi. Non perdidit
filiuꝫ quiſquis occidit. Explicat a dolore patrẽ
quod ſibi videtur feciſſe rem maximam: ⁊ in lo
cuꝫ iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatiũ

Terentius
Cicero.

Ergo ita dicitur vbi aliud erat aliud ſucceſſit: ꝙ
diuerſa a ſuperiore ſententia eſt: loco voluptatꝭ
mihi eſt: loco honoris. loco turpitudinis. i. volu
ptuoſum: honorificum turpe: Illud autem hac
in p̃te cõperit vt dicamus non recordari me an
vſꝗ̃ repperi genus illud ſermonis. quo eccleſia
ſtici paſſim vtuntur Ego habeo te in patreꝫ: tu
es mihi in filium accipio te in fratrem. Dicunt
enim veteres habeo te loco patris. Tu es mihi
loco filij. Accipio te loco fratris. vel habeo te ꝓ

Loco voluptatis.

patre. Tu es mihi pro filio Accipio te pro fra
tre: et non nullis alijs modis Atqꝫ hic videtur
aliquid non vtiqꝫ tale eſſe. ſed perinde eſſe ac ſi
tale foret: ideoqꝫ expoſitiones noſtre locum ha
bent: vbi tale aliquid non eſt [vt dixi] ſed ꝓ tali
habetur: vt in illo. Ex illa hora accepit ea diſci
pulus in ſuaꝫ: quod licet dicere: accepit loco ma
tris: vel pro matre ſiue pro ſua. Non autem ita
in illo quod pro vero accipi debet. Ego ero illi
in patrem ⁊ ipſe erit mihi in filium. Licuiſſet er
go dicere. i. dixiſſent veteres. Ego ero illi pater
⁊ ipſe erit mihi filius ſed more grecorum: vnde
hec ſumpta ſunt noſtris eccleſiaſticis loqui pla
cuit. Idem veteres qui illo modo locuti nõ ſunt
ſic tamen loquebantur reuertor in patrem tibi
redij in amicum ſed hic verbum eſt ſignificans
motum. Quintilianus Et poſt exitum vnici re
uertor in patreꝫ Quintus. Curtius tamẽ libro.
v. Igitur rex arci babylonie Agaticem in p̄ſi
dem eſſe iuſſit.

In patreꝫ

Epitome capitis. Clxxx.

¶ Nihil ad te eleganter dicitur pro eo quod eſt
nihil in comparatione tui: non tamen penitus
nihil: ſed valde parum.

Nihil ad tuum equitatum. Ca. clxxx.

Nihil ad tuum

ADdidit illud etiam equites nõ
optimos miſiſſe credo Ceſar nihil ad
tuum equitatum. i. nihil ad compara
tionem tui equitatus. Idem Cic. Per
ſium volo legere: hic fuit enim vt notamus oĩm
fere noſtrorum doctiſſimus. Lelium decimum
volo quem cognouimus virum bonum ⁊ non il
litteratuꝫ ſed nihil ad Perſiũ. i. nihil in Perſij
comparatione Quale eſt cum ſubintelligit̃ per
tinet: vt hoc quid ad te: hoc nihil ad te ſup. per
tinet: vel potius parum eſt vt ſit in comparatio
ne perſij parum doctus in cõparatione tui equi
tatus ſint parum boni equites. Teren. Eſt ne
Thais [vt fertur] forma ſanc. Sed nihil ad no
ſtram. hanc, non plane nihil: ſed parum potius
accipiendum eſt.

Perſij laus

Epitome capitis. clxxxi.

¶ Dicetur memoria teneo: non memoriter: nihil.
Plinius ſic dixit. contra memoriter pronũcio
⁊ narro non memoria. At complector ⁊ repeto
memoria ⁊ memoriter. pro quorum poſteriore
non dicemus corde tenus aut mente tenus.
¶ Magna ẽ ergo auctoritas Pliniana: qua ſo
la trahitur in ſententiam dicendi teneo memo
riter: cuius tamẽ ſenſus erit: teneo ſic vt memo
riter efferre aut pronunciare poſſem.

Memoria teneo: non memoriter: ꝓ
nuncio memoriter ⁊c. Ca. clxxxi

MEmoria teneo: non memoriter
pronuncio memoriter: non memoria.
Cicero. Memoria teneo bello marſi
co cũ Quinto Octauio: Idem Quin.
Mutius augur Sceuola multa narrare de. C.
Lelio ſocero ſuo memoriter ⁊ iucunde ſolebat.
Complector tamen memoria ⁊ memoriter repe
to memoriter ⁊ memoria. Quin. Si longior cõ

memoria: memoriter

Cicero

plectanda memoria fuerit oratio. proderit per partes ediſcere. Cice. Complectabatur memoriter diuidebat acute. Quint. Memoria repeto conuictos a me qui reprehenderant ꝙ hoc verbo vſus eſſem pepigi. Ter. An cognoſcit ſigna: at memoriter. Aliud tamen eſt ille ablatiuus ꝙ illud aduerbium. Memoria enim quid ſignificatur apparet. Memoriter vero eſt quod litteratores noſtri imperiti dicunt cordetenus ⁊ mentetenus. Apud. Pli. tamen ad romanum lego. Tu facillime iudicabis: qui tam memoriter tenes: vt cum hac conferre poſſis. ſi recte ſic ſcriptum eſt: recte ſic dici iudicabo.

Epitome capitis. clxxxij. Eſt idipm

fficio ¶ Eſt autem verbū afficio lati ambitus ad oēz affectionem ſeu [vt dicunt] paſſionem accommodabile. vt afficio gaudio: voluptate: triſtitia: ſpe: metu: dolore. ⁊c. Sic cōficio quod eſt quaſi

Conficio ti conſumo: vt confecit me ſitis ⁊ inedia: ſed frequentius in paſſiuo confectus ſum egritudine ſiti ⁊c. Item proſequor eandem vim habet quā afficio: vt proſequor te laude. i. laudo: vitupero. i. vitupero. ⁊ ita in ſimilibus. Quidam habent hic plura capita: ſed ea in quinto reperiuntur.

Facio tibi iniuriam. Ca. Clxxxij.

Facio tibi iniuriam ⁊ facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria afficio te cōtumelia. Facio tibi moleſtiam non ita libenter dixerim vt afficio te moleſtia. Queſtio de verbo.

Queritur vtrū vnum verbuz poſſit ſine equiuocatione importare duorū ſignificata vbor. Arguit ꝙ nō. Naz aliqđ verbū importās ſignificata duorū vbor eſt equocū ergo ⁊ qđlibet patet ꝯſequētia p ſimile. Scđo ſic ſi aliqđ vbū importaret ſignificata duor vbor maxie eſſent vba vehemētis trāſitionis ſcz poſtulo poſco ⁊c. ſed hoc nō. ergo nulla ꝯña tenet maior ptz qz de illis verbis grammatici exemplificat. minor probatur quia iſta verba ſunt vniuoca. Tertio ſic horum verborum paſſiua non important duorum ſignificata vborum. ergo neqꝫ iſta actiua ptz ꝯña qm idē ſignificaṫ p actiuū ⁊ p paſſiuuz cū paſſiuū deſcēdat ab actiuo: ſz aūs ptz qm vba Importātia ſignificata duor vbor regūt poſt ſe duos actōs ſz paſſiua iſtor vnū ſolū regūt accuſatiuū In oppoſitū ſunt grāmatici et ratio ē qz nō appet qlr vnū vbū poſſit duos accuſatiuos regere niſi iportaret ſignificata duor vborū igiṫ. Cōcluſio vnum vbū ad placitū ſignificās equocuz a caſu ſiue ꝯſilio diuerſis ꝯceptib⁹ totalib⁹ nō ſynonimis iportat ſignificata duor aut pluriuz vbor vt ptz de iſto vbo cano canis qđ iportat ſignificatū. huius vbi ſcribo ſcribis Verg. i. enei. Arma viruqꝫ cano ⁊ iportat ſignificatū hu⁹ vbi canto Correlariū vnū vbū ratione ſignificati includit ſignificata pluriū vbor ſicut cauſa includit ſuū effectū. Ad queſtionem Reſpōdēdū eſt ꝙ vnuz vbū importare ſignificata duor vbor poteſt intelligi mltiplicit vno mō diuerſis ꝯceptib⁹ totalib⁹ et nō ſynonimis vl' eque pmo ſi ſit equocū a caſu vel vnū p pri⁹ ⁊ aliđ p poſteri⁹ ſi ſit equocū ꝯſilio Alio modo ꝙ vno ꝯceptu ſignificat vnuz ſignificatū equaliter duob⁹ ſignificatis q̄ poſſunt p duo vba diſticta ſignificari. Tertio mō ſicut ſuperi⁹ importat ſignificata ſuor inferior Quarto mō ſicut poſterius iportat ſuū ſignificatū ⁊ ſignificatū ſui prioris Quīto mō ſicut inferi⁹ includit ſuū ſuperi⁹. Sexto mō ſicut cauſa includit ſuū effectū Septimo mō ſicut effect⁹ icludit ſuā cauſaz Octauo mō ſicut vbū ꝯpoſitū ex duob⁹ verbis includit vba ſimplicia. Nono iſta poſſunt itelligi de vbis mētalib⁹ ſignificatiuis naturaliter ꝑpe ⁊ vltimate aut de vbis ſignificatiuis ad placituz Et ex dictis patet ſolutio ad argumenta.

## Epitome in quarti libri proemium.

¶ Tametſi diu⁹ Hieronym⁹ ſe fateṫ ceſuz ꝙ Ciceronian⁹ ⁊ nō Chriſtian⁹ eſſet nō cōtinuo dānādi ſunt eloquētie ſtudioſi aut elegātie ꝑcepto res: cū etiā theologi cū cor pricipes fuerit eloquētiſſimi: et ſine elegātia nul⁹ ad theologiā niſi iprudētiſſim⁹ accedat. Neqꝫ vero ꝙ eloquentie ſtuduerat: aut gētiles legerat ceſus ē Hieronym⁹ [nā id poſtea neqꝫ vetuit cuiqꝫ neqꝫ omiſit] ſz ꝙ vir ad xpianā rē deſtinat⁹ nō chriſtian⁹: ſed ciceronian⁹ eſſet. i. nō diuinis: ſz dūtaxat humanis litteris inſudās. Quocirca hortaṫ vt ornatū dicēdi a gentilib⁹ tanqꝫ iniuſtis poſſeſſorib⁹ ad noſtraz cui debeṫ religionem transferamus ¶ Scio ego emphaticos addiṫ ego. Qui ſibi videṫ: nō dicit q̄ ſunt intelligiṫ aūt ceteris nā aliter ſanctiores locū inter plura duobus haberet etiā partitiue ſumptū. vt. i. tanqꝫ q̄. ſ. libror. ꝙ. i. qz ſtudioſior ſubaudi aliquāto ꝙ pareat ⁊ id diris execrationib⁹ quas euāgeliū anathematizationes vocat. ſunt aūt qb⁹ qs ſibi male ꝑcaṫ: niſi faciat aut ver ſit qđ dicit. Iſtorū qſi viliſſimor. Et qdez i pterito alij legūt ipterriti. Atſi vera ē lectio i pterito. i. de re pterita: vt pote de iactura ⁊ naufragio. i. dāno ⁊ peritione litterar aut in pterito. i. in eo qđ alij pterierūt ⁊ nō accuſauerūt: putātes eos pie locutos: aut in pterito cū ſera ſit accuſatio poſt tātaz iacturā. mallē tñ legere impterriti Naufragiū fecerūt: qđ pl⁹ eſt ꝙ iacturā facere. Nā iacturā faciūt ne fiat naufragiū. fuat aūt qđ ꝑcepit dicēs fecerūt potius ꝙ paſſe ſunt Sed qs. i. qlis accuſat⁹. Ne in te ī petū faciāt: ſumpta locutio ex ſmonib⁹ Horat. Si tñ eloquētes validior videṫ obiectio ꝙ reſpōſio. Si eñ diceret. Eloquētie ſtudiū q̄ ipeditia ſanctar rer ſcrutinio arceṫ: nō eloquētiā lectionē dānam⁹: dūmō in eis nō eloquētiā ſed bonas margaritas. i. ſentētias inqram⁹. Nō ſatis purgaret q̄ diceret ergo nullos gētiles legēdos. imo dicerē: oēs q̄ aliqđ bone ſnie habēt: ſz nō ꝑpter eloquētiā obtinendā. Uerū dicemus etiā eloquētiā amandā: ꝙ ea q̄ concipim⁹ meli⁹ exprimim⁹ et expſſa ab alijs meli⁹ intelligim⁹ Neqꝫ tñ hic tā eloquētiā ꝙ elegantiam precipi ſine qua nemo verus ſit theologus: cuz ignoret virtutem vocabulorum. Dilutū. i. intermittum

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

vinum autem dilutum imperiti limphatum vocant Ille grecus: videlicet Plato noſter latin⁹. ſ. Cicero. Cauſe forenſes ſunt que pertinēt ad forum iudiciale: Omnes hereſes. Id Auguſtinus in libro de ciuitate dei ſentire et parte videtur. vbi Porphyrium taxat chriſtiane pietatis acerrimū hoſtem. Quid ſup. de hoc dices: ꝙ ne diſſimulabit quideꝫ id eſt manifeſte fatebitur ſe eloquentie ſtudioſuꝫ I nunc figurata iuſſio aut permiſſio qua poete ⁊ oratores frequenter vtūtur pro occulta prohibitione Eſt aūt i ſecunda perſona preſentiſ imperatiui ab eo. Quod dico quia quidam credens. C. eſſe fecit Lucium. Sepe in teſtimonium aſſumit. etiam in prologis biblie. Quid ipſe. ſ. vir tam antiq̄ ſanctus ⁊ doct⁹ ⁊ verax. Nam in aliis inſpiciendū potius ex cōſilio ſaluatoris quid doceāt ꝙ quid agant. dicūt enim ⁊ non faciunt. Eloquentiam mutuaretur. i. mutuo acciperet. Nam mutuatur qui mutuo accipit: mutuat aūt mutuo dat. vt alibi docet author ipſe. Studeo eloquentie potius ꝙ eloquētiaꝫ dicemus. Apes ꝙ formica apes regem habent formice rempublicam. Unde lepide dicit ſe ſub apum rege malle militare: ꝙ formicaruꝫ exercitum ducere Nam licet formice prudēter quidem rempu. adminiſtrant. terrena tamē dūtaxat cōgerunt: at apes aerei mellis celeſtia dona. Cetera vti ⁊ iſta nota putem etiam mediocriter litteratis imperitioribus tamen multa familiarius explananda relinquimus quale eſt probatum iri eſſe futuri infinitiui modi: pro quo dicere liceret probanda eſſe. Nam ſenes deſperādi. i. nulla ſpes habenda eſt de ſenum eruditione: quod graphice in prefatione Temiſtii ſic dicit Hermolaus barbarus. Pſitacus eſt ſenex ferulam neſcit. ꝙꝙ non nihil differunt: ſic legendum eſt non differant. ne contra preceptuꝫ ſuū faciat author. De verborum ſignificatione. i. vocabulorum non enim in ſequenti libro verborū ſed nominum ſignificationes tractat ſed verbū pro famine ſepe ponit horat. Uerbum non amplius addam.

## ¶ Laurētii Uallenſis patricii Romani de latine lingue elegantia bene merentis In quarti Libri contra elegantie ſtudioſoruꝫ caſuꝫ nitatores Proemium.

Adverſus calūniatores defēſio

Scio ego nonullos eorū preſertim qui ſibi ſanctiores ac religioſiores videntur auſuros meum inſtitutum hoc laboremq̄ reprehendere: vt indignum chriſtiano homine vbi ad hortet ceteros ad librorum ſecularium lectionem: quoruꝫ ꝙ ſtudioſior eſſet Hieronymus: ceſum ſe flagellis ad tribunal dei fuiſſe confitetur: accuſatūq̄ ꝙ Ciceronianus eſſet ⁊ non xpianus: quaſi non poſſet fidelis eſſe ⁊ idem Tullianus. Eoq̄ ſpopondiſſe cū diris execrationibus libros ſeculares poſtea ſe non eſſe lecturum.

Hier. ceſio.

Hoc crimen non magis ad preſens opus pertinet ꝙ ad me ipſuꝫ: ac ceteros litteratos: quorum ſtudiuꝫ ac doctrina litterarum ſecularium reprehenditur. Reſpōdeamus igitur iſtoruꝫ accuſationi eoſq̄ viciſſiꝫ ⁊ quidem in preterito quoq̄ accuſemus: quoruꝫ culpa non ex minima parte latine littere iacturam: naufragiūq̄ fecerunt. Quid ais tu nō eſſe legendos [authore Hieronymo] ſeculares libros: Qui ſunt iſti queſo libri: Omneſne oratores: omnes hiſtorici: omnes poete omnes phyloſophi omnes iuriſcōſulti: ceteriq̄ ſcriptores an vnus Cicero: Si illos dicis: vt debes dicere cur non ceterarū quoq̄ litterarum ſtudioſi abs te reprehenduntur: cum quibus me aut damnare debes aut abſoluere: Sin ita non centis ⁊ ſolum Ciceronem reum facis: vide ne ſtultū Hieronymum videri velis. qui neminem ſecularium promiſit ſe lecturum cum de Cicerone tantum promittere debuerat At non quid ille promiſerit iniquis eſt intuenduꝫ: ſed quis accuſatus ſit. Fuit autem accuſatus ꝙ Ciceronianus foret. Ita ne: Ergo miſſum faciamus. Quid de aliis authoribus ſentias: Quid de tot diſciplinis certe omnes ſeculares ſunt: atq̄ adeo gentiles. i. a nō xpianis: nec de xpiana religione conſcripte. Si legendas ais tibi ipſi repugnabis qui mihi harum obiicis lectionem. Si negas etiam atq̄ etiam conſidera: ne ſingularum diſciplinarum familie in te impetuꝫ faciant: neq̄ omnes nemine auxilium ferēte diſcerpant. Minime inquis ita eſt. Sed cuꝫ Hieronimus q̄ Ciceronianus eſt reprehenditur: id reprehēditur ꝙ ſtudioſus eloquentie eſſet. Ideoq̄ damnati atq̄ repulſi intelliguntur qui comparande eloquentie gratia lectitantur. Iam video times inuidiam: ſed ſero times: ⁊ in eodem heſitas luto. Si tantum eloquentes excludis cur non in vniuerſuꝫ mihi vetebas: vt ſepe facere ſoles: legēdos ſecularium libros: At poſtea accuſationeꝫ temperaſti: ⁊ de eloquentibus duntaxat intelligis. Ita ſi erraueris ſane do veniam imperitie: parco cupiditati feriendi licet laceſſitus. Cur tamē ab Hieronymo diſſides: qui ſeculares non autem eloquentes ſe nolle tangere promiſit: Cur tu neq̄ cuꝫ iudice illo vnum Ciceronem. intelligis: neq̄ cum Hieronymo vniuerſos ſeculares Quid ſibi vult iſta anceps vacillanſq̄ ſententia: ꝙꝙ [dii boni] nihil ne in illis libris niſi eloquentia eſt: nō memoria temporum: gentiūq̄ hyſtorie: ſine quib⁹ nemo non puer eſt: non multa ad mores pertinentia: non omnium diſciplinarum tractatio. Nunquid hec omnia negligaꝫ: ne forte dum talia diſcere volo eloquentiam diſcam ⁊ venenuꝫ bibam hoc vino dilutum: malimq̄ aquam ⁊ quidem cenoſam potare: ꝙ hoc timore falerna dulciſſima: Porro qui ſunt iſti libri in quibus venena eloquentie occultant: Certe nullos ego ſcio non eloquentes niſi tuos tuorūq̄ ſimilium: quibus nec robur vllum adeſt: nec ſplēdor: contraq̄ ceterorum opera pro ſua vnūquodq̄ portione miram quandam preſe ferunt bene dicendi

Defenſio ... ctionis ... cularium

Sol⁹ ... quentie ... nari ſtu...

Hiſtori... cognit... facit ne... per puer... mus.

diligentiā. Ita aut eloquētes aut nulli libri le
gēdi erūt. An ex his duob⁹: de q̄b⁹ Hiero. memi
nit: aut ille grecus infacund⁹ fuit: aut noster la

Platōis et Ciceronis laudes

tinus: nulli dubitarat latinoꝝ in philosophia se
cūdus: quoꝝ vterq̄ nescias prestantior sit: phi
losophus an orator: ꝙ si oēs libri veterū ita sūt
eloquentes: vt vel plurimū sapientie: ita tradē
tes sapientiā: vt vel plurimū eloquētie habeāt:
quinā isti erūt quos ob eloquentiā dānandos
putem⁹. Atq̄ cū eos duos lectitasse se. Hiero.
fateatur vide ne non tā de oratorijs Ciceronis
operibus ꝙ de philosophicis dictū existimare
debeas. Certe ego de philosophicis dictū acci
pio vbi soli philosophi noiant: ꝙ Platonic⁹ eēt
nō ideo nō obiectū quasi secū faceret Platonē
legēs: sed tm̄ Ciceronianus: ꝙ hō latin⁹ mag
Ciceronis stilū cupiebat exprimere. stilū iq̄ua
quasi vtebat in questionib⁹ philosophie nō ī
in forēsib⁹ causis: actionibusve: aut i senatu. Nō
eīm orator causaꝝ ciuiliū Hiero. ſ3 scriptor san
ctaꝝ disputationū studebat euadere. Cur non
ergo credam⁹ nō minus Platonē nocuisse ei ꝙ
Ciceronē: cur nō magis philosophos ꝙ orato
res. At ornatus ipe dicēdi reprehensus est nō
scientia. Si ita est ad oēs ad vnū reprehēdū
tur. Quis eīm caret ornatu. In quo tu intolera
bili calūnia veteris: cū nō. sit facta mētio de or
natu in illa accusatiōe sed ꝙ tm̄ ciceronian⁹ fo
ret. Nunqd tm̄ in Cicerone ornat⁹ ⁊ nō philo

Si ornat⁹ rephēdit oēs rephēdi gentiliū libri.

sophia. nō cetere artes: nō vt dixi in platone fa
cundia: nō in ceteris cur non oēs pariter exter
minamus: cur nō poti⁹ Ciceronis phia nocuis
se putāda Hieronymo est: ꝙ ars dicēdi. Nolo. ī
hoc loco cōparationē facere inter phiam ⁊ elo
quētiā vtra magis obesse possit. de q̄ multi di
xerūt ostēdētes philosophiā cū religiōe xpiana
vix cohererere: oēsq̄ hereses ex phie fontib⁹ pro
fluxisse. Rhetoricā vero nihil habere nisi lau

Rhetorice laus.

dabile vt inuenias: vt disponas quasi ossa ⁊ ner
uos orationi des vt ornes. hoc est vt carnē colo
remq̄ inducas. Postremo vt memorie mādes
decēterq̄ pnūcies. i. vt illi spiritū actionēq̄ tri
buas. Hec ego cuiq̄ nocere posse credā: nisi ei q̄
cetera negligat ⁊ psertim verā sapiētiam atq̄
virtutes: vt Hiero. faciebat. Hanc ego artē ob
futurā putē pfecto nō magis ꝙ pingēdi: fingē
di: celandi ⁊ (vt de liberalib⁹ dicā) ꝙ musices
artē. Et si ex his q̄ bene canūt: pingūt: fingūt:
ceterisq̄ ex artibus multū vsus atq̄ ornamēti
diuinis accedat reb⁹: vt proprie ad hanc rē na

Accusatio. Hieronymi solius.

te esse videant: pfecto multo pl⁹ accedit ex elo
quētib⁹. Quare non fuit illa accusatio ꝙ Cice
ronianus esset Hieronimus: sed ꝙ nō Christia
nus: qualē se falso eē predicauerat: cū litteras
sacras despiceret: Nō studiū huius artis: ſ3 ni
mium studiū siue huius artis: siue alterius: ita
vt locus nō relinquatur melioribus reprehensus
Non ceteri: sed solus Hieronymus accusat⁹ est
Alioquin ceteri similia castigatione correpti
fuissent. Neq̄ enim vna omnibus medicina cō
uenit: talios aliud decet: neq̄ semper ⁊ vbi idē
aut permittit aut vertatur: neq̄ ille hoc alijs
vetare ausus est ne facerent: cōtraq̄ plurimos
laudauit: cū superiorū tū suoꝝ tēporum eloquē
tes. Verū quid multis agim⁹. Quid Hierony.
ipso eloquentius: quid magis oratoriū q̄d (lic3
ipse dissimulare velit) benedicēdi sollicit⁹ stu

Hiero. aduersus ruffinū se purgat. I pericula

diosus: obseruantius. Quid ꝙ ne dissimulabat
quidē. Nā obijciente hoc sibi somniū Ruffino
hominē deridet planeq̄ fatet se lectitare ope
ra gētiliū: ⁊ lectitare debere. Adq̄ cū in alijs
multis locis (ꝙ etiā sine confessione palā ē)
tū vero epistola illa ad magnū oratorē. I nunc
et verere ne aliena accusatio tibi obsit: cum illi
non obfuerit sua: ⁊ non audeas facere quod illa
recissa pactione ipse facere nō timuit. tametsi
nō desunt qui credant eū puerili etate illa pre
cepisse semperq̄ postea memoria tenuisse. O
ridiculos homines: et omnis doctrine imperi
tos: qui opinent e tantā reꝝ copiā ac scientiā
qua nulli christianoꝝ cedit: aut tā cito potuisse
discere aut tamdiu non potuisse dediscere. Cū
et rarissimi reperiantur qui centesimā partē
scientie illius assequi possint: ⁊ non minore la
bore (vt antiquitus dictum est) hec facultas re
tineatur ꝙ paretur: ⁊ tamen quantum interest
inter furari ⁊ furtum non reddere. Quid pro

Eloquētia tā difficult retinet ꝙ paratur

dest alijs prohibere ne furentur: si tu furto tuo
palam potiris. Si non debem⁹ discere eloquē
tiā: nec vti certe si didicimus Quid ꝙ libros gē
tilium sepe in testimonium assumit. Quos si
non liceret legere: minus profecto legendos ex
hibere: si nos dehortaretur a lectione gentiliū
quod non facit: magis intuendum putarem q̄d
ipse ageret. ꝙ quid agendum alijs diceret: ve
runtamen semper ipse idem ⁊ dixit ⁊ fecit. Nā
postꝙ teneram illam etatē saluberrimo sacra
rum scripturarum alimento pauit: ⁊ in ea quā
despectam habuerat scientia sibi vires fecit. tā
ꝙ extra periculum potius ad lectionem genti
lium rediit siue vt illinc eloquentiam mutuare
tur: siue vt illorum dicta bene probans maledi
cta reprehenderet quod ceteri oēs latini gre
ciq̄ fecerunt. Hilarius: Ambrosius: Augusti
nus: Lactantius: Basilius: Gregorius: Chriso
stomus: aliiq̄ plurimi qui in oīn etate precio
sas illas diuini eloquij gemmas auro argento
q̄ eloquentie vestierunt. At mea quidem sen
tentia: si quis ad scribendum in theologia acce
dat: parui refert an aliam aliquam facultatem
afferat: an nō afferat. nihil enim fere cetera cō
ferunt. Atqui ignarus eloquentie est hunc in

Theologia sol⁹ eloqn tie eget.

dignum prorsus qui de theologia loquatur exi
stimo. Et certe soli eloquētes quales hi q̄s enu
meraui columne ecclesie sunt etiam vt ab apo

Paulus eloquens

stolis vsq̄ repetas: inter quos mihi. Paulus
nulla re alia eminere ꝙ eloquentia videtur. Vi
des igitur vt in contrariū res ipsa recidit. Non
mō nō reprehendendum esse studere eloquen
tie verumetiam reprehendendum non studere
Et ego sic agā tanꝙ eloquentie contra colum

Elegātie ñ eloquētie. pcepta tradi.

niatores patrocinium prestem quodem maius p
posito meo. Non enim de hac re. sed de elegan
tia lingue latine scribimus: et qua tamen gra

duꝰ fit ad ipſam eloquentiam: verum ſi qs elo
quens non ſit: ita demum non erit caſtigandus
ſi talis non potuit euadere: non ſi hunc laborē
effugit. Qui vero eleganter loqui neſcit: et co
gitationes ſuas litteris mandat in theologia p̄
ſertim impudentiſſimus eſt: ⁊ ſi id conſulto fa
Impudentiſſimꝰ ē ſine elegātia theologus
cere ſe ait inſaniſſimus: ꝙꝙ nemo eſt qui nolit
eleganter et facunde dicere. Quod cū ipſis nō
contingit videri volunt v t [ſunt peruerſi] nol
le: aut certe non debere ſic dicere. Ideoqꝫ aiūt
gentiles hoc modo locutos eſſe: non decere eo
dem loqui Chriſtianos: quaſi illi quos nomina
ui more iſtorum locuti ſunt. et non more Cice
ronis ceterorūqꝫ gentiliū: qui qualiter loquan
tur nec cognitum iſti nec expertū habent: nō
lingua gentilium non grammatica: non rheto
rica: non dialectica: ceterȩqꝫ artes damnande
ſunt. Siquidem apoſtoli lingua greca ſcripſe
runt [ſed dogmata: ſed religiones: ſed falſe opi
niones de actione virtutum per quas in celum
ſcandimus. Cetere autē ſcientie atqꝫ artes in
medio ſunt poſite: quibus et bene vti poſſis et
male. Quapropter conemur obſecro eo perue
nire aut ſaltem proxime quo luminaria iſta no
ſtre religionis peruenerunt. Vides ꝙ mirabili
Ornatꝰ rerū ſignificat elegantiā verborū
ornamento veſtes Aaron diſtinguat: ꝙ archa
federis: ꝙ templum Salomonis: per hoc mihi
ſignificari eloquētia videtur que vt ait nobilis
tragicus. Regina rerum eſt et perfecta ſapien
tia. Itaqꝫ alij ornent domos priuatas: hi ſunt
qui ſtudent iuri ciuili: canonico: medicine: phi
loſophie: nihil ad rem diuinam conferentes.
Nos ornemus domum dei: vt in eam ingredien
Veteres theologi.
tes non ex ſitu ad contemptum: ſed ex maieſta
te loci ad religionem concitentur. Non poſſū
continere quo minus quod ſentio dicam. Vete
res illi theologi vt videntur mihi velut apes in lō
ginqua etiam paſcua volitātes dulciſſima mel
la ceraſqꝫ miro artificio condidiſſe. Recētes
Recentes
vero formicis ſimillimi qui e proximo ſubla
ta furto grana in latibulis ſuis abſcondūt. Vt
ego [quid ad me attinet] non mō malim apes
ꝙ formica eſſe: ſed etiam ſub rege apum milita
re: ꝙ formicarum exercitum ducere. Que ꝓba
tum ire bone mentis iuuenibus [nam ſenes de
ſperandi ſunt] confidimus. Nunc ad inceptū
re deo: ꝙꝙ ea que ſequuntur nō nihil a ſuperio
Quarti li. argumētū.
ribus differant. Tractabimus enim de verbo
rum ſignificatione: neqꝫ de omnibus vocabu
lis: ſed quaſi guſtum quendam ⁊ eorū maxime
que ab alijs tractata non ſunt: nam de omnibꝰ
dicere prope infinitum eſt.

¶ Epitome capitis. clxxiiij.

¶ Libertinus adiectiuum eſt ſignificans homi
nem eius conditionis vt aliquando fuerit ſer
uus aut ex ſeruis natus: habetqꝫ ꝓ relatiuo in
genuum cuius contrarium ſignificat. Et quia
eius correlatiuū generale etiā ⁊ ſpālia facile
intelliguntur: recte ſine eo ponitur. Libertus ve
ro ſubſtantiuū ad patronū certū refertur ſigni
ficatqꝫ eū qui adhuc patronū habꝫ: nec ſine eo
vel adiectio ꝓ eo poſito āt itellecto recte ponitur.

¶ Dicemus ergo horatiū liberū aut libertinū
fuiſſe. patrē vero eius etiam libertinū: aut ſi ſci
remus cuius etiam libertum ſicut dicimꝰ hunc
libertū Ceſaris illū Tullij: nō tamē dicemus li
bertinū Ceſ. qꝛ adiectiuū eſt vt textus clare ſi
gnificat. Oſtēdens etiam quare dicantur cōſer
ui ⁊ colliberi: non coingenui nec collibertini

¶ De libertino ⁊ liberto. Cap. clxxiiij.

LIbertinus ⁊ libertus ſo
la elegantie gratia hn̄t differē
tiam: quā nec grammatici nec
iuriſperiti [qd maxime pudē
dū eſt] ſciunt: quā ne eorū qdē
aliquē q ex his tēporibꝰ meri
ta bene ſcribēdi laude celebrantur: inueni ſcientē
qd nolim videre cōtumelioſe dictū ſed neceſſa
rio potius atqꝫ honeſte. Vereor enī ne per faci
litatē qua ſemꝑ cādide quecūqꝫ ſtudio inueſti
gaſſem cū amicis cōmunicaui: amici ipſi [ſi mō
tales amici dicendi ſunt] laudē mihi ꝑcipiant.
Qd crimē longe a me ſemꝑ abfuit: et ex oibꝰ q̄
hoc in opere ꝑcipimꝰ ꝓfiteor: nihil oino ex ali
quo huius etatis vel audiuiſſe vel legiſſe. Itaqꝫ
ſic meā mihi ab alijs gloriā precipi moleſte fe
ro: vt illorū a me precipi moleſte fero: vt illorum
a me precipi nefas puto. Nemo aūt litteratorū
erit: quorū pauciſſimi mihi familiares nō ſunt: Libertus
q ſe hoc antea ignoraſſe: ⁊ a me vel verbo vel ſcri Libertinꝰ
ptis didiciſſe neget. Igitur libertinꝰ relatiuū
eſt ingenui: libertꝰ relatiuū eſt patroni: licꝫ vnū
ideqꝫ ſit ⁊ libertinꝰ ⁊ libertꝰ. Per libertinū ſigni
ficamꝰ cōditionē hoīs: ſicut per ingenuū ꝑ liber
tū ſignificamꝰ priuatū quēdā reſpectū ſicut per
patronū. Ideoqꝫ libertinus adiectiuū eſt ſicut
ingenuꝰ eoqꝫ nō fit a libertina libertinabꝰ vt a
liberta libertabꝰ: ſed libertꝰ ſubſtātiuū ſicut pa
tronꝰ. Illud ſolemꝰ diffinire: hoc nō ſolemꝰ: vt
in iure ciuili. Libertini ſūt q iuſta ſeruitute ma
numiſſi ſunt. quēadmodum econtrario ingenui
ſunt q libera matre nati: nec poſtea ſerui facti
ſunt. Significatur enī [vt dixi] cōditio hoīs ꝑ in
genuū ⁊ libertinū: vt libertinꝰ hō: libertina mu
lier: libertine cōditionis. Hec enī ſignificāt pri
uatū quēdā reſpectū ad patronū: patronē ve re
lata. i. ad eū eā ve q antea dn̄s: aut q dn̄a huius
fuit: cū ſeruꝰ ancilla ve eēt. vt libertꝰ Ceſaris li
bertus meſſaline: liberta claudij. liberta agrip
pine. nō aūt libertinꝰ Ceſaris aut libertina. Ideo
qꝫ interrogamꝰ an hic ingenuꝰ eſt: an libertinꝰ
nō aūt an libertus: ⁊ cū rn̄ſum eſt libertinꝰ: in
terrogamꝰ cuiꝰ libertus: nō cuiꝰ libertinꝰ. Rn̄
deturqꝫ eſt libertꝰ meꝰ aut tuꝰ aut illiꝰ: aut Ca
tonis: aut nulliꝰ. Aut libertꝰ ſine patrono ꝓno
na ve nō eſt. Libertinꝰ pōt eē: ꝗuis neceſſe eſt
eū aliqn̄ habuiſſe: quo factū eſt vt dicamꝰ: colli
berti colliberteqꝫ: quēadmodū cōſerui cōſerueqꝫ Colliberti
ꝙ hi plures ſub vmbra vniꝰ patroni ſint: ſicut
illi ſub imperio vniꝰ dn̄i: nō aūt collibertini aut
coingenui. Ad nullā enī alterā priuatā ꝑſonā
plures horū te ferri pn̄t. nec alij ab alijs diſtin
guuntur: colliberti a collibertꝭ diuiſi ſunt vt ⁊ cō

ALEXANDER PP VI ... [library stamp]

ſerui a cõſeruis:quẽadmodũ cõciues mei a con
ciuib⁹ tuis:q̃ alterius ciuitatis es: cõdiſcipuli
mei a tuis:cõmilitiões mei a tuis: q̃ ſub alio p̃
ceptore vel duce es. Libertinis vero atq; inge
nuis hoc nõ ptigit ꝙ nõ magis nex⁹ mihi fit cũ
īgenuis mee vrbi;. ꝛ tibi cũ libertinis tue: q̃ cũ
alijs q̃buſuis. Jdeoq; nõ dr̃ coigenuis ꝛ colliber
tini. Et libertus collibertuſq; eẽ aliq̃ñ q̃s defi
nit Libertin⁹ eẽ nõ definit. Deniq; licet potera
mus altero hoꝝ noim eſſe ↄtenti tñ diſtingue
re veterib⁹ placuit priuatũ reſpectũ a publico:
Libertinitas. et ideo libertinitas dicimus nõ libertitas. Ex
ſeruo tñ nõ ꝙ ad priuatũ dñm referẽ fit ſeruit⁹
ſed ꝙ ad publicũ:dicim⁹ eñ nõ, mõ ſeruus tu⁹
ſeruus me⁹:ſed etiã ſine reſpectu dñi:vt hic ſer
uus ꝛ hõ ſeruus q̃d in liberto nõ fit. Ceteꝝ co
Seruus et Seruitus. gitanti mihi vnde factũ eſt:vt in tanta exẽplo
rũ copia elegantiam hanc accuratiſſime custo
dientiũ cũ tot ſint hoim millia nunq̃ annotaue
rũt:id videtur cauſe fuiſſe q̃:frequẽter inueni
ret ſine mẽtiõe patroni libertũ noiari: quo fal
li ſopite negligentie fuit. Si eñ nõ min⁹ repe
riebant liberto nõ apponi patronũ tñ reperie
bant libertino nũq̃ apponi. q̃ q̃ ſemꝑ adheret
liberto patron⁹:vel noiatim vel ſubintelligẽdo
vt in multis fit:quale eſt. Uẽdendi patrimoniũ
ſupplex meũ:collocaſti filiã ſupplex tuã:publi
cauit op⁹ ſupplex ſuũ. Jta hoc loco:quale ẽ apd̃
Quintilianũ. Licet ꝛ nihilomin⁹ amicũ grauẽ
virũ aut fidelẽ libertũ lateri filij ſui adiungere
videlicet ſuũ. Cic. ꝑ Sextio cũ ait Quintũ fra
trem auxilio ſeruoꝝ libertoꝝq; ereptum a fer
ro Clodianoꝝ:non genus ſeruile libertinumq;
nec cuiuſcunq; ſeruos libertoſq; ſignificat ſed
ſuos ipſius. Quid attinet plura ex iure ciuili:ex
empla repetere,cũ etiã diſtincti ſint tittuli de
libertis ꝛ libertinis. Quã differentiã q̃ ignorãt
oẽs aũt legulegi ignorant plurima et capita
lia in ipſo iure ciuili peccata cõmittit. Serui⁹
grammaticus ſi codex fidelis eſt:pro libertino
poſuit libertũ:in octauũ eneid. Feronia mater
nympha cãpani quã etiam ſupradiximus: hec
etiã libertoꝝ dea eſt:in cuius tẽplo raſo capite
pileũ accipiebant. Adijciam quod ait Sueto.
in vita Claudij in ipſum Claudium: ignar⁹ tẽ
poribus Appij ꝛ deinceps aliq̃ diu:libertinos
dictos nõ ipſos qui manumitterent:ſed inge
nuos ex his ꝓcreatos.

¶ Epitome capitis.clxxiiii.

¶ Uerbalia in us et in io fere idem ſignificant
differunt tamen acceſſus ꝛ acceſſio: ꝛ nonnihil
actus ꝛ actio:geſtus ꝛ geſtio Jn io q̃ quid am
plius ſepe ſignificant vtpote rem ꝛ corp⁹ vt ſa
tio:aratio:poſſeſſio ꝛ ſeſſio declarant. Et q̃dã
in us pro perſonis:vt cõuentus:cõſeſſus. Calc
pinus affert exemplum Ciceronis: in quo vult
acceſſionem ꝛ deceſſionem pro acceſſu ꝛ deceſ
ſu capi. Eorum neq; acceſſione vitam meliorẽ
fieri,neq; deceſſione peiorem. Sed talis acceſ
ſio adiectio quedã eſt ꝛ incremẽtum: ꝛ deceſſio
ablatio ꝛ detrimentum.

¶ Jnter acceſſum ꝛ acceſſionẽ:actũ ꝛ actionẽ:
geſtũ ꝛ geſtionẽ q̃d interſit. Cap.clxxiiii.

Acceſſus et acceſſio differunt.
Siquidẽ acceſſus eſt aditio,atq; ap Acceſſus
propinquatio. Acceſſio autẽ adiectio Acceſſio
atq; incrementum:que differentia ra
ra eſt in conſimilibus nominibus. Statius eñ
et ſtatio idem ſunt: cultus ꝛ cultio: mot⁹ ꝛ mo Actio.
tio:actus ꝛ actio:niſi ꝙ dicamus actionem cau Actus.
ſarum:non actum:actum comẽtariũ:nõ actio Geſtio
nem:curſus curſio:abuſus abuſio. Geſtus quo Geſtus
q; et geſtio non parum differunt. Nam geſtus
eſt actio quedam et quaſi pronunciatio corpo
ris:geſtio vero adminiſtratio ꝛ actio:q̃ũis pa
rum in vſu eſt. Hec autem duo de quibus dice
re inſtitueram: ideo differunt ꝙ verbum vnde
deſcendunt dupliciter et regit et ſignificat: vt
accede ad ignem hunc.id eſt adi atq; appropin Accedo.
qua. Et hoc calamitatibus meis pondus acceſ
ſit:vel ad calamitates meis.id eſt adiunctũ eſt
et increuit: ita a prima ſignificatione naſcitur
acceſſus:cuius contrarium eſt receſſus. A ſecũ
da acceſſio:vt Cicero. Acceſſionẽ adiunxit edi
bus.i.adiunctionem et incrementum. Preter
vſum tamen ſuperiorum Macrobius in com
mentarijs naturalibus dixit. Aut enim acceſ
ſio aut in leuam dexterãve reflexio:aut ſurſũ
quis aut deorſum mouetur:aut in orbem rota
tur. Et iterum. Has ſolis portas phiſici voca
uerant quia in vtranq; obui ante ſolſtitio vlte
rius ſolis inhibetur acceſſio. Acceſſus ipſe di
xiſſem potius Ciceronem imitans:qui.iij. de
orato.lib.ita ait.vt luna acceſſu ꝛ receſſu ſuo ſo
lis lumen accipiat. Nam ꝙ febris acceſſio ſepe
legitur:ego pro incremento accipio non ꝓ ac
ceſſu: alioquin aliquando legeremus acceſſus
febris:ſi idem eſſet:quod nunq̃ fit. Plynius li.
xxiij. Sꝫ id dandũ nõ niſi in accẽſione ſenſerit
aliq̃ in remiſſione illi vt ſudorẽ cohercẽãt:hi q̃
tuti⁹ putent. Acceſſionẽ remiſſioneq; ꝓ cõtra
rijs poſuit ꝛ ſi remiſſio iminutionẽ ſignificat
profecto acceſſio incrementũ. Q: dixi noia in
us ꝛ in io a ſupinis profecta fere eiuſdẽ ſignifi
catiõis eſſe:hoc exceptiõis addo:ꝙ ea que po
ſitionẽ habẽt in io.latius ſignificare ſolẽt: nec Jn io
actionem modo ſed rem etiam ac corp⁹:vt ara Poſſeſſio
tio:poſſeſſio:ſeſſio. Cic.in philippicis. De quõ Aratio.
dam orationes campani ꝛ leontini agri populi Seſſio.
Ro.patrocinio grandi ꝛ fructuoſe ferebant.i.
agri ſ ad arandũ idonei. Jdem in eiſdem. Quid
poſſeſſiões datas:quid ereptas proferam. Jdẽ
de oratore. Tot locis ſeſſiunculis gymnaſiorũ.i.
tot ſedilia. Ea tamen que ſunt in ıuo pro perſo
nis accipi ſolent. Conuentus non eſt conuẽtio
ſed homines qui in vnum locum conuenerunt. conuentus
Cõſeſſus non eſt cõceſſio, ſed homines vno in conſeſſus:
loco conſidentes.

¶ Epitome capitis.clxxv.

¶ Obſeruo eſt aut cuſtodio et annoto more
ſpeculatoris vnde fit obſeruatio talis annota
tio. Aut veneranter ne quid contra voluntatẽ
faciam omnia ſeruo: vnde obſeruantia talis ve

neratio que obſeruando exhibetur. Licet a leone Papa pro obſeruatione dicatur. Scitis ad eternū vobis gaudiū profuturū diuinoꝝ obſeruantiam mandatorum. Quod inſtitutū minorum poſſit obſeruatio dici probat illō. Valerij maximi. Aut Marcello adiecto impenſe impedimento fuit: quo minus religionibus ſuis tenor ſuaqꝫ obſeruatio redderetur.

Inter obſeruationē ⁊ obſeruantiā. Ca. clxxxv.

Obſeruo obſeruatio obſeruātia

Obſeruatio et obſeruātia ſimili quodam modo: vt acceſſus ⁊ acceſſio differunt: Obſeruo nanqꝫ duo ſignificat: vnum quod eſt cuſtodio aliq̄d oculis: animoqꝫ in modum ſpeculatoris ne nos ſilentio tacitoqꝫ pretereat: vt ſerua tranſeūtes: obſerua filium: obſerua Dauum quid agat: q̄d loquat̄: quaſi cuſtodi ⁊ annota. ⁊ hinc fit obſeruatio quaſi annotatio. i. animaduerſio. Itez obſeruo non ſpeculantis modo: ſed admirantiſ venerantiſqꝫ. ⁊ id tantum in homines ⁊ nō in res quotiens quē virtute vel dignitate ſuſpicimus et colimus. vnde fit obſeruantia que eſt veneratio quedam ⁊ honoris exhibitio. Quare meli⁹ obſeruationē ꝙ obſeruantiā hi qui noīant̄ fratres: ſuum inſtitutum nominarent.

Epitome capitis. clxxxvj.

Potus eſt nutrimenti cauſa. potio medicine ſed vſurpatur interdum pro potu.

Inter potū ⁊ potionē. Cap. clxxxvj.

Potus Potio.

Potus ⁊ potio non differunt niſi ob huiuſmodi cauſam. Pot⁹ eīm vini: a que ſimiliūqꝫ dicit̄. potio vero a medicis datur egrotanti: quod grece d̄r nonnunꝙ tamē potio ꝑ potus. Seneca de tranquillitate. Aliquādo vectatio iterqꝫ ⁊ mutata regio vigorem dabunt conuinctuſqꝫ ⁊ liberior potio. Cic. in Tuſ. Quid ꝙ ne mente quidem recte vti poſſumus: multo cibo ⁊ potione repleti. Et alibi. Tantum cibi et potionis adhibendum: vt reficiantur vires: nō opprimantur.

Epitome cap. clxxxvij.

Senes dicuntur a proprijs annis; veteres ab antecacto tempore. Antiqui ab vtriſqꝫ: ſꝫ potius ab antecacto tempore.

Inter ſenes: veteres ⁊ antiq̄s. ca. clxxxvij.

Senes Vetereſqꝫ

Senes vocantur ꝙtum ad priuatam ipſorum vitam: ꝙ viſqꝫ ſenilē etatem vixerunt. Veteres ꝙtum ad publicū tēpus ꝙ alia etate vixerūt etiam ſi ad ſenium non peruenerunt. Unde quidam iuniores fuerunt ſeniores veteribus. Antiqui vtriqꝫ dicuntur: ſed magis veteres ꝙ ſenes.

Antiqui

Epitome capitis. clxxxviij.

Defectus eſt quādo quid deeſt vbi adeſſe deberet. Defectio qua quis derelinquit per rebellionem cum cui militare deberet: culpa noxa ⁊ vitium eius qui facit quod non deberet.

Inter defectum ⁊ culpam. Cap. clxxxviij.

Defectus Culpa.

Defectu medicorum multi pereūt: plures tamē culpa coꝝ. Is nāꝙ defectu medici perit: cui medic⁹ preſto non eſt. Culpa vero medici ꝙ moriturus non erat niſi preſto medic⁹ ſibi fuiſſet: quam maiorem partem eſſe arbitror. Hec ideo dixi ꝙ nonnulli pro culpa medicoꝝ aiunt defectu: ⁊ vitia hominū rerūqꝫ vocāt defectus cum dicere debeant vitia vel culpas vel mēdas vt menda libri. Defectio plurimū a defectu diſſentit cū ſit receſſio aut militū aut ciuitatiſ a domino vel ſuperiore. Eſt eīm deficere deſiſtere ⁊ a ductu alteri⁹ recedere: ⁊ quaſi rebellare: ⁊ defectio q̄ſi rebellio: q̄ exēpla paſſim reperiunt̄.

Defectio.

Epitome capitis. clxxxix.

Rumor ⁊ fama fere idē ſūt. Qui. tñ diſcernit.

Uñ Mancinell⁹ Quinti. quidē auctore li. v.

Fama ꝯſenſus ciuitatis velut publicū teſtimonium vocat̄. Rumor vero ſermo ſine vllo certo auctore diſperſus. Cui malignitas initiū dederit: incrementū credulitas. Hec ille cōtra quez adduci poſſet ab auctore noſtro Liuius.

Rumorē ⁊ famā idē eſſe. Cap. clxxxix.

Rumor ⁊ fama idē ſunt: quorū alterū latinum: alteꝝ e greco eſt. Ci. in philip. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis ⁊ nō lōge poſt: hoc triduo vel quatriduo teſtis a mutina fama manarat. et ſtatim poſt famā iſtā faſcium diſſipauerūt. Significatur aūt his duob⁹ noībus ſermo quidam in populo ſine certo auctore de re aliqua recenti: ſiue bona ſiue mala. Exemplū rumoris de re bona ponamus. Liui. lib. ij. Manat tota vrbe rumor Fabios ad celum laudib⁹ ferunt. Frequēter tamē fama etiā pro ſermone non rei recentis ſed iā inueterate: ⁊ pro opinione quadā: vt fama eſt athenas iam plus annoꝝ millibus. xx. fuiſſe conditas: ⁊ ꝓ laude ⁊ celebritate hoīs: vt fama Camilli. fama Scipionum: Metellorum: Fabiorum: ⁊ eorum quoqꝫ qui viuunt: vt fama tua: famā mea: fama illius: pro q̄ non recte dixeris rumor.

Epitome capitis. cxc.

Murus eſt vrbis aut caſtrorum lapide⁹ ambitus: paries qualiſcunqꝫ domus priuate. Menia interdum pro muris eo ꝙ munimenta dicūtur. Porta eſt in muris. Ianua in pariete.

Uidetur a menibus munio ductum: mutādo e. in a. ſicut a pena punio: a penus punicus.

Inter murum ⁊ parietem ⁊ menia. Itē inter portam ⁊ ianuam. Cap. cxc.

Murus ⁊ paries quid differunt: ſuperuacuū erat admonere niſi his tēporib⁹: vt ſunt omnino deprauata: mur⁹ ꝓ paries a plurib⁹ vſurparet̄: ꝙꝙ et apud grecos eodē ſono ꝓnūciet̄: vtrūqꝫ diſtinctū tñ ⁊ lr̄is ⁊ gñe. Murus eſt vrbis lapideus ambit⁹: q̄ grece dicit̄ Paries vero domorū grece Murus ē etiā nō vrbis ſed vrbis ſimiliū: vt munitionū caſtro

rumq;. Menia ꝑ muris accipi ſolēt: pro edifi-
ciis ipſius vrbis. Porta muroꝝ eſt: munitionū
q; atq; caſtroꝝ. Janua parietis atq; domoꝝ.

¶ Epitome cap.cxcj.

¶ Geſta ſunt in publica adminiſtratiōe, rerum
magnarū. Acta etiā priuataꝝ ⁊ familiariū: ꝑ q̄
bus actus reperiſ: vt apd̄ Saluſtiū in Cate. de
actib⁹ Ciceronis quereretur ⁊c.

¶ Inter geſta ⁊ acta. Cap.cxcj.

Geſta. Acta — GEſta ⁊ acta hoc differunt: ꝙ il-
la ſunt in adminiſtratiōe magiſtra-
tus ⁊ in reb⁹ maioribus: ⁊ in rēpub.
vel ad plurimos ſpectātibus. vt ge-
ſta Alexādri geſta pōpeii: geſta Ceſaris. Acta
vero etiā rerum priuatarū ⁊ minoꝝ ac familia-
riū: vt Cic. An in cōmentariis ⁊ chirographis
ac libellis ſe vno auctore ꝓlatis: ac ne ꝓlatis q̄-
dem: ſed tantūmodo dictis acta Ceſaris firma
erūt que ille in es incidit in quo ppl'i iuſſa per-
petuaſq; leges eſſe voluit pro nihilo habebūt.
Equidē ſic exiſtimo nihil tā eſſe in actis Ceſa-
ris ꝙ leges Ceſaris. Quidā illud eiuſdē ita le-
gunt in Salu. Qui ſi aut de mea vita atq; acti-
bus cōuitiatori rñdero: inuidia gl'iam ꝓſeqtur
Actus — Reor ſcribēdū eē actis: qd̄ ſi ſcribi pōt actib⁹
vt eſt apd̄ Luca. Licet ingētis abruperit actus
min⁹ miror cur act⁹ apoſtoloꝝ magis ꝙ acta di-
camus: idē tñ ſunt actus ⁊ actiones.

¶ Epitome capitis.cxcij.

¶ Natalis aut natale: ſi ꝑ'aliter natalia ſigni-
cant diem natiuitatis: ſ; natales claritates naſ-
centium. ¶ Natalia natalis: ⁊ natales
quid ſignificent. Cap.cxcij.

NAtalia ſignificat quod nata-
lis: q̄ ē dies natalitꝰ: vtrūq; ꝯuerſū
in ſubſtantiuum ab adiectiuo: hic ⁊
Natales. — hec natal' ⁊ h̄ natale vt natalis hore
tempus apud Quinti. In gladiatore. Natales
vero magis conditionē ſanguinis ac familie vt
generoſi natales: obſcuri natales. vt idē Qui.
in eadem declinatione. Cuius interiecto mari
non fortunam quiſq; noſce: nō natales: non pa-
trem poterat. Plynius ad Meſſiū. Nonnunꝙ
cādidat⁹ aut natales cōpetitoris: aut ānos aut
etiam mores arguebat. Hic ꝓ ignobilitate ac-
cipitur: illic pro ignobilitate.

¶ Epitome capitis.cxciij.

¶ Precepta ⁊ preceptiones idem ſunt: ſed iſti-
tuta ſunt mores: inſtitutiones libri ⁊ preceptio-
nes quibus inſtituimur.

¶ Precepta ⁊ preceptiones pro eiſdem accipi
inſtituta ⁊ inſtitutiones differre.

Precepta Preceptio Inſtituta Inſtitutio Mos In morem — PRecepta et preceptiōes in-
differenter vtimur pro diſciplina:
inſtituta et inſtitutiones per dif-
ferentiam. Inſtituta enī ſunt mo-
res cōſilio ⁊ ratiōe ſumpti. nā mo-
res bonos ⁊ malos dicimus: et in morem: id eſt
ſimilitudinem: vt in morem leonis. In morem
ſtagni placideq; paludis inquit Verg. Inſtitu-
tū autem bonus mos: vt faciam meo inſtituto

Licet inſtitutū nōnunꝙ ſignificat inceptū pro-
poſitum ab inſtituo: quod eſt incipio. Inſtitu-
ta vero vt inſtitueram dicere: boni mores ſunt
conſilio ⁊ ratiōe ſumpti. Quin. Nam is ꝙꝙ tri-
ennium nutricib⁹ dederit: tamē iam tū formari
optimis inſtitutis mētē infantiū iudicat. Cur
aūt ad litteras non pertineat etas q̄ ad mores
iam pertinet: eandē rem appellans inſtituta ⁊
mores. Apud Valeriū maximū titulus ē de in-
ſtitutis antiquis quaſi de morib⁹ antiquis. In-
ſtitutiones ſunt preceptiones quibus inſtituū-
tur ⁊ docentur homines vt libri ab eodē Quit.
et Lactātio multiſq; aliis auctorib⁹ īſcripti de
inſtitutiōe ora. ſiue alio noīe atq; materia.

¶ Epitome capitis.cxciiij.

¶ Aduocatus eſt omnis qui alteri adeſt in cau-
ſa officii gratia etiam ſi nihil dicat. Patronus
qui agit cauſam accuſati non accuſantis. aut q̄
defendit aut qui libertum habet. Cliens inter-
dum litigator dicitur: eſt aūt aduocati.

¶ Inter aduocatum ⁊ patronum. cap.cxciiij.

ADuocatus et patronus ſic dif- — Aduocat⁹
ferunt: ꝙ illō generalius nomē eſt ꝙ
hoc: vt non tantū ſignificet eū qui al-
terius cauſam agit. Siquidē quicūq;
adeſt alteri in cauſa officii gratia: aduocat⁹ ap-
pellatur: etiam ſi nihil dicat neq; agat: ſed q̄ tā-
tum paratus ſit defendere: vt Terent. in eunu.
Tu abi: atq; oſtium obſera intus dū ego hinc
tranſcurro ad forū. Volo ego hic adeſſe nobis
aduocatos in turba hac. Et Cice. cum in aliis
multis libris: tum pro cecinna qui ad poſſiden-
dum predium contulit ſe cum aduocatis: quoꝝ
preſidio ab aduerſarii iniuria tutus eſſet: qui ⁊
ipſe venit cum aduocatis ſuis ſed armatis ad
arcendū cecinnā in predio. Patronus autē pro- — Patronus
prie eſt qui agit cauſam: ſed accuſati non accu-
ſantis. Quin. Cum accuſatori ſit plerunq; ve-
rum eſſe id quod obiecerit: patronus neget: de-
fendat: transferat: accuſator ꝑmeditata plera-
q; affert. Patronus ex inopinatis frequenter
occurrit. Accuſator dat teſtem: patronus ex eo
refellit. Ex quo colligiſ accuſatorē nūꝙ patro-
nū eſſe. Verū qm̄ nō oīs lis circa accuſationē ⁊
defenſionē criminū verſatur. vt ī mutuis: depo-
ſitis: locato: ⁊ cōducto: filibuſq; ea re tanꝙ de-
fenſor ſolet appellari patron⁹: q̄ppe cū vterq;
nō alterius appugnāde: ſ; ſue defendēde partꝭ
gratia dicat: vt idē. Nec īmerito quidā ꝙ ꝙ ī di-
cendo mediocres: hac tñ altercādi preſtantia
meruerūt nomē patronoꝝ. Patron⁹ etiā diciſ
reſpectu liberti: et neſcio an hic ab illo: an ille
ab hoc noiat⁹ ſit: vtrūq; tñ a patre venit. Vter- — Cliens
q; enī ſiſe quidā patris h;: ⁊ vt dñs manumiſ-
ſiōe ſerui liberat eū miſera cōditiōe. ita aduoca-
tus hoīem obnoxiū ꝑtāte iudicū ⁊ periculo litꝭ
opera ſua liberat: propter qd̄ clientē vocamus
ipm̄ litigatorē cui⁹ cām agim⁹: ⁊ eū q̄ ſ; ꝑcator
eſt ⁊ ſub tutela alterius ⁊ pene famul⁹ q̄les ſūt
liberti ī patronos: ⁊ ꝓcinari tā tā vbo ꝙ fa- — Pꝛocinari
ctor: ⁊ ībecilliorē ꝓtegere: a quo ſit patrocinū.

¶ Epitome capitis.cxcv.

¶ Facies eſt q̄ſi factura ⁊ effigies corporis: vul-
tus a volēdo dict⁹ ē: eſt tñ vbi vtroq; vti liceat.

¶ Inter faciem ⁊ vultū. Cap.cxcv.

**Facies.** FAcies magis ad corp⁹. vult⁹
ad animū referṫ atq; volūtatē: vñ
deſcendit. Nam volo ſupinum ha-
**Vultus.** bebat vultū. Inde dicim⁹ irato et
meſto vultu potius ꝙ facie: ⁊ cōtra
lata aut longa facie: non vultu a quo ꝯpoſitum
**Superficies** eſt ſuperficies non ſane diſcrepās a ſuo ſimpli
ci: vt facies maris: facies terre: quaſi ſupficies
et facies hominis: quaſi primum illud quod in
tuemur in homine. Et tñ aliquādo vbi vtroq;
vti liceat vt fedata facie ⁊ fedato vultu: ſciſſa fa
cie ⁊ ſciſſio vultu cōuerſa facie ⁊ conuerſo vul-
tu: que exempla ſunt plurima.

¶ Epitome capitis.cxcvj.

¶ Ordo eſt digeſtio ⁊ rerū in ſuo loco colloca-
tio. Series autem rerum quedam continua-
ta progreſſio: a conſerendo dicta.

¶ Inter ſeriem ⁊ ordinem. Cap.cxcvj.

SEries ab ordine ī ſignificatio
**Ordo.** ne differt. Nā ordo eſt digeſtio: et in
ſuo loco cuiuſq; rei collocatio: veluti
in acie fit. vbi pedites: vbi ale equitū
vbi leuiter armati: vbi ſagittarij: vbi fundibula
rij: vbi ceteri ex vtilitate diſtribuunṫ: ⁊ in argu
mētatiōe vbi ponēda ſunt firmiſſima argumē-
ta: vbi infirmiora: vbi mediocria. Unde in ciui-
tatibus ⁊ Rome p̄ſertim ordines ſunt. Ordo
cōſularis: p̄torius: ſenatorius equeſtris: adeo vt
ordo quoq; pro ipſis hominibus accipiaṫ illi⁹
conditionis. Cic. in hoc ordine: pro ſenatu: aut
pro eq̄tibus romanis frequētiſſime dixit. Idē
quodam loco ait. qui apud omnes ordines eēt
**Series.** gratioſus. i. apud omniū ordinū hoīes. Series
eſt rerū quedā continuata ꝓgreſſio vt in ſerie
orationis: id eſt continuato textu. Quinti. Qđ
nō: niſi in contextu orationis ſerieq; cōtingit.
Uirgilius. Ducteq; ab origine gētis Fortia fa
cta patrum ſeries longiſſima rerum. Statius.
Longa retro ſeries.

¶ Epitome cap.cxcvij.

¶ Decus eſt honorificentia ex bene geſtis orta
Dedecus autem contrarium. Unde decoro ⁊ de-
decoro penul. breui. Decor eſt decēs pulchritu-
do ex decentia proueniens. Decorum eſt ipſū
honeſtum ac decens qđ greci vocāt
eſtq; tam in verbis ꝙ in rebus. Uñ decoro ver-
bum media longa.

¶ Quid ſit decus dedecuſq;. Cap.cxcvij.

**Decus** DEcus eſt illa (vt ſic dixerim) ho
norificētia ex bene geſtis rebus. Un-
**Dedecus** de decora militie honores: laudes: ho
neſtamēta: militi in bello cōparata cu
ius contrarium eſt dedecus ꝓprie ignominia
**Dedecoro** quedam: aut ignominie genus: ⁊ infamis turpi
tudo. Unde dedecoro Cicero inquit de quodā
Magiſtratum ipſum dedecorabat. id eſt turpi
ficabat: ⁊ contumelia atq; ignominia ipſū affi
ciebat. Transfertur etiam ad animum Quippe
decus pro honeſto: dedecus pro inhoneſto acci
pitur: vt idem. Sequitur decus atq; honeſtum
Quin. Satis dedecoris atq; flagitij caſtra ce-
perunt. Decor eſt quaſi pulchritudo quedā ex
decentia rerum perſonarumq; in locis tempo- **Decor**
ribuſq; ſiue in agendo ſiue in loquendo. Tranſ
fertur quoq; ad virtutes: appellamuſq; decorū
non tam ipſum honeſtū ꝙ qđ hominib⁹ ⁊ com
muni opinioni honeſtū videṫ ⁊ pulchrū ⁊ ꝓba
bile: vnde verbum decoro media longa. Nā de **Decoro.**
coro media breui a decus venit.

¶ Epitome cap.cxcviij.

¶ Iocus eſt fere in verbo. Ludus in facto: ſed
non vbiq; ſic accipiuntur: quia confunduntur
ſepe ſicut iocari ⁊ ludere. Ludere autem eſt in-
terdū verſiculis ſcribere vt in opuſculis et re-
bus leuibus. Alludere eſt ad illud latēter refer
re ſententiam. Ludus preterea periculū ⁊ ſpē
ſibi proponit ſed luſus ⁊ luſio meram volupta
tem. Eſt ad hoc ſchola ad gymnaſium. vnde lu
di magiſter dictus: ⁊ ludus armorū ⁊ ludi gla
diatorij: quos potius ꝙ ludum dicem⁹: ⁊ ludos
apollinares. circenſes. ſeculares. ⁊ ſimiles dici
mus ſpectacula publica que olim in deorū fie-
bant honorem.

¶ Inter iocum ⁊ ludum Ca.cxcviij.

IOcus et ludus quid ſigni- **Iocus**
ficēt tū ex Cicerone de oratore: **Ludus.**
tum ex Quin. de ridiculis colligi
poteſt. vt ſit ioc⁹ in verbo lud⁹ in
facto. Sed vtrūq; tamē patiṫ ex
ceptionē: vt Iuue. quotiens vo-
luit fortuna iocari: videlicet nō de verbo intel-
lexit ſꝫ de facto. Oui. Dos ignata iocos tribuit
natura puellis. Materia ludunt vberiore viri.
Mille fac eſſe iocos. turpe eſt neſcire puellam
Ludere: ludendo ſepe paratur amor. Iocos ꝓ **Ioca**
ludo ⁊ ipſe poſuit. Ioca quoq; pro iocos nōnū-
ꝙ legimus. Cic. Ad atticū lib. xiiij. Itaq; ioca
tua plena facetiarum. E diuerſo ludus pro ioc⁹
Horatius. Preterea ne ſic vt q̄ iocularia ridēs
Percurrā: ꝙꝙ ridentē dicere verū Quid vetat
vt pueris olim dāt cruſtula blandi doctores ele
menta velint vt diſcere prima. Sed tamē amo
to queramus ſeria ludo. Plyn. ad Ualeriū Cū
alij diuinū me ab alijs rapinis meis meq; aua
ritie occurſum per ludū acceptū dictant hinc
ludere pro iocari frequenter inuenitur. Cicero
de natura deorū. Cum vero deos nihil agere: ni
hil curare confirmat: membriſq; humanis eſſe
preditos: at eorū mēbrorū nullū vſū habere: lu
dere videtur. Plynius idem ad Fabiū Iuſtum
Ludere me putas ſerio peto. Ludere dixit ꝓ io
cari ⁊ ſe non ioco agere. ſed ſerio. Que duo con **Iocus**
traria eſſe Quin. auctor eſt inquiens. Iocū ve- **Serium**
ro accipim⁹ qđ eſt contrarium ſerio. Idē in eo
dem loco inquit. Ludere nunꝙ velimus qđ nō
tam pro eo quod eſt iocari puto dixiſſe. ꝙ pro
eo quod eſt ſcurriliter et leuiter loqui vel delu-
dere alterum ſiue eludere. Nam compoſita a lu

do ad verbum quoqꝫ orationemqꝫ pertinet: nõ modo ad actionẽ vt in eodẽ opere Cic. Sꝫ et vos ab illo illudentium: ⁊ ipſi illum viciſſim illudetis. Ludere etiam dicitur verſibus ſcribere: ſed nõ fere niſi in opuſculis: qualia ſunt epigrãmata: vt hec opuſcula dicuntur luſus et hoc ita ſentire ſummos auctores annotaui.

Alludere

Alludere eſt cum aliud dicimus ad illud latenter referre ſententiã. vt Vergi. Actiaqꝫ iliacis celebram⁹ littora ludis. Dum enim narrat ludos Enee: alludit ad Auguſti victoriam: qua contra Antonium in his locis potitus eſt. Ludus itẽ differt a luſu ſiue luſione.

Ludus. Luſus

Ludus eñ tum periculũ tũ ſpem ſibi propoſitam habet. Luſus nihil pter meram voluptatem. Itaqꝫ qui pila: qui trocho qui teſſeris. qui etiam quocũqꝫ genere talorũ delectationis gratia ludunt: luſum potius ꝙ ludum exercent. Cic. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant ⁊ teſſeras. De voluptate videlicet ſenili locutus eſt nõ de ſpe lucri:

Luſio:

cuius ſpei gratia pleriqꝫ ludunt: ideoqꝫ ludum talorum dicimus non luſum: ⁊ ludum alee qui etiam lege prohibetur. Quidam tamẽ etiã hunc luſum vocant: vt Sueto. li. iiii. ac ne ex luſu quidem alee compendiũ ſpernens. Dicimus etiã ludum ſcholam ipſam vbi ⁊ periculum ⁊ ſpes ẽ et certe labor atqꝫ vapulatio: vt Dionyſius tyrannus regno eiectus factus eſt ludi magiſter Et camill⁹ ludi magiſtrũ diſcipul⁹ hoſtib⁹ prodentẽ eiſdẽ pueris in vrbẽ vſqꝫ cedendũ pbuit. Eſt igiť lud⁹ litterarius tum aliarũ quarundã artiũ:

Triuialis ſcientia

tũ ſchola grammatice quam triuialẽ ſciẽtiam dicimus: ꝙ in triuijs ⁊ compitis docetur. Hoc ideo admonui ꝙ quidam imperiti triuialem ſcientiam appellant grammaticam: rhetoricam: dialecticam: quadriuialẽ alias quattuor liberaliũ artiũ. Ludus igitur vt dicebã eſt aliarum quoqꝫ artium ſicut muſice: vt apud Teren. de fidicina q̃ quotidie dicebat in ludo. De grãmatice ſchola [vt mea fert opinio] magis ꝙ rhetorice intelligit. Cic. de oratore cum inqt. Hoc in ludo non precipitur: faciles enim cauſe ad pueros deferunť. Et ſtatim poſt. Hec eſt in ludo cauſarum fere formula: nã vt inquit Quit. Rhetores ſuas p̃tes omiſerunt et grammatici alienas occupauerunt. Siquidem grãmatici latini etiam rhetoricam docent. Quod indicant ipſius Ciceronis verba: cum pueros nõ iuuenes nominant.

Ludus gladiatorius

Ludus armorum qui idem vt ſentio gladiatorius dicitur vbi dicunt gladiatores apud Quint. Quid me diu pirate in carcere retentum: qꝛ diuitem illis promiſeraꝫ patrẽ in ludũ vendiderunt tanꝙ decepti: et iterũ. Et inter debita noxe mancipia contempſimus tyro gladiator: vt nouiſſime perderem calamitatis mee innocentiam: diſcebam quotidie ſcel⁹ Ludos tamen gladiatorios frequentius ꝙ ludum dicimus. Quotiens vnum plura ve paria gladiatorum ad ſpectaculum pugnatura pduciť. Que res munus gladiatorũ appellať: qꝛ populo tanꝙ munus donať: ⁊ qui donat munerarius: ⁊ qui familiam gladiatorum habet gladiatoreſqꝫ domi in diſciplina: et vt dixi in ludo exercet ⁊ poſtea vendit laniſta.

Munus. Munerari⁹. Laniſta. Apollinaris ⁊c.

Vocantur autẽ ludi gladiatorij ſicut ludi apollinares: ludi circenſes: ludi ſeculares. Nam ſpectacula publica in honorem deorum ludos antiqui vocabãt: vt non abſurdum ſit ſolenitatem in natali die ſanctorum preſertim cum apparatu illo ⁊ pompa ludos vocari. Nã quo alio nomine vocemus illam ſpectaculi exhibitionem: qualis fit in m̃ltis Italie ciuitatibus: ⁊ vt audio in multis alijs prouincijs. Hec de ludo ⁊ ludis hactenus.

Luſus

De luſu quoqꝫ aliquod afferatur exemplum Quintilianus. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt et hoc ſignum claritatis. Et paulopoſt. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorũ ingenijs nõ inutiles luſus.

¶ Epitome cap. cxcix.

¶ Libertas in loquendo accipiť in bonum: licẽtia ſere in malũ. Similiter libere ⁊ libenter agere differunt. Scholaſtici autem commeatũ petere debent: non licentiam dum ludere volunt.

¶ Libertas in loquendo agendo ve quid ſit: et quid licentia. Cap. cxcix.

Libertas

Libertas in loquendo accipitur in bonum cum quis non timide quod ſeruile eſt ſꝫ ingenue et libere hoc eſt vt liberum hominem decet loquitur.

Licentia.

Licentia vero in malum quando hac libertate vtitur vſqꝫ ad temeritatem. Vñ Quintilianus. Et que in alijs inquit libertas eſt: in alijs licentia vocatur. In agendo ſimili quoqꝫ modo vt libere fecit: libere egit. i. digna libero homine. Cic. Sepe de liberis dictis aut factis loquitur. ⁊ de licentia Clodiorum queriť. Qui. Porro qui confeſſum defendit: non abſolutionem ſceleris petit: ſed licentiã. Teren. Deteriores omnes ſumus licentia.

Licentie definitio.

Eſt autem hui⁹ nominis ſignificatio impunita quedam facultas agendi quicquid velis. de facto loquor: nam de verbo nõ dixi qđ dubitationem nõ habet: ideo hoc mõ dico qđ videtur vocari poſſe in dubiũ de facto. Siquidẽ Saluſtius in Iugurtha ait. Romam legatos ire iubet agendarum rerum et quocunqꝫ modo componendi licentiaꝫ illis permittit: quod neſcio an i malũ accipi debeat quaſi vt male ⁊ cuꝫ damno atqꝫ dedecore regis poſſit cõponere. Quale eſt. Qui. An exiſtimas hanc legatis dari peccandi licentiaꝫ: vt quecũqꝫ ſcelera in eo officio commiſerint: cũ his omnibus hac vna lege decidant An etiã in bonum vt ſolent dicere iuriſconſulti: data eſt mihi licẽtia eundi: redeundiqꝫ: qualiter etiam pleriqꝫ eccleſiaſticorum ſcriptorum locuti ſunt.

¶ Epitome capitis. cc.

¶ Indulgentia eſt obſequens permiſſio ⁊ conceſſio: atqꝫ [vt Quintilianus dicit] mollis educatio. Venia aũt remiſſio culpe: ſꝫ quaſi p indulgẽtia ⁊ gratia ſeu bñficio accipiť. Potius autẽ dicem⁹: facio tibi poteſtatẽ eundi: ꝙ do licẽtiã. Penitere eſt interdũ pudere ⁊ parũ videri.

indulgẽtia

¶ Inter indulgentiam ⁊ veniam. Cap. cc.

Indulgentiā vulgo nunc accipiunt pro venia: vt indulgentiā tibi de⁹ tribuat vel deus tibi indulgeat: quod quis neget dici non latine. Indulgere eñ est concedere: ⁊ vt sic dicā obsequenter delicateq; tribuere: cui⁹ rei ad moneri certe debuerant illo trito versu nescio cuius: sʒ certe inter minutos auctores latinissimi: ⁊ q̄ mille annis nemo carmē scripsit elegātius. Indulgere gule noli que vētris amica est. Nunqd in gulā nequaq̄ misericordes iubemur eē ante q̄ peccauit: an ne committam vt ille peccet. Quī. Mollis illa educatio quam indulgentiā vocamus: neruos: oēs ⁊ mentis et corporis frangit. Non ergo indulgentia pro venia accipienda est. Est enim venia remissio culpe: vt idem. Peccaui ⁊ veniam peto: et errare hominis est et ignoscere patris Melius qui econtrario veniam pro indulgentia accipiunt: vt Virg. pmo eneid. Orantes veniam ⁊ templū clamore petebant. ⁊ Ci. pro Archia. dabitis missi hanc veniam. i. indulgebitis pceditisq; mihi hoc si forte peccauero. Nam apud hunc vir reperit. Teren. Da pater veniam: sine te erorem. Hec duo p vtroq; posuit. i. dare veniā: ⁊ sine vt hoc etiā si improbum sit abs te impetrem: ⁊ cum venia tua dixero: hoc est si quid erro: tamen cū pace tua: vt isti loquūtur cū licentia tua dixero. Frequenter legimus: facio tibi potestatē eundi et redeundi: quem in modum mallē ego dicere q̄ do tibi licentiā. Porro dare potestatē plus est q̄ facere potestatem. Est enim dare potestatē rem alterius arbitrio committere. Ex hoc veniam dare. admoneo de penitere. quod nonnūq̄ pro pudere siue tedere accipitur: vt Liui⁹ li. j. Nec me eorū sententie esse penitet. Cic. de senectute. Num igitur si ad centesimū vixisset annum senectutis sue eum peniteret. Vergi. Nec te peniteat calamo triuisse labellum. Qđ qdā exponunt pro parum videatur.

Venia

Facere potestatem.

penitere:

Epitome cap. ccj.

Ambitio in animo est. ambitus in actu: quē comitatur id vicium que symonia dicitur: sʒ ea potius in spiritualibus est. Quicquid autem ambitus facit ambitio facere cogit.

Inter ambitum ⁊ ambitionem. Cap. ccj.

Ambitio. Ambitus:

Ambitio in aio est: ambit⁹ in actu. Nā qui preter moduʒ cupit aut honores ad laudē: ambitione peccat. Qui vero dilargit pecuniā suā: aut populo muneribus ludisq; blādit: aut ceterī artibus que legitime nonsunt ad publicos honores tendit: ambitum committit cuius similis ē quam hodie symoniā vocant a Simone mago: nisi q̄ hanc tantum in rebus sacris volunt esse. Ambitus ab ambio venit: siue q̄ is qui non sue virtuti confidit: non recte graditur: sed per circuitum: siue q̄ romani qui honores peterēt singulos circuibant prehensantes: rogātesq; vt se suffragiis adiuuarent: siue q̄ qui pro adipiscendis honoribus solliciti sunt: cum rogant et ordio quodā lōgiore ⁊ verborū circuitu vtuntur. Hec omnia que ambitus facit: ambitio facere compellit: a qua ambitiosi dicuntur: nō ab ambitu. Nonnunq̄ ambitus pro affectu ambitionis accipitur apud Quintilianū. siue pro spe q̄dam fauoris ⁊ quasi captatiōe misericordie: vt iuuenis innocētissim⁹ iudices vti vellet ambitu tristissime calamitatis poterat allegare vobis amissam cum oculis cogitationū oīm temeritatē. Ab hoc etiā ambitiosus dr in vtapō eiūdē li. vj. Nō suʒ ambitiosus in malis: nec lachrimarū augere causas volo. vtināq; eēt ratio: minuendi. Qui. li. ij. de pōto. Sʒ tu hoc factis adiūge prioribꝰ vnū. Pro nr̄is vt sis ābitiosa malis

Ambitio⁹

Epitome cap. ccij.

Vicus est regio vrbis aut oppidi aut etiā in agro frequētes ville ⁊ dom⁹: que tn̄ in suburbio sunt suburbana dicūt. Castellū est diminutiuū castri. Castra aūt sunt vbi milites tētoria fixerūt. Oppidū de qualibet vrbe dici pōt pter q̄ de roma q̄ tātū vrbs Vicinia est multitudo vicinoꝝ aut loc⁹: vicinitas ipsa ppinquitas.

Vicus quid significet. Cap. ccij.

Vicus.

Vicus pars vrbis: diuisa ē enī vrbs in vicos quasi in mēbra minora. sicut subura carine esquilie rome [vt opinor] erant. Nā regiones circa viginti fuerant. hodieq; tn̄ tredecim seruāt noīa: Vici aūt ⁊ olim ⁊ nūc vltra mille: extra vrbem vero frequentes: ville ac frequētes dom⁹ instar vici vrbani vici vocantur: si modo suburbana non sint. Tunc namq; suburbana dicunt plurali quidem numero: nam singulari significat predium in suburbanis: ⁊ suburbanuʒ meū et suburbana mea si plura sunt: quale est in filiibus. vt fui in cumano: ⁊ tusculano. i. in fūdo meo cumano: et pdio meo tusculano: eram⁹ i formiano tuo pōpeiano Varronis. i. i villa tua ⁊ Varronis Ceterū vt ad rē redeam⁹. Hinc vic⁹ paganus fere muris caret: nam si haberet muros castelli nomen acciperet quod a castrū descēdit. Quo significat loc⁹ muris munit⁹. Et vt Seruius ait vrbs. In plurali notū est appellari locū vbi milites tentoria fixerūt. q̄q̄ varius mos est castrametandi Veteres solebant illa fossa valloq; circūdare: ⁊ aliis pro natura loci munitionib⁹. Oppidum omnis vrbs est pter romā: que peculiari nomine vrbs vocari cepta. fecit vt cetere vrbes oppida vocarentur: q: iam ipsa oppidū amplius non est. Unde dicatur vrbs ⁊ oppidum tum alii dixere tum parum attinet de ethimologia disputare: que plerumq; fallax ē: et inprimis nisi fidei fundamento nitatur friuola. Vicinia autem non tam hoīes qui eundē incolunt vicum significat: q̄ qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem non homines: sed propinquantem proprie quidem vocinorum: abusiue vero etiam ceterarum rerū Nonnunq̄ continens pro contento: vt laudā

suburbana

Castellum

Castra.

Oppidum

Urbs

Roma

Vicinia

Vicinitas.

vel potius amanda vicinitas.

*Epitome capitis .cciij.*

¶ Commentaria ſeu commentarij ſunt libri capita rerum cõplectentes: aut rem compendioſe explanantes. Accipitur etiam commentari⁹ pro homine. Commentum vero eſt ipſa compẽdioſa ex cogitatio et fictio.

Commentaria quid ſint. Ca. cciij.

Commentarium — Commentarii nomen quid ſignificet tertio declamationum libro Seneca declarat cum dicit. Sine commentario nunq̃ dixit: nec commentario cõtentus erat in quo nuderes ponuntur. Et Cicero in Bruto. Non eſt oratio ſed capita rerũ et orationis commentarium. Paulo plenius et Quin. Plerunq̃ autẽ multa agentibus accidit vt maxime neceſſaria et vtiq̃ initia ſcribant: cetera que domo afferant cogitatione complectantur: ſubitis ex tempore occurrunt. quod feciſſe. M. Tullius ſuis commentarijs apparet. Reducuntur aliorũ quoq̃ et inuenti forte: vt eos dicturus quiſq̃ compoſuerat: vt in libros digiti et cauſarũ que ſunt acte a Seruio Sulpitio: cuius tres orationes extant. Sed hi de quibus loquor commentarij ita ſunt exacti: vt ab ipſo mihi in memoriam poſteritatis videantur eſſe compoſiti. Per hec Quintiliani verba colligitur non modo id quod dicebam: ſimulq̃ in plurali hoc nomen eſſe generis maſculini cũ in ſingulari ſit neutri: de quo mox etiam dicam verum etiam commentarios idem eſſe quod libros quod Cicero confirmat: tu. iij. lib. de finibus dicens. Tu ipſe cum tantum librorũ habeas: quos hic tandẽ requiris commentarios quoſdã inquã ariſtotelicos: in ſecundo de orato. Tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dixit: ex libro primo forte euenit et c. Ut ſtatim poſt Ubi ſunt hi fundi brute: quos tibi pater publicis commentarijs conſignatos reliquit: quod niſi puberem te iam haberet: quartum librum compoſuiſſet: et ſe in balneis locutum cum filio ſcriptum reliquiſſet. Ecce eandem rem tribus vocabulis. Ci. declarauit: libellis libris et commentarijs: quare ita ſenſio oẽs commentarios libros eſſe: ſed non continuo libros commentarios. Namq̃ vbi res ſunt late diffuſeq̃ explicate et non breuis q̃ poterant tractate: libri tãtũ ſunt non commentarij. Unde Ceſaris commentarij in quibus ad exequendam hiſtoriam alijs videtur ſubiceciſſe materiam: qui ſi fuerint ſinguli commentarius vel commentarius vel liber diceretur. Liuius xlviij. Queri iuſſit ab eo quem de his rebus cõmentarium a parte accepiſſet. Cũ reſpõdiſſet accepiſſe ſe nihil prius nec potius viſum eſſe: q̃ regis ipſius de ſingulis reſponſa accipere: librũ popoſcerunt. Si plures prim⁹ et ſecundus commentarius non primum et ſecũdum commentarium: vt hircius ſiue Oppi⁹ qui adiectionẽ adiecit Ceſaris commentarijs ait proximus alterius commentarius: nunq̃ cõmentarium mihi annotaſſe in magnis authorib⁹ videor. Quidam aliter faciunt vtiq̃ in alia ſignificatione que eſt: vt ſentio expoſitio et interpretatio authorum vtroq̃ genere promiſcue vtentes vt Aulus Gellius. Eſt adeo probi grammatici commentarius ſatis curioſe factus. Et iterũ Nonnulli grammatici qui commentaria in Uirgilium compoſuerunt. Et iterum quoq̃ noſter Scaurus in primo commentariorũ quos in Gorgiam Platonis compoſuit ſcriptum reliquit. Boetius quod in his commẽtarijs diligẽtius expediuimus: qui nobis in eiuſdẽ Ciceronis topica ſcripti ſunt. Et iterum. Quo aũt modo de his dialecticis locis diſputetur in his cõmentarijs quos in Ariſt. topica a nobis trãſlata conſcripſimus: expeditum eſt. Quidam etiã talia huiuſmodi opera commentum vocauerũt vt Nigidius Donatus Priſcianus: aliiq̃ nõnulli. Seruius commentarium cõmentarioſq̃ pro homine accipi re videtur: cũ inq̃t in. vij. Aeneidos dicit quidam commentarius: connexa legẽdum: et in Georgicorum primũ. Superfluo mouent queſtionem commentarij. — Cõmẽtum

*Epitome capitis .cciiij.*

¶ Cenaculum eſt proprie locus cenandi in parte ſuperiore domus: accipitur tamen pro quocunq̃ loco altiore pauperimus locari ſolito. Cenatio vero locus eſt ad cenandum inimo ſitus.

Cenaculum et cenatio quo differant. Ca. cciiij.

Cenaculũ — Cenatio — Cenaculum locus ad cenandũ in loco ſuperiori. Cenatio locus ad cenandum ſed in imo poſitus Iuuenalis Et algentem rapiat cenatio ſolem. Ueruntamen cenaculum non tam pro loco cenandi q̃ pro parte domus ſuperiore accipit: que frequenter hoſpitibus habitãda locari ſolet: qui totam domũ conducere non poſſunt: et parte inferiore ſiue illa taberna: ſiue officina ſit non habent opus: cuius rei proferrem exempla: niſi abunde. Uarro ſufficeret: dicens. Ubi cenabant cenaculum vocitabant poſtq̃ in poſteriore parte cenitare ceperunt ſuperioribus domus vniuerſa cenacula dicta: poſtq̃ vbi cenabũt plura facere ceperũt.

*Epitome capitis .ccv.*

¶ Epule ſunt cibi vulgares: et vt dicimus: quotidiani in vſum noſtrum comparati. Epulum ſolennis cibus publicis conuiuijs aut parentalibus aptus. Dapes autem ſunt aut cibi deorum aut noſtri in ſacrificijs eorum.

Inter epulas et epulum dapeſq̃. ca. ccv.

Epule — Epulum — Epule ſunt cibi miniſterio hominum: et in noſtrum vſũ cõparati. Epulum ſolenniores q̃dam epule et proprie publicum conuiuium in propatulo numeroſis ciuib⁹ exhibitũ ſiue in dedicatione tẽpli alicu⁹: ſiue in honorẽ deorũ vel in magnificentie oſtẽtationẽ: ſiue in funere magni alicuius viri; cui ſimile eſt quod hoc tẽpore ſit cum publice paſcimus pauperes preſerti in

mortibus propinquorum: quod vel idem eſt pene quod parētare: ſi Hieronymo credimus qui ita tertio libro in Hieremiā inquit. Hoc autē ⁊ in gentibus ferre cibos: ⁊ preparare conuiuiuz et qđ greci          vocant. ⁊ a nobis vulgo appellantur parentalia: eo ꝙ parentibus iuſta celebrentur.

Dapes

Dapes volunt eſſe vel deoꝝ vel noſtras in ſacrificijs deorum

Epitome capitis. ccvj.

¶ Seges eſt proprie vnde panis fit ſed nondū demeſſa: vſurpatur autem pro humo ipſa. Fruges vero quicquid ex fructu terre in alimoniam vertimus.

¶ Unde: Uina ⁊ poma inter fruges nō inter ſegetes numerantur vt patet in Liuio qui gallos dulcedine frugum: maxime vini dicit captos et arborem frugiferam.

Seges ⁊ fruges quid differāt inter ſe. ca. ccvj.

Seges
Fruges

Seges eſt eorum ſeminū ex quibus cōficitur panis nōdū demeſſa: nōnūꝙ contētū pro continente vſurpātes ipſaꝫ humū ad accipiēda ipſa ſemina ſubactā ſegetaꝫ vocamus: vt Uir. Illa ſeges demū votis reſpondet auari Agricole: bis que ſolem bis frigora ſentit.

Fruges

Fruges vero quicquid ex fructu terre in alimoniam vertimus. Liuius. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum: maxime vini noua tum voluptate captam. Idez. Nō arbore frugifera non ſatis in ſpem relictis. Plynius. Iudicem dedit de arboribus frugiferis.

Epitome capitis. ccvij.

¶ Sementis ꝓprie ē ſatio ſeu ſeminatio. Meſſis aūt ipſa meſſio aut ſeges iam matura. Accipif tñ ſementis etiā pro ſemine ⁊ tēpore ſerēdi

¶ Unde Mācinell⁹ Sementis pro ſatione ⁊ ꝓ ſemine li. ſ. faſtoꝝ apud Ouidiuz legif Ait em̄ Uillice da requiē terre ſemente peracta. Da requiem terrā qui coluere viris. Et paulo inferi⁹ Uos date perpetuos teneris ſemētib⁹ auctus Ne noua per gelidas terra ſit vſta niues. Columella vero li. ij. ca. x. Sementē ꝓ ipſo ſerēdi tēpore poſuit. Ait em̄ ſic de lente Sationes eius duas ſeruamus alteram naturam per mediam ſementem ſeriorem: alteram menſe februario.

Inter ſementem ⁊ meſſem que differentia ſit.      Ca. ccvij.

Sementis

Semētes eſt ſatio: ſiue vt ſic dicā ſeminatio: Liuius Campani ſemētem facere poſſent. Meroꝗ quaricum in alijs locis apud Hieronymū plurimis: tum in geneſeos principio ſementis pro ſemine poſitum eſt.

Meſſis

Meſſis tuz ipſa meſſio eſt: tum ſeges iam matura. Cice. de ora. Qualē ſementem feceris: ita metes.

Epitome capitis. ccviij.

¶ Malleolus eſt pars ſarmanti formaꝫ mallei habens ⁊ plantationi apta ſarmētū aūt totum qđ ex vite reſecatur aut eradicatur. quod areſactum tam ſarmentum ꝙ malleolus vocari ſolet

¶ Differunt ergo vt pars ⁊ totum: ſed ad cōbuſtionē reſeruata materies nunc malleolus nūc ſarmentum appellata reperitur.

Malleolus a ſarmentum quo diſtet. Ca. ccviij.

Malleol⁹.

Malleolus a ſermēto ſic diſtat vt ps a toto. Eſt em̄ malleol⁹, vt placet Columelle i modū mallei roſtra habēs apt⁹ plantationi.

Sarmētuz

Qūdo aūt areſacta ſarmēta ſunt malleolis igni reſeruata indifferenter vocantur. Nam ⁊ hannibalem legimus ſermenta cornibus boū alegaſſe eaq; incendiſſe: vt hoſtes falleret: ⁊ nonnullis ciuibus romanis ꝙ domos haberent plenas malleolorū ad capitoliū ⁊ vrbis incēdia fraudi fuit

Epitome capitis. ccix.

¶ Herba dici ſolet que terre adheret et hyeme demoritur. Frutex inter herbam ⁊ arboreꝫ media perennis quidem eſt: ſed ad iuſtam menſuram arboris non accedit aut nonduꝫ aceſſit: nā ſoboles ꝙ arborū ⁊ plantula frutex dici ſolet.

Arbor a frutice quomō differat. ca. ccix.

Arbor.
frutex

Arbor a frutice ita differt, vt frutex ab herba. Eſt em̄ frutex qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit: et ſtatura ſimilis eſt multis herbis ſed nō demoritur neq; areſcit vt herba:

Herba.
Fruticor.

ſed perēnis eſt. Inter frutices eſt ſoboles quoꝗ illa arboruꝫ ⁊ plantula. Ab hac fruticari verbum: quaſi fruticem renaſci ex arbore. M. Tullius ad Atticuz Exciſa ⁊ em̄ arbor non euulſa. Itaq; ꝙ fruticetur vides Nam illud quod ſepe legimus fruticari pilum tranſlatum eſt.

Epitome capitis. ccx

¶ Acini. bacce. poma ⁊ nuces arboruꝫ ſunt fructus quibus veſcimur: ſed acini minutiores dēſius naſcentes. bacce etiam minutiores ſed diſperſius ⁊ rarius naſcentes. Poma vero maiores ſunt arborum fructus ⁊ corticem mollē habentes: vt mala ⁊ pira ⁊ pruna. Nuces vero quecunq; principalem fructum ſeu nucleum teſta aut cortice duriori concludunt.

¶ Unde caſtanee: amigdale: iuglandes. ⁊c. Nuces ſunt: pruna vero ſeraſa ſeu ſeraſia. ſina perſica et ſimilia: licet nucleum teſta concludant poma. Glans aūt ⁊ quicunq; alius fruct⁹ ſilueſter in numerum predictorum non venit. Sunt autem bacce etiam gemme: dicte ꝙ baccarum inſtar ſint: at bachi ſacerdotes.

Inter acinos ⁊ baccas quod interſit. ca. ccx.

Acini
Bacce

Acinos inter ⁊ baccas hoc iter eſſe puto: ꝙ acini inter fructus minutiores arbor fruticū vt denſi⁹ naſcuntur: bacce vero diſpertius et rarius Inter acinos em̄ numerant vue grana: hedere grana ſambuci grana: ebuli grana mali punici grana: addo etiā morū: ⁊ quicqd his ſimile Inter baccas vero Fructus lauri: fruct⁹ oliue: corni: loti: quā ſamā ſyriacā vocāt myrti: lētiſci:

Poma. Ceraſum Glans ſimiliumq;. Supra hec autem poma dicunt du tarat quib⁹ veſcimur. Ceraſuz vero vel vt Ser uio placet ceraſium: et prunum et meſpilum po ma nõ acini neq; bacce nominantur. Glans in numerum iſtorum non venit. Silueſtris eniz et paſtio pecorum eſt Caſtanea in nuces refertur Unde Uirgil⁹. Caſtaneaſq; nuces: ſicut pinus corylus ſiue a loco auellana: amigdalus: iuglãs ⁊ ſi qua ſunt his ſimilia non poma dicuntur ſed nuces. Nonnunq; acini ⁊ bacce indifferẽter po nuntur, vt Uergilius Sanguineis ebuli baccis nimioq; rubentem.

Epitome capitis .ccxj.

¶ Crepitus ſonitus eſt violẽtus ex impulſu re ſultãs vnde fit crepitare quod eſt cũ vocis eru ptione ⁊ ſonitu immani .i. feroci ⁊ modico rep hendere. Specialiter autez crepitus eſt qui na tibus editur ſonitus. Strepitus vero fit ex cor porum contactu ex colliſione rerum ⁊ multarũ vocum cõfuſione ſed modica. Proprie autez eſt ambulantium pedum manuumq; aliquid per tractantium ſonus: vnde ad fortune pompam transfertur ꝙ diuitiaz comitatus ſtrepitũ emit tit. Fremitus autem eſt vehemens huiuſmodi ſonitus vel fluctuuz maris ⁊ populi ob murmu rantis: aut etiaz hominis excandeſcentis ⁊ qua ſi vocem pre iracundia immutantis. At ſtridor ⁊ acrior ⁊ quaſi ſibilans colliſio: vt dentium con cuſſorum.

Inter crepitum; ſtrepitum: fremitũ, ſtridorem que differentia. Ca. ccxj.

Crepitus Crepito. Crepitus ſonitus eſt violẽtus ex impulſu reſultãs. Un crepitare eſt cũ eruptione vocis et imani ſonit reprehẽdere. Cymbala tympanaq; crepitãt: Un fit Crepitaculum crepitaculũ Tube quoq; ⁊ cornua: ſimiliaq; crepãt ſiue crepitãt. Crepitus quoq; ſpeciali voca bulo quid ſignificet: malo me tacẽte minus no tũ eſſe ꝙ me dicẽte nimis. Strepitus fit ex cor Strepitus Fremitus. porũ tactu ex colliſione rerũ: ⁊ multarũ vocũ in vnũ ↄfuſione: ſi modo nõ ſit immodicus. tũc em dicitur fremit⁹ vt ex alto mari ſon⁹ fluctuũ ⁊ in populo murmur. Uocat etiaz fremit⁹. ꝙꝙ ⁊ in dignãtis ⁊ excãdeſcentis ⁊ quaſi humanã vocẽ p iracundia mutantis: vox oratioq; fremit⁹ dr. Stridior. Strepitus Stridor eſt acrior ⁊ quaſi ſibilãs colliſio. Stre pit⁹ tamẽ proprie peduz ambulantiuz manuuz q; aliquid pertractantium ſonus eſt. Appellat etiam faſtus ⁊ pompa diuitiarum: quaſi a ſtre pitu comitantium: vt apud. Q. Fabium. Hinc cum me euocaſſet ſubito trepidum totoq; fortu ne ſue ſtrepitu circunſtetiſſet.

Epitome capitis .ccxij.

¶ Officiuz eſt virtutis actio: pro loco: pro tem pore ⁊ pro rer. in dignitate quaſi id munus ad quod exhibendum quiſq; effectum eſt: vnde ma giſtratuum et honeſtorum opificium etiam vo camus officium: quinetiam beneficia atq; obſe quia debite facta officia vocamus

Officium quid ſit. Ca. ccxij.

Officiuz eſt virtutis actio quod Officium. greci vocãt: vel vt latius ex plicem pro loco: pro tẽpore pro reruz dignitate: ſimilibuſq;. Inde illud eſt qđ dicitur a multis in familia bene iſtituta oẽs in officio ſunt .i. oẽs agunt quod debent. ⁊ miſſi ſunt legatis obuiã ciues officij gratia. Et circũ ſtabant ſenatores Ceſarem ſedentẽ in aura ſel la officij gratia. id eſt honoris gratia: quez lega tis Ceſari vt exhiberẽ debemus. Nihil enĩ taz nos decet ꝙ merenti vel honorem exhibere: vel opem ferre. Quo factũ eſt etiã vt officia ſignifi cẽt beneficia ſiue obſequia. Un illud Ciceronis Odioſum ſane gen⁹ hominuz eſt officia ex pro brantiũ: que meminiſſe debet is in quez collata ſunt: nõ cõmemorare qui contulit. Et illđ Qui. Durit me ſimilis etas: cuicerũt: officia: cepit: fi des: amantem odiſſe non potui. Magiſtratus quoq; officium dicitur ſiue quia honoris cauſa factus eſt ſiue opis populo ferẽde: ſiue quia ius ſuum cuiq; et quod cuiq; debetur reddat. Cete re etiam artes quomodo honeſte ſint: ſuã actio nem officium vocant: vt officium grãmatici offi cium medici: officium architecti.

Epitome capitis .ccxiij

¶ Hiſtrio eſt qui perſonatus in ſcenica voce et corporis geſtu fabulas agit. Mimus qui vel in tra vel extra ſcenam geſticulationes quaſdã ex ercet: imitaturq; mores hoiz ac naturas preſer tim obſcene: ⁊ taz hoies ꝙ poemata mimos va camus a mimeome quod eſt imitor.

Inter hiſtrionem ⁊ mimum. Ca. ccxiij.

Hiſtrio qui perſonatus in ſcena Hiſtrio tragedias agit: comediaſq; voce ⁊ cor poris geſtu. Mimus qui vel intra vel Mimus. extra ſcenaz geſticulationes quaſdã exercet imitaturq; mores hoim ac naturas pre ſertim obſcene. Naz mimorũ ſcriptores res ob ſcenas vt amores tractant. Primuz e tuſco quo daz hoie tractum nomen eſſe Titus Liuius: ac valerius maximus authores ſunt. Alterũ e gre co venit Mimi taz homines ꝙ poemata vocantur.

Epitome capitis .ccxiiij.

¶ Actor dicit qui agit cauſam vt orator: aut ge Actor. ſtum vultus ⁊ corporis: vt comedus: tragedus: ac mimus omnis. Actio enim eſt tam ipſa pro nunciatio ꝙ oratio que habetur ⁊ ꝙ oratio ſcri pta. Actus autem ſunt fabularum que aguntur partes. Auctor vero cõmunis generis: ſine ver bi origine. nam neq; ab augeo latino neq; ab verbo greco deducitur. dicitur quaſi fa ctor ⁊ rei geſtor ac conditor: vt qui bellum gerit aut pacẽ facit. aut aliud opus eius auctor dicit ſicut et is cuius noie et auctoritate alij rem ge runt: hoc eſt homo in quo eſt ius poteſtas: ac di gnitas. Quinetiam pupillorum auctores dicũ tur qui eorũ res adminiſtrant. Preterea duces militum auctores vocabantur. Unde auctorare quaſi obligare ⁊ ſubijcere. Et inde auctoramẽ tum quod eſt quaſi obligatio neruſq;: vel qua

ſi ſtipendium quoddam ac preciũ laboris. Au-
ctio vero eſt venditio in publico ac loco celebri
Unde auctionari ſic publice quaſi ſub haſta vẽ
dere ſupellectilia preſertim.
¶ Hec ex valla Addit Mancinellus et calderino
dicẽs. Referã hic qđ Domitius in epiſtolã ſap-
Auctorare phus poetice ſcripſit. Aſſerit eñ ꝙ auctorare ẽ
Exauctorare. eligere i militiã mileſqꝫ auctoratus ab impera-
tore ⁊ operã preſtat. receptus ſcꝫ in iura milita-
ria ei i Imperatoris fidẽ. Inde exauctorare dimi
ttere ẽ. Et auctoramẽtũ ſignificat illã aſcripti
onẽ ſimpliciter: nõ aũt ſtipẽdiũ. Auctorare er-
go imperator militẽ quũ euꝫ aſcribit. Nã qcqd
deinceps agit miles auctoratus: ad imperatorẽ
refert cui victoriã parat Hec ⁊ plura ille Sene
ca preterea epiſtola prima li. xviij. ſic ait. Mul
tũ aũt a fortuna petẽdũ ẽ. Deide ſperãde opes
auctoramenta ſunt ſeruitiũ. Ubi quidem meta-
phoricos locutus eſt Hec Mancinellus.

Actor ⁊ auctor qualiter differant. Ca. ccxiiij.

actor ACtor ⁊ auctor ita differunt: ꝙ
actor dicit orator qui agit cauſam: q
qꝫ geſtum vultus et corporis agit:
Unde tum ipſa pronunciatio: tuꝫ ora
Actio. tio que habetur: tũ oratio ſcripta actio appella
tur. Item comedus ⁊ tragedus. id eſt hiſtrio q
agit geſtus in ſcena: et quod huic generi ſimilli-
mum eſt qui agit atellanas: et mimus oĩs actor
Actus. vocari poteſt: ⁊ partes comedie actus dicuntur
Nã comicus tragicuſqꝫ poeta ipſe eſt comedia
Author. rum tragediarumqꝫ conditor. Author autẽ eſt:
vt ſic dicam factor. Naꝫ factor. in vſu non eſt ni
ſi in quibuſdã e greco trãſlatis. Et illud quoti-
dianũ. Credo in vnũ deũ patrẽ omnipotentem
factorẽ celi ⁊ terre: grece eſt hoc eſt
poetam. At nos poetas ceteroſqꝫ operũ condi
tores authores vocam⁹: et ille qui fecit aliquod
opus qui egit bellum: qui egit paceꝫ. author eſt
Nota operis: author eſt belli: author eſt pacis: nunq̃
actor eſt. Quidã originẽ eius e greco repetunt
ſed a latino quoqꝫ facilius formari po-
teſt: niſi ꝙ nullũ latinum in or a ſupino deſcen-
dens eſt cõmunis generis vt author: Nam cuꝫ
Auctor. eſt ab augeo [ſi modo vnq̃ repetitur] auctor et
auctrix facit: vt Seruio placet in Uirgiliuꝫ ſcri
benti: Item ſuper Donati artem ita ait. Queri
tur author vtruꝫ per ſe an de verbo oriatur Sꝫ
ſciendum eſt ꝙ a ſe naſcitur. Nam illud quod ẽ
augeo non nos ſeducat ꝙ inde veniat Aliud eſt
enim augere aliud authorem eſſe. Ego vero a
Seruio non omnino diſſentio: cuꝫ huius vocis
non videatur mihi origo eſſe nec augeo nec
et inauditum eſt ſignificationis illius hic
⁊ hec author eſſe. Nam nunq̃ aliud [quantum
ego ſentio] ſignificat ꝙ duo. Unum quod dixi ⁊
alterum quod eſt huic ſimile: hominem in quo
auctoritas. eſt ius poteſtas ⁊ dignitas: vnde auctoritas di
cta eſt vt apud Liuiuꝫ dicitur Decreuerunt eñ
vt cum populus regem iuſſiſſet id ſic ratum eſ-
ſet ſi patres authores fierent hoc eſt authorita
tem vt aiunt ſuam ⁊ decretum interponant ra-
tum habeant: atqꝫ ratificent ſiue comprobent.
Et alibi. Maiores noſtri nullam ne priuatam
quidem rem agere feminas ſine authore volue
runt. In manu eſſe parentum: fratrum virorũ
qꝫ Et authores pupilli vocantur in quorum ad-
miniſtratione infirma etas reſqꝫ ei⁹ ſunt Ideo
qꝫ filios regum pupillos ſub authoribus fuiſſe
legimus. Unde paulus iuriſconſultus etiam ſi
non interrogatus tutor author fiat valet autho
ritas eius: cum ſe probare dicit id quod agitur:
hoc eſt enim authorem fieri. Et Pomponius.
Et ſi de pluribus datis tutoribus: vnius autho
ritas ſufficiat. tametſi tutor authoretur Quare
authores ſententie alicuiuſqꝫ conſilij vocantur
ij quorum ſententiam conſiliumqꝫ ſecuti ſumus
etiam duces militũ authores vocabantur. Un-
de authorare. Liuius libro. xlvi. Signo ſuo im- Liuius
preſſas tabellas miſit: ⁊ vero pignore velut au- Authoro.
thoratum ſibi proditorem ratus eſt: id eſt obli-
gatum ⁊ ſubiectum. Et Ualerius maximus lib. Ualerius.
iiij. Authorato ſociis officio. Sue. libro. iij. de
legendo vel authorando milite ac legionum et
auxiliorũ diſcretiõe: ex quo ſit authoramentum Auctoramentum.
vel quaſi obligatio nexuſqꝫ vel quaſi ſtipendiũ
quoddam vel quaſi precium cuiuſdaꝫ militie ac
pugne actioniſqꝫ vt Quin. Nec difficilem ſane
ſub illo p̃ſertiꝫ authoramento habuiſſet miſſio
nem: ſed noluit gladiator viuere. Sue. Munus
gladiatorũ dedit: rudiarijſqꝫ quibuſdaꝫ reuoca-
tis authoramẽto centenũ miliũ. Cice. Quoꝝ Cicero.
ipa merces authoramentũ ſeruitutis eſt. Sen.
lib. vij. epĺarũ. Nullũ ſine authorpmẽto maluꝫ
Auaritia pecuniaꝫ pmittit: Luxuria varias vo-
luptates. Ambitio purpuram ⁊ plauſum ⁊ ex
hoc potentiam: et quicqd potentia poteſt mer-
cede te vitia ſollicitãt. Deniqꝫ author: nihil ha-
bere cõmune cũ augeo: neqꝫ cum au-
ctio probat. Que eſt venditio quedã in publico
ac loco celebri: ⁊ hic auctionari publice fere ſub Auctio
haſta vendere: non ea que ad eſum ſpectant ſed
que ad ſupellectilem atqꝫ ad alios vſus: nec fe-
re niſi q̃ penes aliũ i vſu fuerunt. Differt aũt au
ctio vel auctus ab hauſtu q̃ ad diuerſam originẽ
ſortita ſunt. Auctus eñ eſt incrementum ab au Auctus
geo deſcendens vt ⁊ hauſtus ab haurio. Hauſtus.

Epitome capitis. ccxv. patet

Pupillus quid differat ab orphano. Ca. ccxv.

PUpillus eſt qui caret quideꝫ Pupillus
matre ſꝫ tantiſper dũ eſt in etate: cui
debet tutor. Orphanus q̃ caret p̃re Orphan⁹.
p̃ſidioqꝫ paterno: et q ſummopere de
ſiderat illius opẽ cuꝫ ſine eo male habeat. Hec
cũ tamẽ nomẽ eſt nõ ſane a veteribus vſitatus.

Epitome capitis. ccxvi.

¶ Tricliniũ eſt conclaue diſcubitorium a tribus
inclinatorijs ſeu lectis dictum. Conclaue auteꝫ
omnis locus ſecretior concluſus veluti qđ com
ptorium vocant: aulam noſtri atriuꝫ vocant: ve-
tuſti aulam pro olla vſurpabant.
¶ Aule eñ a grecis pro tota regia ponit nõ ſolũ
pro ea parte quam ſolam hoc eſt atrium vocãt

Triclinium quid ſit. Ca.ccxvi

Triclinium.

Triclinium a tribus toris mē ſiue appellatū eſt. Ibi em̄ comedebāt p̄cipue in cōuiuiū accepti: cum res ipſa poſtularet tres toros mēſas ue extrui. Qui aūt huic miniſterio p̄erat: architriclinū vocāt. Qui. quidē triclinīū vocat. quod Cic. conclaue. Nā de eodē cōuiuiū loco vbi Simonides artē memorie tradit̄ inueniſſe. Ille ſic ait. Vix eo limē egreſſo triclinīū illud ſupra cōuiuas corruit. Hic ſic. Hoc interiz ſpacio cōclaue illud cōcidiſſe. Eſt igit̄ triclinīū conclaue diſcubitorum. Nā cōclaue generalius eſt: qd̄ etiaz pars quedam in penatibus remotior: in qua vel viri colloqui vel mulieres cōfabulari ſolēt. Aulam aūt qd̄ grecū eſt noſtri ſemper transferunt atrium. Nam aulam pro olla plauto vetuſtiſſimiſq; dicendū relinquamus.

Architriclinus. Conclaue. Aula

Epitome capitꝭ.ccxvii.

Penus

¶ Penus oīa q̄ domi recondita ad victū priuatum pertinent cōtinet: quorū repoſitorium penariū dicit̄. Cōmeatus vero oīa q̄ ad publicuz victū ſpectant ſed precipue annonā ꝛ quicquid annone vicē habet. Annona autē ſi tantum frumentaria eſt oportet macelluz etiam vbi frumētum venditur apud Ciceronem ſignificare.
¶ Meminerimus autem ꝙ reperiatur hic penus ꝛ hec penus ꝛ hoc penus penoris ꝛ hoc penu indeclinabile. Macelluz autez proprie ſignificat locum vbi obſonia vendūtur.

De penus ꝛ commeatus. Ca.ccxvii

Penu. Penarium

Penu ea omnia continere dicunt̄ q̄ ad victū ptinēt: ſed priuatū: ſi modo domi recōdita ſunt ac repoſita. Nā loc⁹ vbi iſta reponūtur Varrōne teſte penariū appellat̄. Que vero ad victū publicum ſpectāt ſicut alio loco dixi cōmeat⁹ vocat̄. Sz ex paucioꝛib⁹ cōſtat: vt ſum⁹ diligentiores p̄ re priuata ꝙ̄ p̄ publica. Fere nihil aliud continet cōmeat⁹ ꝙ̄ annonā: ꝛ quicq̄d annone vicē habere pōt. q̄ꝙ̄ vt iterum dixi etiā puatoꝝ cōmeat⁹ eſt: nec annona tm̄ frumētaria Cicerone dicēte lib.ij.de diuinatione. Aut ſi epicuri de voluptate liber roſus eēt putarē annonā in macello carioꝛē foꝛe: vt neſcio tm̄ an macellū nō tm̄ p̄ loco vbi caro venditur accipiatur: ſed vbi ꝛ annona.

Cōmeatus. Annona. Macelluz.

Epitome capitis.ccxviij.

¶ Ceruix poſterior pars colli eſt. iugulus anterior: collum totū illud inter caput ꝛ humeros: ꝛ quia in ceruice ſunt nerui qui ſupbis rigeſcunt ideo dure ceruicis hoīem rebellem ac ſuperbū vocam⁹. Et quia in iugulo ſunt vene quibus leſis vita exhalatur: ideo iugulare et iugulum petere interficere ꝛ mortem inferre dicim⁹.

Ceruix: iugulus ꝛ collum: quid ſint. ca.ccxviij.

Ceruix. Iugulus. Collum

Ceruix poſterior pars colli vñ oꝛigo eſt omnibus neruis. Iugulus anterior: vnde vox halituſq; p̄cedit. Collum omnes partes in ſolidū cōplectitur. Et q̄ñ nerui qui copus erectum rigidumq; faciunt: in ceruice ſunt collocati. dicim⁹ hominem dure ceruicis quaſi indomabilez more ferociū boū: vel q̄ ceruice erecta ꝛ rigida cōtumaciā quandā ꝛ rigorē mētis p̄ ſe fert: tanꝙ̄ nemini caput inclinare velit. tali noīe vocat̄ quaſi duri capitis dureq; mētis. Ceruices etiā dicimus p̄ ceruice imo in ſingulari numero nemīnē ante Hortenſiū dixiſſe Quinti. eſt authoꝛ. Similiter q̄ñ in iugulo moꝛtifera ſtatī plaga eſt p̄e ceteris mēbris cadēq; pars vulneri obnoxia ad quā mucro iter arma ipſa facile ſubit a veteribus dicebatur petere iugulū: pro eo qd̄ eſt petere moꝛtē inferre moꝛtē. Qui. Inituruſꝙ foꝛenſiū certaminum pugnā iam in ſchola victoꝛiā ſpectet: ꝛ iugulū petere et ferire vitalia: aut tueri ſciat Cice. in Verrinis. Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt.

Ceruicis. dure. Ceruices. Iugulum petere. Iugulare.

Epitome capitis.ccxix.

¶ Sinus in cōplexu eſt brachioꝛum: gremium vero femoꝛum vtrūq; autem ad aliud trāſfert. ¶ Nō ergo tenet nutrix īfātē ſtātē ſup ſinū ſed ſup gremiū nec admonet lactentē ad gremiū ſz ad ſinū. Eſt etiā ſin⁹ oculoꝝ. Eſt p̄terea ſinū poculi lōga vas de q̄ in Bucco. Sinū lactis ꝛ hec te liba priape quotannis. Expectare ſat eſt.

Inter ſinum ꝛ gremium. Ca.ccxix.

Sinus.

Sinus eſt intra pectoris brachioꝛūq; cōplexū. Inde ſin⁹ veſtiū q̄les erāt tunice romanoꝛ: ꝛ mō quorundā religioſoꝛ ſupra cīcturā laxitas illa veſtis q̄ cingulū opit. Ut tota ꝙ̄ curua et q̄ñ brachijs mare amplectētia ſin⁹ vocam⁹. Gremiū ē intra cōplexū femoꝝ feminū ᷓc. q̄ in cōplexu mulieres p̄cipiūt. Et p̄ trāſlationē gremiū terre appellamus cū ſemē ſuſcipit: conceptūq; retinet: q̄ſi viuentē fetū poſtea paritura. Quare cū lactāt̄ infantes ad ſinū admouāt̄: pueri vero iā facti a ſedētib⁹ matrib⁹ veiq; cū illis blādiūt̄ ad gremiū excipi ſolēt vt Vir. de cupidie ſub imagie pueri Aſcanij. Heret: ꝛ iterdū gremio fouet inſcia Dido. Quietiā mrēs nutricesue cū ſup genua collocāt īfantē aut extremis veſtib⁹ repoſitū ꝛ ad vterū vſq; ſublatū geſtāt in gremio. magis ꝙ̄ in ſinu tenere aut geſtare dicit̄: vt idē de eodē. Et fotum gremio dea tollit in altos Idalie lucos.

Gremium.

Epitome capitis.ccxx.

¶ Socius ſocio dicitur quia inter ſe pares ſunt comes comiti nūꝙ̄ aut perꝙ̄ raro dr̄. Nā comes minoꝛ ē duce: eo. ſ. cui comitatū p̄bet: ſaltem ſub ea ratione qua comes ꝙ̄uis alioqui maioꝛ eſſe poſſit. Cōmilitōes aūt pares ſunt ſub duce militantes. Reperit̄ aūt comes pro ſocio: ſz attendēdum etiā dum per metaphorā loquimur: vt comitē dicamus rem ſubſequentez ꝛ minoꝛē vt intemperantiam ebrietatis: nō ediuerſo. In rebus tamen perſona carentibus potius magiſtrū aut magiſtrā: patrē aut matrē: materiē aut materiā: caput aut fontē dicim⁹: ꝙ̄ ducez quod

perſonis cõuenit. Eſt ꝑterea comes in quibuſcũq; rebus: ſocius fere in arduis ⁊ ſerijs ac fortune ſubiectis. Sodalis aũt fere ĩ voluptuoſis ⁊ ad cõuictũ ꝑtinentibus. Ceterũ comis hõ benignꝰ eſt ⁊ facilis qui alijs nõ grauate inſeruit.

Sociũ ſocio dici: comitẽ comiti raro. Ca. ccxx.

Socius. Comes.

Socius ſocio dicit: comes comiti raro dicit. Nãq; ſociꝰ eſt ꝑ. Comes vero minor: quippe qui ſequitur ⁊ ducem habet: vt Cicero. Non comitem ſe inquit: ſed ducẽ prebuit. Et alibi. Neq; enim princeps tunc ad ſalutem eſſe potuiſſet ſi eẽ alij comites noluiſſent. Ideoq; duces in bello quotiens milites alloquunt conciliande beniuolentie gratia: non fere appellãt comites ſꝫ ſocios: cõmunicantes quodãmodo ipſorum dignitatẽ cũ illis: vt e diuerſo cũ eoſdem commilitones vocant cõmunicãt eorũ cõditionẽ atq; ſortem cũ ipſis. Neq; eñ dux

Cõmilito

cõmilito eſt militum ſed milites inter ſe cõmilitões: vt apud Vergi. Aeneas comites ſuos cõſolans ait. O ſocij. Et author ipſe ſua perſona loquens de Achimenide inquit. Comes infelices Vlyſſi. Et iterum Vno graditur comitatꝰ Achate. Neq; recte dixeris de vlyſſe ⁊ enea hunc eſſe comitẽ Achate illũ comitẽ Archimenidis. Idẽ tamen ait. Arma deoſq; parant comites. Et iterũ. Sacra deoſq; tibi cõmendat troia penates: Hos cape fatorum comites. Nunqd dij erant comites troianorum atq; Aenee an duces: Certe dij penates comites erant cõfeſſione tũ Aenee tũ ipſorum quoq; deorũ. Nã primo libro Aeneas ait. Victoſq; ex hoſte penates Claſſe veho mecum. Et in tertio dij aiunt. Nos te dardania incenſa tuaq; arma ſecuti. Nos tumidũ ſub te ꝑmenſi claſſibus equor: ſub te. i. duce te et te ſecuti ſumus. i. tui comites fuimus. Idẽ de grecis quoq; dicẽdum eſt: ⁊ de eorũ deis. Idẽ etiã de ſybilla ⁊ Aenea. Q̃q̃ modo hic mõ illa dux erat aut comes: tamen quia ſequebatur Aenee voluntatem Sibylla: ⁊ quaſi miniſtrã ſe prebebat: comes erat. Quia vero ducebat premonſtrans iter: ⁊ declarans ea q̃ ille ignorabat: dux eadẽ dr̃ tãetſi

Comes ꝑ ſocio

aliquãdo comitẽ ꝑ ſocio dicimꝰ: vt Cice. in rhetoricis: de illo viatore: qui cum ante lucẽ ſurrexiſſet: comitẽ ſuũ inqt inclamauit ſemel ⁊ ſepius cũ de eodẽ antea dixiſſet: in itinere quidẽ proficiſcentẽ ad mercatũ quendã ⁊ ſecũ aliquantum nũmorũ ferẽtẽ eſt comitatus. i. inſecutus. Quare peccauit tũ priſcianꝰ ad Iulianũ ſcribẽs. Tibi ergo hoc opus deuoueo oĩs eloquẽtie preſul vt quantacunq; mihi deus annuerit ſuſcepti laboris gloriaꝫ te comite quaſi ſole quodam dilucidius creſcat. Quid magis abſurdum q̃ quem dicas tuum ſolem eundeꝫ appellare comitẽ tuũ hoc ipſo q̃ ſol eſt: tum ille [parco nomini ſacroſancti viri] qui dixit. Ebrietas eſt comes libidinis ⁊ intemperantie ſuperbia eſt comes odij: diuitie ſunt comites ſuperbie. Nam potius dicẽdum erat Libido ⁊ intẽperantia comes ẽ ebrietatis. Sequitur enim libido et intemperantia: ebrietas antecedit odium comes ſuperbie eſt: ſuperbia comes diuitiarum Cice. Eſt gloria comes virtutis. Gloria enim ſequitur honeſtateꝫ: ſicut vmbra corpꝰ. In eodẽ opere nuper a quodam perdocto viro. Illud iracundiam laudant comitem fortitudinis eſſe dicunt: Emendatum ſic erat: comitem fortitudinis vt ſciremus: verũ eſſe quod ait. Quin. Dum librariorum inſcitiaꝫ ſectari volunt ſuam confitentur. Ideꝫ Cic. alio loco. Cupiditas dicendi pacis eſt comes ocijq; ſocia. Siquidem pacem ſequitur dicendi cupiditas. Quid ergo ſi hec comes eſt: illa dux erit: Dicemuſq; pax ẽ dux cupiditatis dicẽdi ⁊ ebrietas dux libidinis ⁊ intemperantie: Non eſt hic ſermo quidem vſitatus: ſed alia verba: quorum

Magiſter. Magiſtra. Pater. Mater. Materies Materia

tria nunc in menteꝫ veniunt magiſter magiſtraue: pater materue: materies materiaue vt ebrietas magiſtra eſt libidinis ⁊ intemperãtie. Superbia eſt mater odij. Diuitie ſunt materia ſuperbie Quibus tribus fere indifferẽter vti poſſumꝰ In perſonis vero magis cõuenit dux aut in his rebus que perſone ſunt ſimiles: qualis ẽ fortuna que dea fingit. Cicero non ſemel dixit fortunam non ducem: ſed comitem fuiſſe q̃buſdam imperatoribus. Eſt preterea vt eo redeaꝫ vnde egreſſus ſum alia differentia inter comitẽ ⁊ ſocium: q̃ comes eſt vtcunq; ſequitur alterꝰ ductum: ſocius plerũq; in negocijs: ſerijſq; rebus et fortune arbitrio ſubiectis vt ceſar in cõmẽtarijs. Itaq; androſthenes pretor theſſalie cum ſe victorie Põpeij comiteꝫ eſſe mallet: q̃ ſociuꝫ ceſaris in rebus aduerſis: omnem ex agris multitudinem ſeruorum ac liberorum in oppidũ coegit. Verum huiuſmodi differentia apertior

Socius. Sodalis

eſt inter ſocium ⁊ ſodalem. Eſt enim proprie ſodalis in rebus leuioribus ac ſepe voluptuoſis. Quint. Quo tandem patereris animo ſi dilicatus adoleſcens ꝑſertim ſplendidis opibus: vel ex etate mores vel ex fortuna traxiſſem: et tempeſtiua conuiuia et peruigiles iocos aduocata ſodaliuꝫ turba ſolutus atq; affluens agerẽ. M. Tullius. Epulabar modice cum ſodalibus. Sodalitates enim me queſtore ſunt inſtitute. Idẽ alibi. Ego Plancium Laterenſem et ipſum gratioſum dico ⁊ habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos quos tu ſi ſodales vocas officioſam amicitiam nomine inquinas vitioſo. Caius aũt ſodales inqt q̃ eiuſdem collegij ſunt quos greci            vocant. A quo nõ ſane diſcordat apud. M. Tullium Antonius qui norbanum queſtoreꝫ ſuum appellat

Comis.

ſodalẽ. Comis eſt benignus homo et facilis qui alijs non grauate inſeruit.

Epitome capitis. ccxxj

C Pompa eſt ſolennis quidã apparatus ⁊ oſtẽtatio tam in proſperis vt in triumphis q̃ in aduerſis: vt in funeribus. Spectaculum vero eſt quicquid ſpectatur. aut ipſa ſpectatio aut locus vnde ſpectat. Quocirca omnis pompa ſpectaculum eſt: ſed non omne ſpectaculum pompa.

Pompa ⁊ ſpectaculũ. Ca. ccxxj.

Pompa
Spectaculum.
Senium.

POmpa ois ſpectaculum eſt.ſed non contra. Pompa quidem in proſperis eſt ⁊ in aduerſis qualis eſt triumpho et in funere quaſi quidam ſolennis apparatus eſt ⁊ oſtẽtatio Cic. Sꝫ iã e pompa in verã aciẽ deſcendamus. Vir. Ad delubra iuuat ſolennis ducere pampas. Quin. Quid enim ſi reſpondere iubeas orbitateſ curin exequias totos egerat cenſus: quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparuꝫ: Spectaculum vero eſt: nunc illud quod ſpectatur: vt nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane. Nunc ipſa ſpectatio: vt O acerbum ſpectaculuꝫ. Nũc locus vnde ſpectatur: vt ſedebat in ſpectaculis ⁊ de ſpectaculis excitatus eſt.

Epitome capitis.ccxxij.patet.

¶ Seruius autem dicit ꝙ iuuentus eſt multitudo iuuenum: ſicut pubes pubeſcentium: iuuẽta vero iuuenilis etas: at iuuenta dea ipſa: author noſter dicit iuuentutem etiam frequentiam iuuenum: iuuenes iuuenilem quoqꝫ etatem ſignificare ſicut ibi. Ad deũ q̃ letificat iuuẽtutẽ meã

Senecta ⁊ ſenectus: Iuuenta et iuuentus. Ca.ccxxij.

Senecta
Iuuenta:
Iuuentus.
Senectus

SEnecta eſt ſenilis etas: iuuenta autem iuuenilis: ⁊ vt quibuſdam placet: dea ipſa melioris etatis ⁊ iuuentutis. At ſenectus idem quod ſenecta. Iuuentus vero etiam frequentia iuuenũ non ſolum etas. Senium quoqꝫ pro ſenectute accipitur.

Epitome capitis.ccxxiij.

¶ Abſtinẽtia iuſtitia eſt qua ab alienis nos abſtinemus. Continentia vero et temperantia et modeſtia qua nos ab illicitis ⁊ voluptuoſis cõtinemus. Confunduntᷣ aũt interdũ: quia qui ab alienis abſtinet: appetitum ſuum ſepe continet ⁊ cohibet. Unde generalior eſt continentia.

¶ Hanc autem differentiam oſtendunt partes ꝯponẽtes. Abſtineo enĩ ꝯponitᷣ ab abs ⁊ teneo cõtineo a con ⁊ teneo. Continemus ergo quod intra nos eſt ne diffluat. abſtinemus ab eo quod extra nos: ne ad nos perueniat

Inter continentiam ⁊ abſtinentiã differentia. Ca.ccxxiij

COntinentia ab abſtinẽtia differt ꝙ abſtinentia iuſtitia eſt Continentia vero illa que inter virtutes quarta numeratur: que eadeꝫ dicitur temperantia ⁊ modeſtia. Eſt enĩ hec cũ a voluptatibus nos continem⁹. Abſtinẽtia cũ abſtinem⁹ ab alienis: nulli viꝫ afferẽtes: nihil cuipiã eripiẽtes. Cic. Si in nulla voluptate ꝯtinuerit: ⁊ alia ſe effuderit: rurſus qd̃ bñficiũ ẽ qd̃ abſtinuerit a nefario ſcelere Nõnũꝗ tñ indifferẽtᷣ vt apd̃ Val. maximũ titulus ẽ de abſtinẽtia ⁊ ꝯtinẽtia: vbi exẽpla iſtarũ ꝯtutũ ꝓmiſcua ſunt: vt tñ ſentio ꝯtinẽtie poteris dare nomẽ abſtinẽtie potiuſꝗ̃ e diuerſo Il‑lud enĩ ſpeciali⁹ videtᷣ: hoc gñalius. Queãdmoduꝫ tẽperantia putatᷣ ſub iuſtitia eſſe: vel ab ea non poſſe ſeparari: illa vero ſine hac frequẽter eſt. Quare rite continentia vocatur abſtinẽtia.

Epitome capitis.ccxxiiij.

¶ Pec⁹ pecudis ac pecoris aĩal ẽ qd̃ ſub iperio ẽ hoim: ⁊ pabulo terre paſcitᷣ: vt bos [qui tauꝝ ⁊ vaccã ⁊ caſtratos ſignificat] equus caballus. aſinus. Nõ aũt onager qui eſt aſinus agreſtis: nec laliſio onagri pullus. Item mulus. hinulus camel⁹. bubal⁹. ceruus. quorum congregatio armentum dicitur proprie: licet Vir. Pecoris cuſtodẽ armẽtariũ dixerit Nã armenta quidã ab arando quaſi aramenta deducũt. Quidã ab armis eo ꝙ maiores ſint armentis armi. Nã gregem ouium: caprarũ: porcorũ: ſimiliũqꝫ [minorũ quidẽ animaliũ] dicimus. licet gregem etiã de armẽtis ſaltem cũ epitheto dicere liceat pro quo interdũ pecus pecoris reperitur: qui etiã ꝓ ſola oue. Preter pecora ſunt fere. i. animalia ſiluestria: ⁊ cicures. i. ex ſilueſtribus manſuefacta Nã cicurare manſuefacere eſt. ⁊ cicur mãſuefactũ. Sũt aũt qui pecus dicant quicquid humana effigie caret. Sꝫ pecudẽ fere ꝓ oue legim⁹.

¶ Sunt qui feras velint proprie duntaxat eas dici que ferociunt: improprie auteꝫ omnes quadrupedes preter pecudes.

Pecus pecudis. ⁊ pecus pecoris. ca.ccxxiiij.

Pecus.

PEcus pecudis et pec⁹ pecoris ꝓprie nihil differũt. Significatᷣ hoc noie aĩal quod ſub imperio hoim et pabulo terre paſcitᷣ: vt bos q̃ taurum vaccamqꝫ cõprehendit preter ſuũ propriũ ſignificatum: equus caballuſue: qui aſinariam potius operam exercet aſinus: non aũt onager nec laliſio. Mulus qui proprie generatus ex aſino ⁊ equa. Naꝫ hinulus dicitur qui patre equo matre aſina genitus eſt: quem quidã burdoneꝫ nominãt. Camelus quoqꝫ. Nã nõ tantuꝫ paſcitur ſub magiſtro: verũ etiam in quibuſdaꝫ locis inter armenta: ⁊ eius ſignificatio non ad marẽ feminãqꝫ pertinet. vt paſſer vt aquila. ſed cum genere feminino nonnunꝗ̃ iungi inuenitᷣ: vt camelos fetas: quale eſt bos: vt apud Uirgilium. Ille meas errare boues. Quod ideo minus mirum eſt ꝙ lupus etiam apud Varronẽ: ⁊ Enniũ ⁊ Fabiuꝫ pictorẽ in genere feminino reperitᷣ ſicut hic lupus lupãqꝫ ſignificat: huic quoqꝫ ſimilis eſt bubalus. Ceterũqꝫ et ipſi cameli ⁊c. que enumeraui armenta faciunt: licet quidã tantuꝫ velint eſſe boũ: quaſi ab arãdo aramenta dicta: deinde ſublata tertia littera armẽta. Preterea ouis marem feminamqꝫ ſignificat. Capra cum qua caper ſiue hircus. Porcus cum quo porca intelligitur: vnde fiunt greges: vt grex ouium: grex caprarum: grex porcorũ. Ouidi. meta. iiij. Mille greges illi totidẽqꝫ armẽta per herbas paſcebant. Vergi. iij. geor. Hec ſatis armentis ſuperat ps altera cure Lanigeros agitare greges: hirtaſqꝫ capellas. Idẽ tamẽ de ceruis primo enei. dixit. Hos tota armenta ſequuntur a

Bos

Mulus.
Hinulus.
Burdo.
Camelus.

Lupus
Bubalus
Armenta

Ouis.
caper.
Porcus.
Greges

tergo: ut minus mirandum ſit ſi de bobus gregem dixit ibi. Aut aliquam in magno ſequitur grege: tamen ad diſtinctionem adiunxit magno ſicut Horatius adiecit mugientium in epodis: Aut in reducta valle mugientium proſpectat errantes greges quaſi grex ſit generalius nomen: armentum vero ſpecialius: et illud ſine appoſito de minutis pecoribus intelligatur cum appoſito etiam poſſit ad maiora transferri: ut Cice. in phi. Vidit apothecas: cecidit greges armentorum. Hec omnia pecudes et pecora dixeris: quorum exempla tot ſunt quotiens hoc vocabulum reperimus.

Pecoris. Veruntamen pecus pecoris non nunquam reperitur pro multitudine pecudum ſive pecorum: ſed gregalium potius quam armentalium: ut Virgi. Dic mihi dameta cuium pecus: an Melibei: Infelix o ſemper ovis pecus. Et alibi. Caprigenumque pecus nullo cuſtode per herbam. Ovi. meta. li. xiii. Hoc pecus omne meum eſt: multe ſtabulantur in antris. Multas ſilua tegit: multe quoque vallibus errant. Nec ſi forte roges poſſim tibi dicere quot ſunt. Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harum Nil mihi credideris: preſens potes ipſe videre. Ut vix circumeat diſtentum cruribus uber. Sunt fortuna minor tepidis in ovilibus agni. Sunt quoque par aliis etas in ovilibus hedi. Cur dixit multe: et harum cum nullum genus antea nominaſſet: niſi quod intellexit oves et capras quas poſtea nominat. Cice. in Verre. Nominat iſte ſervum quem magiſtrum pecoris eſſe diceret. Virg. tamen in ge. iii. ait. paſcitur itque pecus longa in deſerta ſine ullis Hoſpitiis: tantum campi iacet: omnia ſecum

Armentarius. Armentarius apher agit. Armentarium pecoris dixit.

Pecoris. Nonnunquam pecus pecoris ſignificat ovem: nec ſolum vulgo: ubi hec animalia pecora dicuntur verum etiam apud graves authores. quorum eſt Pli. qui libro. viii. inquit. Eſt in hiſpania ſed maxime Corſica non diſſimile pecori genus muſimonum caprino villo quam pecoris velleri propius: quorum e genere et ovibus natos priſci umbros vocaverunt: infirmiſſimi pecoris caput: et non longe poſt. Suis fetus ſacrificio die quinto purus eſt: pecoris die ſexto: boum trigeſimo. Quintilianus. Cur in uſum veſtium ſepe pecori lane detrahuntur:

Fere. Preter pecudes autem cetere quadrupes fere ſunt: licet proprie videantur fere dici: que feritatem habent: ut leones: urſi: pardi. lupi: vulpes: harum quecunque manſuefacte ſunt

Cicures. cicures vocantur qualis canis qui nec pecus nec fera eſt licet ſit natura ipſa non tantum fera ſed

Elephas. ferus: qualis elephas. ſive quod uſitati eſt elephantus ad bella domitus alioquin fera natura de quo nomine idem quod de camelo fortaſſe di-

Camelus. ci poteſt: quod et communis generis ſit: et armentum faciat. Quidam ſuum domeſticum. tantum cicurem vocant. Ego potius aprum dixerim: qui ex fero cicuris eſt factus: nec aprum modo. ſed etiam onagrum: cervum: capreolum: damam: capream

Cicurare. leonem quoque denique quicquid cicurari poteſt. Cicurare enim ut varro ait: eſt manſuefacere. Quod enim a fera diſcretum eſt id dicitur cicur

Cicur. Cicum. Et ideo dictum. cicur ingenium obtineo. i. manſuetum. Innatum a cico cicur videtur. Cicum dicebant membranam tenuem que eſt in malo punico diſcrimina. Hec Varronis verba confirmat Cicero ubi ait. Nam alie ſunt fere: alie cicures: alie natantes: alie volucres.

Epitome capitis. ccxxv.

Collis eſt parvus mons: ſeu montis non ardua pars. Iugum eſt ipſa arduitas montis ſub vertice tamen paulum: proclivis et prona ſicut in collo hominis. Clivus autem mollis et planus eſt in monte aut colle ſitus. Promontorium eſt mons in mare prominens.

### Collis. Iugum. Clivus. Promontorium. Ca. ccxxv.

Collis. Iugum. Collis eſt (ut ita dicam) monticulus ſive per ſe et a monte ſeparatus: ſive pars montis: Iugum ut ita etiam dicam ipſa arduitas montis: et proclivis ac prona ſupinitas ei

Clivus. ſimile eſt in collo hominis. Clivus tamen mollis magis et clemens. ut clivus capitolinus: et clivus qui ducit ad ianiculum clivus montis Aventini: quos omnes ſcimus eſſe in urbe Roma colles: unde quidam vocant eam urbem ſepticollem Et antiquitus fiebant feſta quedam ſeptimon-

Septimontialia. tialia. Livius. Atque cum per Caſſilium evadere non poſſet: petendumque montes et iugum Calgule ſuperandum: Et alibi. Quantum in altitudinem egrediebantur magis magisque ſilveſtria et pleraque invia loca excipiebant. Ut vero iugis appropinquabant: quod rarum in aliis locis eſſet adeo omnia contenta nebula: ut haud ſecus quam

Promontorium. nocturno itinere impedirentur. Promontorium mons eſt in mari prominens unde Plynius li. xxvi. Promontoria aperiuntur mari: et rerum natura agitur in planum Livius lib. xxxiii. Aut aperientibus claſſem promontoriis. Idem in. xlv. Adiunctaque inſula euboia: et excurrente in altum velut promontorium attica terra ſita.

Epitome capitis. ccxxvi.

Officina eſt ubi opera ipſa fiunt. Taberna ubi opera ceteraeque merces venditantur.

Illa enim ab efficiendo dicitur: hec a tabulis in quibus res venales exponuntur. Sunt autem quibuſdam tabernis et opificibus propria nomina ut caupone et cauponi: argentarie et argentario Quem campſorem ſeu bancarium vulgus vocat At qui grece trapezites et colybiſtes ſeu colyuiſtes. Nam b grece fere ut v prefertur: dicitur a nobis nummularius ſeu menſarius dici poteſt Nam colyuiſtes. id eſt nummularius trapezas id eſt menſas habet.

### Officina et taberna. Ca. ccxxvi.

Officina. Taberna. Officina eſt ubi opera fiunt. Taberna ubi opera ipſa ceteraeque merces venditur. Officina eſt ſtatuarii: fuſorii: flatoris: celatoris: excuſoris: vitrarii: pictoris: ſutoris: fabri quam multiplex eſt: lignarius: et hic non unius generis. Ferrarius nec hic

ſimplex Lapidarius qui ⁊ ipſe in multas diuiditur ſpecies. Taberna vocatur lanaria: vinaria: olearia: et mille huiuſmodi: vñ opifices ⁊ tabernarij vocantur: Cicero pro Lu. Flacco. Opifices ⁊ tabernarios: atq; oēm illam fecē ciuitatꝫ quid eſt negocij concitare. Nec negauerim aliquando vnum eundemq; locū officinā ⁊ tabernam eſſe. vt ſutrinam in qua calcei ⁊ fiunt ⁊ vēduntur. Quedam igitur artificia ſunt opificum cetera queſtus et opere dicuntur. Sed quedaꝫ huiuſmodi habent ſuum nomen: vt hec ipſa ſutrina ſutoris ⁊ lignarij proprie fabrica: aurificꝫ aurificina: cauponis: caupona: tamē ⁊ eū qui vinū vendit at cauponā vocam⁹. Quidā malūt dicere eo ponam pro loco. Argētarij argentaria quod nomen quidā pro artificio ⁊ argentariuꝫ pro artifice qui idem eſt aurifex accipiunt atq; ita eſt in hieremia. Titus autem liuius. Cicero Quintilia. Ceteraq; omnis antiquitas ꝓ his accipit qui vulgo campſores dicuntur: nō illos dico minutos: qui nummularij ⁊ menſarij a nobis a grecis dicunt̄: qui ijdē trapezite vocari poſſent. Nam colyuiſte trapezas habent. Sed Plautus in curculione trapezitā et argentarium pro eodem accipit.

Caupona: Argētari⁹. colybiſtes. trapizites.

¶ Epitome capitis .ccxxvij.

¶ Auis eſt quecunq; pennis predita oua parit preter veſpertilioneꝫ. Volucris omnis que: volat: vt etiam veſpe: muſce: culices ⁊c.

¶ Inter auem ⁊ volucrem. Cap. ccxxvij.

Auis Volucris;

AUis eſt que oua parit: pēniſq; eſt predita: preter vnū veſpertilioneꝫ q̄ vtroq; caret quattuorq; pedes habet ⁊ ſeminus eſt. Volucris eſt q̄cunq; volat nec auis ſolū: ſꝫ ille beſtiole quoq; minutiores: vt apes: veſpa: culx: muſca: tabanus: locuſta: cicada: ſiquideꝫ. Quin. Apes volucres vocat. Et plynius nō ſemel hoc ſignificat vñ et cupio volucer dicitur.

¶ Epitome capitis .ccxxviij.

Indoles. ¶ Indoles ē inolita atq; īgenita generoſitas ac virt⁹ in quacūq; etate: ſed in puero eſt quaſi future virtutis iudicium in alijs etiam pūtis.

¶ Indoles quid ſit. Cap. ccxxviij.

INdoles eſt non ſolū in pueris adoleſcētib⁹ ſignificatio future virtutis: vt apud Quin. In primis ānis laudaret̄ indoles. Cicero. Ut enim adoleſcētib⁹ bona indole preditis ſapientes ſenes delectantur. Et valerius titulnuꝫ de indole fecit: non tantum puerorum adoleſcentumq; exempla repetens: ſed etiā in viris: ⁊ quideꝫ preſentis virtutis: vt idē Cic. de offi. In quib⁹ eſt virtutis indoles cōmouentur. Item ꝓ Lelio. Si quis indices: hoc robore animi atq; hac indole virtutis ⁊ continētie fuit. Liuius de lauinia iā mare ⁊ poſt mortem enee res adminiſtrāte inquit. Tanta in ea virtutis indoles fuit. Lucan⁹ Indole ſi dignum latia: ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Indole quaſi gñoſitate quadam virtutis atq; animi. Liuius ad malā quoq; partem ⁊ ad muta atq; inanimata transfert loquens de Hannibale ſic. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Aſdrubale imperatore meruit. Et alibi. Sicut in frugib⁹ pecudibuſq; non tantum ſemina ad ſeruandā indolem valent: q̄tū terre proprietas celiſq; ſub quo aluntur: generoſius in ſua quicq̄d ſede gignitur: inſitum aliene terre in id quod alit̄ natura vertente ſe degenerat.

¶ Epitome capitis .ccxxix.

¶ Concio eſt multitudo populi ad audienda que in rempublicam ſunt congregati: que grece eccleſia dicitur aut oratio ipſa.

¶ Addit Mancinellus etiam locum ſignificare. verba e his ſunt. A. Gellius lib. xvij. cap. vij. ſcribit concionem tria ſignificare locum ſuggeſtumq; vnde verba fiunt. Item cetum populi aſſiſtentis. Item orationem ipſam que ad populum diceretur. Hec ille. Errant ergo qui eccleſiam pro templo ſumunt. Item qui ei⁹ ſecūdam corripiunt. cum grece ita habeat: qđ apō nos in e longam vertitur.

¶ Concio quid ſit. Cap. ccxxix.

COncio eſt populi multitudo ꝯgregata vel ex magiſtratus iuſſu: vl' publici ſacerdotis: vl' ſua interdū auctoritate: ⁊ ſpōte ꝓprie ad audiēdū oratorē cōcionātē i bonū publicū cui⁹ etiā oratio vocatur concio In priore ſignificato eſt grece eccleſia. quam nos pro latina voce habemus: multiq; eccleſiā neſcio quo iure edes ſacras appellāt: cū cetū hoim ſicut dixi ſignificet nō loca.

Concio. Eccleſia.

¶ Epitome capitis .ccxxx.

¶ Leges ſunt aut principis aut liberi populi Iura autem generalia ſunt. Nam ⁊ ius gentiū et ius ciuile ⁊ ius naturale dicitur: non tamen ꝙ omnia animalia docuit. nam ſoli homines iure viuunt. Qui legem fert orator dicitur: q̄ multo preſtantior eſt q̄ iuriſconſultus qui legē interp̄tat̄: neq; oia q̄ vim legis hñt leges dicent̄ vt a iuriſperitis ſꝫ litteraꝝ iperitis dici ſolent.

¶ Aliud leges eſſe: aliud iura. Cap. ccxxx.

LEges iuraq; ſcriptuꝫ ſepe inuenimus ex quo datur intelligi aliō eſſe leges aliō iura. Sūt igit̄ leges aut principis aut liberi populi: que a rege conduntur alterius conſenſum non requirunt: que ad populā referunt̄: queq; ſine eius iuſſu fere rate non ſunt: q: rogari. i. interrogari popul⁹ de his ſolet: rogationes etiā dicunt̄. Iura autē magis generalia ſunt: ſiquidē ⁊ ius gentiū eſt. ⁊ ius ciuile. Nā ius naturale dicere qđ oia animalia natura docuit ridiculum ē Appetitum coeundi atq; adeo nocendi imbecilliori animali: ſpoliandi: occidendi: quis ius eſſe dixerit. Ideoq; M. Tul. in libris offici. de iure naturali ſilentiū egit inter ſolos hoies ius eſſe ſignificās. idq; gentiū eſſe vel ciuile. In rhetoricis tū ius naturale ſtatuit ſed qđ in homines

Leges Rogationes. Iura: Ius naturalis ſpēs

tantūmodo cadat. cuius ſpecies ſex eſſe voluit re-
**Ius ciuile.** ligionē: pietatē: gratiā: vindicationē: obſeruā-
tiam veritatē. Sed hec hacten⁹. Ius ciuile di-
cimus tā leges ꝙ plebiſcita ſenatuſconſulta: de-
creta principū reſponſa prudentum: quod vl-
timū velut interpretatio eſt ſuperiorū: qđ q̄ ꝓfi-
**Orator. Iuriſcōſultus.** tētur iuriſcōſulti noīantur. Qui vero legē fert
ad populū fere orator eſt aut ꝑſidio oratoris in-
digēs: vt appareat quāto preſtātior eſt orator
ꝙ iuriſcōſultus: cū hic ſit quaſi ilii⁹ ſcriba: at il-
le preceptor: hic pedagogus: ille dux: hic ducis
legatus atq̄ aſſecla. Quid dicam de iuriſperitis
hoc preſertim tēpore q̄ cū maximo ab illis cō-
ſultis interuallo diſtent ſe litteratorū artē tene-
re arbitrant̄ quorū quanta ſit eruditio: vel hinc
colligi cōiectura poteſt ꝙ quotiens Pauli Vul-
piani aliorūq̄ teſtimoniū aſſumunt: legē nomi-
nant cū longe ſit aliud legem eſſe ⁊ habere vim
legis: quodq̄ deformius eſt vnā legē in plures
leges partiunt̄. Verbi gratia. ad legē aquiliā
quotiēs Sceuola quotiēs Papin. aliuſve loq̄t̄
etiā ſi bina verba ⁊ quidē a ſuperiorib⁹ depen-
dentia totiens nouā legem appellant: nō ab ali-
quo legiſlatore vnā legē. ſed ab infinitis inter-
pretib⁹ legū infinitas leges eſſe iudicātes etiā
titulū de verborū ſignificatiōe nō legē: immo
leges appellant quo quid abſurdius.

℄ Epitome capitis. ccxxxi.

℄ Aceruus eſt rerū minutarū vt frumēti cōge-
ries. Strues lignorū: ſtrages cadauerū ꝓ ſtra-
torum: ſarcina vtenſilium. vnde ſarcinulas col-
ligere eſt migrare more militari.

℄ Aceruus: ſtrues: ſtrages: ſarcina quid ſint.
Cap. ccxxxi.

**Aceruus.** Aceruus minutarū proprie rerū
eſt cōgeries: vt frumēti leguminis: vt
ſalis. Interdū etiā aliquanto maiorū
vt aceruus ſcutorū apud Verg. ⁊ fere
**Strues** generale ad oīa eſt. Strues aūt proprie lignorū.
**Strages** Strages vero cadauerū interfectorū vno in lo-
co ac prope iacentium multitudo: ſiue humano-
rū ſiue mutorū. Sarcina vtēſiliū ⁊ eorū que ad
cultum ad ornamentū: ad ceterū vſum pertinēt
vt ſi dicā facis: quē quis in itinere faciēdo com-
portare poſſit. Siquidē milites cū caſtra mo-
uere volunt ſarcinulas colligere dicūtur: ⁊ qui
in aliam domum imigrant ſarcinas ſuas cōpo-
**Sarcina** nere. res enim noſtre domi ciſtis capſiſq̄ cōpo-
ſitas etiam ſarcinas vocamus: vt apud Quint.
Iacent relicte ſine herede ſarcine.

℄ Epitome capitis. ccxxxij.

℄ Minyſterium proprie eſt miniſtri opera: ſ;
pro omni opera vſurpatur. in plurali ſignificat
miniſtros ſicut ⁊ ſeruitia ſeruos. Myſteriū au-
tem res eſt miſtica. i. arcana perſonis diuinis
duntaxat cognita.

**miniſteriū** ℄ Inter miniſteriū ⁊ myſteriū. Cap. ccxxxij.

Miniſteriū miniſtri proprie eſt
opera ſed pro omī operatione quoq̄
**Myſteriū.** accipit̄: vt de rege Latino Verg. Me-
ſtuſq̄ refugit feda miniſteria. Myſte-
rium vero grecum arcana quedā res:
et ꝓprie diuinis viris ſacerdotibuſq̄ tm̄modo
cognita. Illud prius in numero plurali ſolet ac-
cipi pro miniſtris: ſicut ſeruitia pro ſeruis. Nā
ſeruitiū aut ſeruit⁹ ipa ac ſeruitutis actio ē: vt
Dauus apud Terē. Ego Pāphile hoc tibi pro
ſeruitio debeo conari manibus ⁊ pedibus: no-
cteſq̄ ⁊ dies capitis periculū adire dū ꝓſim ti- **miniſteria**
bi. Afferamus etiam in alijs exēpla Salu. In-
terea ſeruitia repudiarat quorū initio ad eum
magne copie cōcurrerāt: q2 opib⁹ cōiurationis **Seruitia**
fret⁹ ſimul alienū ſuis rationibus exiſtimās vi-
deri cauſā ciuiū cū ſeruis fugitiuis cōmunicaſ-
ſe. Quintil. ſepe pro miniſtris miniſteria dixit:
vt ibi. Non tori ſit miniſteria cecit: ⁊ officia ꝓ offi-
cialib⁹ ⁊ obſeq̄a exhibētib⁹. Paulus iuriſcōſul-
tus teſte Labeone ait. Urbica miniſteria dici-
mus que extra vrbem miniſtrare nobis cōſue-
uerunt. Vulpia. deniq̄ cōcubinā filios natura-
les alumnos cōſtituit generali appellatiōe cō-
tineri: ⁊ ſiqua alia ſunt huiuſmodi miniſteria.
Liui. li. iiij. Frumēto nāq̄ ex hetruria priuata
pecunia ꝑ hoſpitiū clietūq̄ miniſteria empto.

Epitome capitis. ccxxxiij.

Scurra riſum ab audientibus etiā ſine digni- **Scurra**
tate perſonarum captat. Paraſitus omnia ad **Paraſitus**
aſſentationem ventris gratia ⁊ facit ⁊ dicit

℄ Inter ſcurram ⁊ paraſitum. Cap. ccxxxiij.

Scurra eſt qui riſum ab audiē-
tibus captat nō ſalua dignitate per-
ſone. Paraſitus qui omīa ad volūta-
tem eius loquitur. in cuius cōtuber-
nio eſt: omnia aſſentatur oīa illius facta ſimul
ac dicta laudat: nihil repugnat: nihil facere re-
cuſat ventris gratia: in quo ſummū bonum con-
ſtituūt: quorū magna copia in ꝑncipū domib⁹ eſt

Epitome capitis. ccxxxiiij.

℄ Bucca et bucce in ſignificando non differūt
niſi vt muſa ⁊ muſe: oratores tamen frequenti⁹
in ſingulari loquuntur: eſt aūt bucca maxillarū
ac oris pars q̄ vento inflari ſolet: Gena mēbra-
na oculū tegēs. Mala inter genā ⁊ buccā rotū-
dū illud in formā mali. Maxilla vero interior
pars oris malares cōtinēs quorū ocultiſſimus
genuinus dr̄. Genuinū aūt rodere: eſt occulte
per inuidiam mordere atq̄ detrahere.

℄ Buccā ⁊ buccas ꝓ eodē accipi. cap. ccxxxiiij.

**Bucca Bucce** Buccā ⁊ buccas pro eodē
accipim⁹ oratores frequentius
in ſingulari. vnde illud vſitatū
dicā qcqd in buccā venerit. i. in
os: ſed nō in labra vt vulg⁹ exi-
ſtimat Quintiliano probāte: q̄
ait. Ore eni magis ꝙ labris loquendū eſt. Sed
vulgus errat atq̄ fallitur cū legit buccā ⁊ duas
buccas: in illis accipiēs vnū os: in his accipiēs
duo labra. Verum ego oſtendi os ipſum conca- **Os.**
uitatem eſſe: vnde vox prodit nō oram laborū
Etenim Iuuena. cum ait. Bucca foculum exci-
tat. non de extremitate oris: ſed interiori parte
dixit: que inflari ſolet: ventūq̄ concipere: ⁊ ite-

[library stamp]

rum de tubicinibus loquens. Noteſqꝫ per opidaꝰ bucce. De illa deformi vtrinqꝫ inflatione intellexit tubam inflantium non de labris qui latent cum tuba canit. Nam Horatius quoqꝫ cũ inquit. Ut Iuppiter ambas Iratꝰ buccas. Nõ de labris locutus eſt: q̃ inflari non poſſunt. Quod Plautus apertiꝰ docet in penulo. Neſcias vtrũ maiores bucce an mãme ſient quid autem bucce ſignificent ex Plinio audiamus: ſimulqꝫ q̃d male ſint: quid gene: quid cilium. Eadẽ hic eodem loco tractat is preterq̃ ꝙ alibi dicit buccarum ſinus: ⁊ iterum buccarũ immanitas. ita lib. xi. ait. Sequar autem ipſius ordinem: ſeriẽqꝫ libri: quibꝰ fragilia operimenta his oculi duri. omnia talia ⁊ piſces ⁊ inſecta non habent genas: nec integunt oculos omnibus membrana vitri modo trãſlucida obtẽditur: pauloqꝫ poſt. Sed quadrupedibus in ſuperiore tantũ gene: volucribus in inferiore. Ac paulopoſt: grauiores alituum inferiore gena conniuent. At quadrupedes q̃ oua pariũt vt teſtudines: cocodrili ĩferiore tantũ ſine vlla nictatione, ꝓpter preduros oculos: extreme ambitum gene ſuperioris antiqui cilium vocauerũt: vnde ſuper cilia hoc vulnere aliquo obductum non coaleſcit in paucis humani corporis mẽbris: infra oculos male homini tantum quas priſci genas vocabant. xii. tabularum interdicto radi eas vetante pudoris hec ſedes: ibi maxime oſtenditur pudor: intra eas hilaritatem: riſumqꝫ indicantes bucce: ⁊ altior homini tantum: quẽ noui mores ſubdole irriſioni dicauere naſus: non aliis animalium. nares eminent auibus: ſerpentibus: piſcibus: foramina tantum ad olfactus ſine naribꝰ: et hinc noĩa ſimorũ: ſilonũ. ſeptimo mẽſe genitis ſepenumero foramina aurium ⁊ narium defuerunt labra a quibus brochi labiones dicti.

**Bucce. Gena.** Ex his Plinii verbis appareat eã in vultu partem vocari buccas: que vẽto inflari ſolet: genã membranam illã et quaſi veſtem qua oculus tegitur cum coniuet. i. aperitur ⁊ claudit. hoc eſt enĩ conniuere.

**Mala.** Malam vero illud inter genam et buccã quaſi rotundum in ſpeciem mali. nam vtrunqꝫ horum vocabulorũ primã longã habet Malus vero mala malum primã breuẽ: cuiꝰ interior pars que oris hiatuz efficit vbi molares affixi ſunt.

**Maxilla** Maxilla dicit nomẽ diminutiuũ nõ re ſed voce. Malã quoqꝫ genam dici Plynius idem fatetur. Ideoqꝫ dens illi intimus et ipſi gene affixus genuinus dicit: qui quia maxime latet ea re factum eſt iam tritum vetuſtate prouerbium.

**Genuinus. Genuino rodere.** Genuino rodere dente. i. per inuidiã carpere famam alterius: vt ille teſtatur. Mã veteres tantũ membranam illã oculi genaz appellarunt: quaz ſignificationẽ, a poſterioribus ſeruatam reperimus nec poetis modo: vt darchonis gene pro oculis: continens pro contento. ⁊ Sene. in tragedia de edipo loquens inq̃t. Et per irati ſibi genas parentis. Etiã cõtinẽs pro cõtento. Uerũ oratoribꝰ quoqꝫ vt Quin. de ceco loquẽte. Illa perpetua nocte clauſe gene non cuſtodierunt.

¶ Epitome cap. ccxxxv.

¶ Paſtio licet proprie ſignificat actũ paſcẽdi. tamen frequentius accipitur ꝓ alimento pecudum: paſtus pro alimẽto hoim. Pabulum ꝓ alimento pecudũ ⁊ etiã brutorũ. potiſſimũ herbaceo ⁊ q̃ paſcẽdo abſumit. Eſca oim edentiũ: vñ ineſcare per eſcã capere more aucupuz. Paſci proprie beſtiarũ eſt: veſci hoim: ſꝫ veſci ablatiuũ regit. nec idẽ proprie ſunt paſcor ⁊ paſco

¶ Paſcor tñ dupliciter accipit. ſ. paſſiue ⁊ ſic ẽ longe aliud: vt leo paſcitur a domito re carnibꝰ ouinis: ⁊ deponentaliter. ⁊ ſic fere pro eodẽ accipitur vt ouis paſcit ⁊ depaſcitur herbam De his tamen vltimis dictis eſt lima Mãcinelli talis. Paſco neutrum ⁊ paſcor deponens idem ſignificare ipſe oſtendã ⁊ vtrumqꝫ regere actm̃. Ouid. lib. i. faſt. Pauit ouis pratum. i. comedit Vergi. lib. iii. eneid. Et miſeros morſu depaſcit artus. i. comeſt. vorat. Legimus item paſcor et paſco ſine actõ in eadem ſignificatiõe. Teſtis Maro. libro. iii. georgica. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Cetera paſcunt virides armenta per herbas. Saltibꝰ in vacuis paſcãt et plena ſecundũ Flumina. Patet igit idẽ eſſe paſco ⁊ paſcor: ⁊ vtrũqꝫ regere actm̃. Utrumqꝫ etiã ſine actõ legi. Quãqꝫ tñ idẽ diuerſa. Nam vt dicimꝰ herba paſcit illũ. Cadauer paſcit aues. Tuo corpore paſcis volucres ⁊c. Ego paſco vitulos ⁊c. ita non dicimus herba paſcitur illum Cadauer paſcitur aues. tuo corpore paſceris volucres ⁊c. Lucanus. lib. iiii. Et nobile corpꝰ paſcit aues. Verg. lib. iii. enei. Et vulſis paſcũt radicibꝰ herbe. Naſo in ibin. Aereis volucres corpore paſce tuo Verg. in bucco. Pierides vitulã lectori paſcite veſtro. Preterea paſcor nõ ſoluz regit actm̃ ſed ablatiuum quoqꝫ. Verg. lib. iiii. geor. Paſcuntur vero ſyluas. Et in bucc. Frondibus hirſutis et carice paſtus acuta. Itẽ. Dumqꝫ thymo paſcentur apes: dum rore cicade. Et in illo. iii. georgico. Frondibus ⁊ victu paſcuntur ſimplicis herbe.

¶ Veſcor tñ ablatiuo tũ acto iunctũ legimꝰ Tibul. lib. ii. Vera cano: ſic vſqꝫ ſacras innoxia laurus Veſcar: ⁊ eternũ ſit mihi virginitas. Manilius lib. v. Tectiqꝫ auro iam veſcimur aurum. Vergil. Viſceribꝰ miſeroꝝ ⁊ ſanguine veſcitur atro. Veſcor preterea nõ ſolũ ad cibos refert: ſꝫ ad alia quoqꝫ ſicut vtor. Hinc Tibullꝰ ait: laurus veſcar. Et poeta ſi veſcit aura. Hora. Iterz li. ii. carminũ. Quicũqꝫ terre numere veſcimur Addimus vlteriꝰ veſci brutorũ etiã nõ ſolũ hominũ eſſe. Plyn. enĩ lib. ix. cap. xv. ſic ait. Nũc principatus ſcaro datur qui ſolus piſciũ dr ruminare: herbiſqꝫ veſci: non aliis piſcibus

## ¶ Paſtio: paſtus: pabulum: eſca: paſco: paſcor: veſcor: Cap. ccxxxv.

**Paſtio** PAſtio videtur ſignificare cibum: ſed tamen potius ad alimenta pecudũ pertinet q̃ paſci dicimꝰ q̃q̃ ſuapte natura ſignificat ipſam actionem paſcendi nunc frequẽs

**Paſtus.**

Paſtus. tius cibum. Paſtus homini cōpetit. Varronis liber de re ruſtica indice habet: de villaticis paſtionib⁹: videlicet que ad bruta pertinēt. Cice. Tuſcu. li. v. Cum oblectatione ſolertie q̄ eſt ſuauiſſimus paſtus animoꝝ. Pabulū eſt pecudū Pabulum quidem ⁊ tamen aliorum quoq̄ brutorum: ꝙtū ꝗ ego ſentio magis cibus herbaceus feniceuſꝗ ac paleace⁹ vel ſtramēta ſuis ſimiliūq̄ ꝙ ex ſeminibus. A paſco em̄ ⁊ hoc deſcēdit ſicut paſtio. Eſcam antiqui accipiebant etiā qđ daba Eſca In eſco tur auibus piſcibuſve ad decipiendū non ſolū pro cibarijs humanis alioꝝumq̄ animalium. Quomodo ⁊ paſco neutrum ⁊ paſcor deponēs idem ſignificant Priſcianus viderit qui hoc ſibi perſuaſit Eſt em̄ paſcor comedo ⁊ voꝛo: ſemperq̄ regit acm̄: illud vero ſine actō: vt Paſ Paſco. Veſcor. centes ſeruabit Tityrus hedos. Proprie paſcere beſtiarū eſt: ſicut veſci hoim̄ niſi ꝙ regit ablatiuum ⁊ aliquando potum quoq̄ complectitꝛ vt anacharſius apud Ciceronē carne: caſeo: lacte veſcor: pro quo ſignificato non recte dicam carnem: caſeū: lac paſcor: aliud eſt ergo paſcor et aliud veſcor.

¶ Epitome capitis. ccxxxvj.

¶ Incola in alieno habitat loco publico: inquilinus in alieno priuato conductitio videlicꝫ vnde qui in patria ſua conducit inquilinus eſt qui alibi incola: ſi in loco: nam ſi ad locū accola diceretur etiam ſi proprius ſit.

¶ Inter incolam ⁊ inquilinum: item inter īcolam ⁊ accolam. Cap. ccxxxvj.

Incola. Inquilin⁹. Incola qui in alterius regiōe habitat ⁊ in aliena ciuitate atq̄ reſpub. Inquilinus qui in alieno priuato: proprie tamen incōducto ſiue in vrbe ſiue ruri. Cice. de offi. Peregrini ⁊ incole officiū eſt nihil p̄ter ſuū negociū agere nec eſſe in aliena rep. curioſū. Idē in philippicꝭ. Que in villa iſta añ dicebantꝛ: q̄ litteris mandabantꝛ iura populo romano monumēta maioꝝ omis ſapiētie ratio omniſq̄ doctrina. At vero te inq̄lino nō dn̄o perſonabūt oīa vocib⁹ ebrioꝝ: hoc eſt in quo incola differt ab inq̄lino. Rurſus in- Accola. cola ita differt ab accola ꝙ incola qui in loco: accola qui ad locum habitat: ideoq̄ quicunq̄ iuxta aquas ſunt accole dicuntur: nec refert in ſuo an in alieno: vt accola vulturni: accola pardi: accola rhodani. At q̄ in mōtibus domos vrbeſq̄ poſitas hn̄t: incole dicūtur: q̄ iuxta montes accole: nec īmerito legendū illud in pſalmo. ciiij. Et iacob incola fuit in terra cham. non autem accola: cū quo vox etiā greca conſentit licet multis alijs in locis apud Hieronymū quoq̄ hoc vocabulū reperitꝛ ſic poſitum.

¶ Epitome capitis. ccxxxvij.

¶ Cāpus eſt loc⁹ plan⁹ capiēs ampliter: vt in vrbe platee ⁊ aree grādes: nā anguſtiores dicūtur aree. Ager eſt in circuitu vrbis territoꝛiū: et id dūtaxat in ſingulari. In vtroq̄ aūt numero dr̄ q: nobis in rure colitꝛ. Aruū aūt dr̄ qđ frumento ſeritꝛ. loquēdo vero ſingulariter omnia complectoꝛ que in territoꝛio ſunt.

¶ Campus ⁊ ager. Cap. ccxxxvij.

Campus eſt planicies terre ampla ⁊ grandis: ideoq̄ ſpatioſe platee aree ve cāpi nomē acceperunt. Vñ rome cāpus marti⁹. nā locus huiuſmodi anguſtioꝛ vocatꝛ area Ager vero tū in circumiectu ipſi vrbi territoꝛiū: vt ager cāpan⁹ ager leōtinus: ager faliſcus: tum locus in rure quē colimus: ſiue arādo ſiue cōſerendo nā is q̄ ſeritur frumētis aruū noiatꝛ. Vex ⁊ in hoc ſecūdo ſignificato habet pluralē numerū vt oēs agros ciuiū depopulat⁹ eſt: in priore nō habet dūtaxat dū loquamur de ſingularū vrbiū territoꝛijs. nō em̄ dices recte ſic. Antoni⁹ dedit militib⁹ ſuis agros cāpanos ⁊ leontinos: nā hoc pacto non cōplectoꝛ nemoꝛa: ſaltus: paſcua: deſertos mōtes. Sꝫ ſic potius. dedit militib⁹ ſuis agros cāpanū ⁊ leontinū. i. agrū cāpanū ⁊ leōtinū: quoſ quidē mō oīa ꝯplectoꝛ. q̄ in territoꝛio illo ſunt. Ager etiā flumina: lacus: ceteraq̄ oīa includit Campus Ager Aruum.

¶ Epitome capitis. ccxxxviij.

¶ Sylua eſt gn̄ale nomen: lucus ſpeciale. Eſt em̄ ſylua incedua manu cōſita religiōis gratia et numini dicata. Saltus eſt ſylua inuia pecudib⁹ ⁊ feris ad eſtiuationē ac hyemationē apta Nem⁹ voluptatis cā ꝯparatū amenitatꝭ plenū eſt.

¶ Sylua ⁊ lucus ſaltuſq̄ vt differāt. Cap. ccxxxviij.

Sylua ⁊ lucus ſaltuſq̄ differunt Sylua Lucus. ſylua generalius nomen eſt: preterea ſolet eſſe ceduа. luc⁹ nequaq̄ cedu⁹ eſt quin potius manu ꝯſitus religioſuſq̄ atq̄ vel alicui deo vel alicui⁹ hois cinerib⁹ cōſecratus: ideoq̄ aut circa delubꝛa numinū: aut circa ſepulchꝛa viroꝝ poſitus eſt. Saltus vero Saltus ſylua inuia. nec trāſeuntib⁹ peruia in quo paſci atq̄ eſtiuare pecudes ſolent: aut ſi locus aerq̄ patiatur hyemare. Nemoꝛa autem voluptatis Nemus cauſa comparata ⁊ plena amenitatis.

¶ Epitome cap. ccxxxix. patet.

Femoꝛa partem illam exterioꝛē ſignificat. Femina partem interioꝛeꝫ Femora Femina mollioꝛemq̄ que ſe contingunt: vel femoꝛa partem interioꝛem: femina poſterioꝛem. Liuius libro. xxij. Quoſdam ⁊ iacentes viuos ſuccifis feminibus ⁊ poplitibus inuenerunt: a quo conficitur nomen femoꝛalia ſiue femoralia Feminalia feminalia. Vtroq̄ enim modo ſcriptum reperio pro braccis: dicitur tamen nominatiuus femē non reperiri Coxa pars ſupra femoꝛa vertebrumq̄ ipſum quotiens viciatum eſt: aut os Coxa. illud quod in vertebꝛo voluitur fractum coxa: vitiata fracta ve dicitur.

¶ Epitome capitis. ccxl.

¶ Crimen eſt delictum aut ipſa criminatio: flagitium proprie crimē in libidine flagris dignū ſed pro alijs etiam leuioꝛibus accipitur.

¶ Crimen et flagitium. Cap. ccxl

Crimen — CRimen non modo pro deli cto ſed pro ipſa etiã criminatiõe Cice.in philippicis hereditatẽ mihi negaſti obueniſſe : vtinam hoc tuum verum crimen eẽt Fla
Flagitium — gitium proprie in libidine quaſi flagris dignuʒ crimẽ:ſed pro ceteris quoqʒ peccatis accipit nec tantum turpibus:verum his etiaʒ que per negligentiam: imprudentiã: obliuionemqʒ cõmittuntur:vt idem in Bruto.Tantam ne fuiſſe obliuionem inquit in ſcripto : preſertim vt ſne legens quidem ſenſerit q̃tum flagitij admiſiſſet id eſt erroris.

Epitome cap.cclj.

Vectigal eſt prouentus tam ex priuato q̃ ex publico :idqʒ ex omni predio: fenus auteʒ ex ſolo ipſo.nam naturalis fructus terre proprie fenum eſt:ſed ad vſuram ⁊ ſine labore acquiſituʒ transfertur.

Vñ fenũ quaſi fenus terre naſcitur ſponte.

Vectigal ⁊ fenus. Cap.cclj.

Vectigal — VEctigal non ſolum ex publico verumetiam ex priuato capit : vt in paradoxis.Cic.Ex meo tenui vectigal capio ego ducenta.Et iterũ.Nõ intelligunt homines q̃tũ vectigal parſimonia eſt Paulus.Ceſe arundinis vel pali compẽdiũ ſi in eodem fundo vectigal eſſe cõſueuit ad fructuariũ pertinet. Ex omni tamen predio vecti
Fenus. — gal eſt.Fenus vero ex ſolo ipſo.nam dicitur naturalis fructus terre fenum. Poſtea autem ad vſuram tranſlatum quaſi pecunia per ſe fructũ producat ſicut terra.

Epitome capitis.cclij.

Luctus eſt dolor qui extrinſecus proditur: aut habitus lugubris.

Luctus. Cap.cclij.

LVctus eſt dolor qui exterius proditur vultu ipo atqʒ aſpectu:ſepe ille ipſe habitus vultus atqʒ veſtiũ lu
Luctus. — ctus eſt. Unde ſecundo bello punico poſt cladem illam Cãnẽſem cenſuerunt patres conſcripti:ne femine vltra.xxx.dies in luctu eſſent:non videlicet ne eſſent in dolore : non em̃ imperare dolori poſſum⁹:ſed in illo lugubri habitu. Et matrone Junium Brutum anno lugere tantoqʒ tempore item.P.Valerium.

Epitome capitis.ccliij.

Ocium vacatio eſt a labore preſertim publico aut ſtudiũ litterarum: quod vacationem de
Ocium. — ſyderat. Ocium. Cap.ccliij

OCiuʒ vacatio a labore quod notũ eſt:cui⁹ cõtrariũ eſt negociũ ſed qᷓ his ſtudijs operã dãt:neceſſe eſt vt non negocioſi ſint. factuʒ eſt vt ocium pro litterario ſtudio accipiat Quin.Ingrendo ſcribẽdoqʒ talia cõſolemur ociũ noſtrũ.Nõ deſyderat ociũ cõſolationẽ ſed labor:ergo pro labore ſtudij ociũ accipit Cice.Quid dulcius ocio litterato.i.ſtudio et vt ita loquar:negocioſo ocio. Cale q̃d habet apud grecos Epitome cap.ccliiij.

Amor eſt dilectio vehemẽs in quocũqʒ.Charitas tñ in hoĩe:eſt etiã charitas annone p̃ſertim penuria:quã inepti cariſtiã vocant. Penuria tñ oĩm rex carẽtia ⁊ difficultas acq̃rẽdi eſt Charitas aũt rex q̃ chare.i.nõ vili emũtur.

Sunt q̃ priore ſignificato p ch ſcribẽt a charitib⁹.i.gratijs:ſʒ charites primã corripit.charitas autẽ ſeu caritas eandẽ producit:vnde plus q̃ rationis eſt per ch ſcribere.

AMor genus eſt: charitas ſpecies.Illud ad oĩa pertinens hoc aũt ad hoĩes.Denũ ⁊ quidẽ pro dignitate ac qualitate perſonax maxima q̃dẽ charitas debetur parẽtib⁹:ꝓxima filijs: ⁊ deinceps reliq̃s.Charitatẽ etiã pro penuria accipimus:ſʒ frumẽti quidẽ ⁊ annone charitatẽ dicimus.Penuriã vero vini:aque:pabuli: pecorũ: virorũ:ceterarũqʒ huiuſmodi rerũ:vel penuria eſt vt ſic dicã carẽtia oĩm rerũ. Charitas vero q̃ cõtraria eſt vilitati:ideoqʒ Plinius iunior ait acceſſiſſe agris ſuburbanis charitatẽ: ⁊ Quintilianus cũ ait itaqʒ charitas annone rerũ frumentũ cedes ac direptio pecorũ idẽ eſt: acſi dixiſſet charitas annone:penuria frumẽti — Amor. Charitas — Penuria. Charitas

Epitome capitis.cclv.

Bellũ:ꝓliũ:pugna:certamẽ. Caput. cclv.

BEllum eſt tum ipſa pugna. tũ totũ tẽpus quo in militia ſum⁹ quã illitterati guerrã vocãt. Preliũ tantũmodo armorũ certamen. Nã ⁊ pugna certamẽqʒ etiã citra arma fit:interdum fit etiam nudis verbis. — Bellum Prelium. Pugna. Certamen

Epitome cap.cclvj.

Seditio a ſeorſuʒ ſedẽdo aut eũdo dicta eſt quũ pplo ſecũ diſcordãte res ad manũ vocatur Factio eſt diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia:vt textus latius declarat.Dũ.ſ.p ſe quiſqʒ facit.

Seditio: factio. Cap.cclvj.

SEditio vel a ſeorſum ſedẽ do: vel vt Ciceroni placuit a ſeorſum eũdo:dicta tũc ẽ: cũ populo ſecũ diſcordãte res ad manũ vocat qualẽ ciuitatis ſtatũ. Verg.deſcribit dicẽs. Ac veluti magno in populo:cũ ſepe coorta eſt Seditio ſeuitqʒ animus ignobile vulgus. Jamqʒ faces et ſaxa volãt:furor arma miniſtrat. Similiter dicitur ſeditio in exercitu:in claſſe:in ſchola: et ſiquid eſt tale. Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia:cũ aliqui ſe p̃ncipes ac primarios efficere conantur:inter quos emulatio eſt:qui ⁊ factioſi dicuntur:pro ſe quiſqʒ q̃ maximaʒ põt ciuium multitudinẽ: qui clientes vocãtur ad ſe trahens:ſibiqʒ quouis pacto perfas nefaſqʒ cõcilians:que peſtis inteſtina cunctas ciuitates duntaxat Italie infecit. — Seditio — Eneid.j. — Factio

Epitome capitis.cclvij.

Copia eſt facultas atqʒ poteſtas:petitqʒ ver

bum facio apud oratores: apud poetas etiā do ſine quo fere abundantiam ſignificat etiam in plurali: in quo tamen peculiariter pro militum multitudine accipitur pro qua licet rarius etiā in ſingulari reperit̄. Nūq̄ aūt pro exemplo ſeu exemplari apud doctos legitur.

¶ Copia. Caput. cclvij.

Copia.

COpia facultas poteſtaſq̧. vt faciā tibi copiā inſpiciēdi libros meos id eſt dabo tibi facultatem vel faciam tibi poteſtatē vt cū alio loco dixi ſemper iunctum eſt cum verbo facio duntaxat apō oratores. Nā poete cū alijs verbis ꝛ p̄cipue cū do. Ut Verg. Affari extremū miſere data copia matris: ꝛ itex. Poſtq̄ introgreſſi ꝛ corā data copia fandi. Sine his aūt duob⁹ verbis copia plerūq̧ pro abūdantia accipitur vnde dicta eſt copia orationis ꝛ copia pecuniarum et copia frumenti. In plurali quoq̧ pro eodem ſignificato vt noui copias tuas: omnium rerum copias habeo. Peculiariter tamē appellam⁹ militū multitudinē: vt copie Pōpei. copie Ceſaris. copie aduerſario. ū: p quo iperiti dicūt gētes aduerſarioꝝ: gētes noſtre ꝛ in hoc etiā ſignificato nō nunq̄ in ſinglari: vt Pomp. ad Domitiū. Neq̧ ſolus cū iſta copia tantā multitudinē ſuſtinere poteris. Idē ad eundē Etiā atq̧ etiā hortor vt cū omī copia q̄ primū ad me venias. Saluſti⁹. Poſtremo ex omī copia Catiline neq̧ in prelio neq̧ in fuga quiſq̄ ciuis ingenuus capt⁹ ē. Uirgil⁹. ij. enei. Et que ſit me circū copia luſtro.

¶ Epitome cap. cclviij.

¶ Elogium eſt teſtificatio de aliquo: ſiue honorio ſiue vituperationis gratia. Interdum etiaz ſimplicis ſententie.

¶ Elogium. Caput cclviij.

Elogium

ELogiū eſt teſtificatio de aliquo: ſiue vituperationis: ſiue honoris cā vituperationis vt Quintil. Nō eſt iudices q̄ putetis ideo nullū adiectū ad exheredationez iuuenis elogiū: q: de ſcelere ꝯſtaret. ꝛ alibi. Si exheredatū ex ſe filiū pater teſtatus fuit elogio: propterea q̄ is meretricē amaret. Multa ſunt huiuſmodi exēpla apō iuriſcōſultos: ſʒ vnū ſufficeret Modeſtini: vbi hui⁹ nōis niſi ab altero adiecta ſit interp̄tatio reperit̄: cui⁹ hec verba ſunt. Deſertorē auditū ad ſuū ducez cum elogio. i. cū vituperatiōe mittat. Honoris cauſa. vt M. Tul. In qō elogiū plurime ꝯſentiunt gētes virū eſſe ciuitatis primariū ꝛc. et iterum Quid elogia ſepulchroꝝ: Que qualia ſint Sueto. in Claudij vita oſtendit dicēs. Nec cōtētus elogio tumulo ei⁹ verſibus a ſe ꝯpoſitis inſculpſiſſe vite etiā memoriā proſa oratiōe ꝯpoſuit Senc. in declamationib⁹. Deceſſit negociator teſtō omniū bonoꝝ reliq̇t formoſam vxorē heredē: ꝛ adiecit elogiuʒ. q: pudicā cōperit. Pro ſimplici aūt ſentētie ſiue teſtificatiōe Cice. Solonis quidē ſapiētis elogiū eſt quo ſe negat velle ſuā mortē dolore amicoꝝ ꝛ lachrymis vacare

¶ Epitome capitis. cclix.

¶ Cōdictio eſt denūtiatio vel actio in perſonā quā actor intēdit ſibi oportere. Conditio vero fortune qualitas eſt ac ſors. Itē optio atq̧ electio. quo mō cū verbo offero aut fero vel pono ferme ponitur ꝛ ab eo cui placet cōditio fere reſpondet̄ accipio conditionem. Item offero electionem ꝛ do optionē: pluriū rerū dicim⁹. Offerimus autem cōditionē vnius rei

¶ Cōdictio ꝛ cōditio. Cap. cclix.

Condictio

COndictio a condico naſcit̄ cōditio a cōdo. Illud rarius eſt: qō ita Iuſti. ſic redim⁹ hoīez grecū romana iura potuiſſe ꝑſcribere diffinit. Cōdicere eſt denūciare priſca lingua: nunc vero abuſiue dicim⁹ cōdictionē actionē in perſonā quā actor intendit ſibi dari oportere. Nulla enī hoc tēpore eo nōie denūtiatio fit: ergo ꝯditio eſt vel hec actio. vl'illa denūciatio. Cōditio vero multi his tēporib⁹ male vt pleraq̧ vſurpāt accipiētes ꝓ mētꝫ q̇litate. Ueluti illud hic eſt homo māſuete et bone cōditionis: qō antiqui dicebāt. māſueti et boni ingenij. Nos quoq̧ manſueti animi: māſueteq̧ mētis: nos cū dico de illis dico: q̇ latine loquūtur. Nam homo bone conditionis latine dicit̄: ſi ad fortunas referatur: non ſi ad mores: vt eſt vir magne: parue: mediocris cōditionis: ꝑ fortuna ac ſorte. Cice. O miſerā ꝯditionē adminiſtrandi cōſulatus. Huic ſignificato illud pene par eſt: cū inter plura eligēda ſortis eſt oblata electio: vt apud. M. Fa. Oblata eſt a iuuenibus tyranno cōditio: vt dimitteret alteꝝ ad viſendam matrem ad diem preſtitutam reuerſuꝝ ita vt niſi occurriſſet ad diem de eo qui reſtiterat: pena ſumeretur. Dicimus igitur offero conditionem: vel fero: vel pono conditionem: nūq̄ fere per aliud verbum: que conditio dū placuit etiam fere ſemper dicimus: accipio conditionē vt apud Terent. Amatores Chriſidis tulerunt mulieri conditionē ſi vellet eis morē gerere ſe daturos illi preciū: liberaleq̧ mercedē. Ipa vero accepit cōditionē hoc eſt pactionē ꝓmiſſioniq̧ aſſenſit. Ab alio ſignificato non longe abſunt offero electionē: do opinionē. Hec tamen ſolent eſſe inter plura: illud vero in vno frequētius: vt offero electionē verū velis eligendi et do optionē quod velis potiſſimū optandi: deinde tu aut eligere te dicis aut optare. Offero cōditionem Chriſidi vnā ſcilicet.

Conditio

Offero vel fero vel pono cōditionē ꝛ accipio.

¶ Epitome capitis. ccl. patet

¶ Mancinellus aūt dicit ſic. Frōdes nō arborū tantum eſſe legimus. Plyn. enim lib. xix. de Gentio aſcaloniarū genere ſic ait. Gentiuz pene ſine capite eſt: ceruicis tantū lōge: ꝛ ideo totum in fronde. Item cap. xij. eiuſdē lib. xix. vbi de Raphani generib⁹ tractat ita ſcribit. Etiā nū vnū ſilueſtrē Greci cheriā vocāt pōtici Armon. Alij leucē. Noſtri Armoraciā fronde copioſi⁹ q̄ corpe. ¶ Inter frondes ꝛ folia. ca. ccl.

mācinell⁹ Plynius

Frondes Folia FRondes arborũ ſunt tãtũ. Fo
lia autẽ ⁊ arborũ ⁊ herbarũ: florumq;.
❡ Epitome capitis.ccli.patet
❡ Inter excubias ⁊ vigilias. ca. ccli.
Excubie. Vigilie. EXcubie diurne ⁊ nocturne Vi
gilie tãtummodo nocturne ſunt.
❡ Epitome cap.cclii.
❡ Suffragia ſunt voces que dicebãn
tur ad comitia: vel ſcribebant in tabella: q̃bus
ſuã quiſq; declararet voluntatẽ de aliquo eligẽ
do in magiſtratũ. trãſſumunt aũt pro auxilijs
et fauore ſicut ſuffragor p auxiliũ fero ⁊ ↄtra re
fragor p repugno potiſſimũ dictis ſ; ⁊ factis
❡ Suffragia. Cap.cclii.

Suffragia SUffragia ſunt (vt ſic dicã) vo-
ces q̃ dicebãtur ad comitia: in tabel-
la ve ſcribebant q̃bus ſuã q̃ſq; decla
raret voluntatẽ de aliquo eligẽdo in
magiſtratũ: qualis ẽ hoc tẽpore electio ſummi
Imperãto res nõ eſſe diuos ap pellandos põtificis: ⁊ eius quẽ Ceſarẽ Auguſtũ xpiani nõ
erubeſcũt appellare a dãnatis noĩbus tyranno
rũ q̃ nõ mõ oppreſſerũt rẽp. vt nemo iã poſſit
vocari rex romanorũ ſ; ſub eorũ gladio rex ver⁹
celi ⁊ terre occiſus eſt. Et poſtea iſti inſani ⁊ no
ſtre religiõis immemores vocãt diuũ Auguſtum
Claudiũ: diuũ Traianũ quaſi vulg⁹ atq; hoĩes
poſſint principes referre in deos. Sed hec omit
tam⁹ hoc tm̃ dicẽtes romanos nõ agnoſcere re
gẽ aliquẽ, ⁊ cũ cetere gẽtes ſe in libertatẽ aſſe-
ruerint. hoc multo magis nobis licere. Suffra
gia igitur vt dicebã ſunt voces in electionib⁹:
quod ſuffragiũ q: cum preſtamus nimirũ eidẽ
Suffragor Refragor. gratũ facimus: hinc factũ eſt vt ſuffragiũ pro
auxilio ſepe ponamus: ⁊ ſuffragor pro auxiliũ
fero: refragor repugno proprie quidẽ in dictis
ſed nonnunq̃ in factis:
❡ Epitome capitis.ccliii.
❡ Catuli ſunt ferarũ tã mitiũ q̃ immitiũ. pulli
pecudũ: fetus auiũ ⁊ piſciũ: ſed gñaliter d: fet⁹
oĩm parientiũ fetura. hinnul⁹ aũt ceruorũ eſt et
capreolorum caprarũ dãmarũ ac leporũ. Catuli
etiã ſerpentũ ſunt ſed proprie canũ: per dimi-
nutionem autẽ catelli dicũtur.
❡ Catuli: pulli fetus: fetura. Cap.ccliii.

Catuli Pulli Fetus Fetifico Fetura Hinnuli CAtuli ſunt ferarũ: ſiue im
mitiũ ſiue mitiu;. Nã et catulos
muriũ legim⁹ Pulli vero pecudũ
fet⁹ auiũ ⁊ piſciũ: q̃q̃ ⁊ hoc gña
li⁹ nomẽ eſt: vñ fetificare p pare
re: ⁊ fetura p partu ad oĩa aĩalia
nata pertinet. Ceruorũ hinnulos dicimus: ca-
preolorũ quoq; caprarũ: dãmarũ: leporũ: ſimili
umq; catulos quoq; ſerpentũ: vt Verg. de colu-
bris. Catulos tectis atq; oua relinquẽs immas
Catuli Catelli. mũq; piſciũ qui nõ edũt oua. Proprie tm̃ catuli
ſunt filioli canũ. Verg. Sic canibus catulos ſi-
miles. Cic. de diui. Erat autem mortu⁹ catell⁹.
Lues Epitome capitis.ccliiii.
❡ Lues genus eſt peſtis. Nã lues d: q̃cũq; fe
bris aliqua aut morbus ali⁹ pecudes aut hoĩes
corripit. Peſtis ⁊ peſtilẽtia cito occidit aut cito
abit: ſ; interdum pro lue accipit: trãſferturq;
ad animi vitiũ. ❡ Inter luẽ ⁊ peſtẽ. Ca.ccliiii.
LUes ⁊ peſtis hoc differũt q̃d
gen⁹ ⁊ ſpẽs. Nã cũ in vrbe aut ĩ agro
febres aliud ve gen⁹ morbi ſeuit ſiue Lues
ſolos homines ſiue ſola pecora: ſiue Peſtis
vtroſq; corripiẽs: lues d. Interdũ etiã ac ſata
Peſtis vero aut cito occidit. aut cito abit ab eo
quẽ inuaſit: q̃ eadẽ d: peſtilẽtia: nõnunq̃ tm̃ pro
lue ponit atq; ad animi vitiũ ſepe transfertur.
❡ Epitome cap.cclv.
❡ Corpus magis viuentiũ dicitur q̃ caro: ⁊ vi
uens magis corpulentus q̃ carnoſus.
❡ Quĩctiã alij carnẽ a cadendo: alij q̃ vita ca Vñ dicat
reat dictam volunt. nec recipitur differẽtia vul caro
garis inter carnẽ ⁊ carnes.
❡ Q̃d corp⁹ poti⁹ q̃ carnem noſtrum viuentiũ
dicamus. Cap.cclv.
COrpus poti⁹ q̃ carnẽ noſtrũ corp⁹
viuẽtiũ dicim⁹: ⁊ hoĩem corpulẽtũ caro
poti⁹ q̃ vt aliq̃ loquunt carnoſum. corpulẽtus
Qui.in.vj. Corpulẽto litigatori: cu carnoſus
ius aduerſarius itẽ puer circa iudi-
ces erat ab aduocato lat⁹ q̃d faciã: ego te baiu-
lare nõ poſſu;. Idẽ in p̃mo. Oſſa detegũt: q̃ vt
cẽ ⁊ aſtrigi neruis debẽt: ſic corpa opiẽda ſunt
Idẽ in q̃nto. Neruiſq; illis q̃b⁹ cã p̃tinet adij-
ciũt iducere ſup corpis ſpẽ; ⁊ alibi. Heret aſtri-
cta nudatq; oſſib⁹ cutis: ⁊ ĩ fame ſita hoĩe cõſum
pto iã mẽbra ſine corpe. Cic. ad Balbũ. Ego hic Cicero
cogito ↄmorari q̃ ad me reficiã: nã ⁊ vires ⁊ cor
p⁹ amiſi: ſ; ſi morbũ depulero: facile vt ſpero il
la reuocabo. Q̃d ẽt ſignificauit. Mar. cũ ait: Vi
uebãt laceri mẽbris ſtillãtib⁹ art⁹. Inq; oĩ nuſ
q̃ corpe corp⁹ erat. videl; q̃ ĩ corpe illi⁹ nõ erat
caro. ❡ Epitome capitis.cclvi.
❡ Lamina dẽſior eſt maſſa vt ex ferro et plũbo
ſtãno aut ſimili: bractea tenuis et plicabilis, vt
aurea aut argẽtea crepitãs p̃ tenuitate. nam
craſſior etiam ex auro lamina dicetur.
❡ Ceterũ Mãcinell⁹ dicit ſic: p̃ma ſignificatio
verior habet Aul⁹ Gell⁹ enĩ lib.j.c.iij. ita ſcri mãcinell⁹
bit. Sicuti ẽ magnũ põd⁹ eris parua lamĩa au
ri ſit p̃cioſi⁹. Ceterũ lignea q̃; lamina dici põt.
Pli. enĩ li.xviij.c.xxxix. ſic ait. Dolia quaſſa ſar
circĩpoſitiſq; laminas ſcabẽdo purgare: aut no
uas facere. Bractea. p̃terea et alia q̃; materia:
q̃ ex p̃dictis dici poterit. Pli. nãq; li.xvij.ca.v.
vbi terrarũ ⁊ crete gñã explicat inq̃t Colũbinã
gallia ſuo noĩe Glaucopelon appellat: glebis
extecat lapidũ mõ ſola gelatiõe ita ſoluit vt te
nuiſſimas bracteas faciat: hec ex equo fertilis.
❡ Inter laminã ⁊ bracteã. Cap.cclvi.
LAminã tã ferreã: ereã: plum- Lamina.
beã: ſtãneã: q̃; aureã: argẽteam: ele- Bractea.
ctreã: auricalceã dicim⁹: bracteã;
poti⁹ ex his poſteriorib⁹ aut certe
bractea tenuis ẽ: ⁊ ſua ſpõte plicabil' lamĩa ve
ro craſſior: ex qua armatura cõficit: ⁊ qua incẽ
ſa olim hoĩes torquebant: nec crepit at vt bra-

ctea pre tenuitate. Vergi. in. vj. Talis erat ſpecies auri frōdētis opaca Ilice: ſic leni crepitabat bractea vento. Verūtamen ita tenuis nonnunꝙ bractea eſt: vt crepitare non poſſit: vt illa ex qua fit auratura.

¶ Epitome capitis. cclvij.

¶ Munimenta ſunt munitiones a muniendo: Monumenta admonitiones a monendo: eo ꝙ alicuius rei preterite admoneant: vt ſepulchra defunctoꝝ. preſertim cum titulos habent.

Munimē-ta.

Monumē-ta.

Munimenta ſunt munitōes caſtroꝝ. ceterarūqȝ rerū que cōtra aduentū hoſtiū muniūt: ſiue vallo ⁊ foſſa: ſiue alio quouiſmodo quo ſint milites ab hoſtium [vt dixi] aduentu muniti. Monumenta. i. mutata in u ſepulchra: ſtatue: tituli: libri: ceteraqȝ que nos alicui⁹ rei preterite moneant recordari. Nam de futuro [vt quidā volunt] ideo ſepulchra appellari monumenta: ꝙ nos noſtre ipſorumqȝ mortis admoneāt: falſuȝ eſt. In honorē enī mortui illa tm̄modo fiūt: nō in publicā preceptionē: vixqȝ monumēta dixerim: niſi littere aut alij tituli appareant: que ſi deſint magis ſepulchrū ꝙ monumētū erit. Li. lib. xlvij. Vtrobiqȝ monumēta oſtendunt ⁊ ſtatue. Nā ⁊ linterni monumentū: monumentoqȝ ſtatua ſuperimpoſita: quā tempeſtate diiectā nuper vidim⁹ ipſi: ⁊ Rome extra portā capenā in Scipi. monumēto tres ſtatue ſunt: quarum due Publij ⁊ Lucij Scipionū dicuntur eſſe tertia poete Quinti Ennij.

¶ Epitome cap. cclviij.

¶ Opera. re. eſt operatio: labor aut diuinū officiū: ſeu interdū operans. Opus eſt effect⁹ fructuſqȝ opere. Sed dū ad laborem corporis aut animi ⁊ arteȝ aut induſtriā reſpicimus potius opus ꝙ operam dicim⁹ etiā ꝓ operatiōe. Operepreciū. i. fructuoſuȝ q̄ſi qd̄ p̄ciū affert opere

¶ Inter opus ⁊ operam. Cap. cclviij.

Opera
Opus
Cicero

Opera eſt actio: vt dabo operā ⁊ in iure ciuili de operꝭ libertorū. Cicero de offi. Non male precipiūt: q ſeruis vti iubēt vt mercēnariis: iuſta prebēda: operā exigēdā. i. laborē ⁊ operationem corporis: ſiue vt ait Vlpianus: opere ſunt diuinū officiū. Opus eſt finis fructuſqȝ opere. Vnde opera auctorū dicūtur: ⁊ opera publica: ipſa publica edificia. Nonnunꝙ videt opus pro opera accipi: vt Vergilius. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. quaſi ad operas. Sed vt videre videor: quoties ad laborē corporis ad laborē animi ⁊ artē induſtriāqȝ reſpicim⁹: magis opus ꝙ operā dicendū eſt: vt in opere ruſtico: in opere faciūdo: in opere fabrili: in opere textorio. Hāc differētiā ita ponit Seruius: hoc opus et hec opera

Cuſtodia

tunc dicim⁹ q̄n negociū ipſum ſignificam⁹: qd̄ gerit. Si aūt feminino genere dixerimus operas ipſas perſonas q̄ ali qd̄ faciunt: ſicut cuſtodia dicit q cuſtodit: vt cernis cuſtodia qualis. Nā vt hi q cuſtodiūt: cuſtodia dicāt vſurpatū eſt: vn̄ male ē in vſu cuſtodie audiūt. Hec Seruius. Sed nō abſolute diffiniuit opus ⁊ operā vtrūqȝ aūt nomē horū eodē libro poſuit Terē. qd̄ in opere faciūdo ope cōſumis tue: ſi ſumas in illis exercēdis plus agas. Opere aūt preciū ab opera eſt: vt verſus indicat Iuue. Eſt opere preciū penit⁹ cognoſcere toto. Quid faciāt agitentqȝ die. i. fructuoſum eſt ⁊ ad rem pertinēs: ideo q: decēs: vel q: vtile: vel q: glorioſuȝ: vl' q: iucundū: ab hoc noīe Liui⁹ exorſus ē dicēs. Facturus ne operepreciū ſim ſi res geſtas po. ro. ab initio perſcripſerim: necdum ſcio: nec ſi ſciā dicere auſim. Operepreciū

¶ Epitome cap. cclix.

¶ Solatiū eſt in re ſicut ⁊ ſolari. Conſolatio in verbis: ſicut ⁊ cōſolari. Solamē ꝓ ſolatio vſurpant poete. et etiam Boetius.

¶ Solatiū ⁊ cōſolatio: ⁊ ſolamē. Cap. cclix.

Solatiū eſt ⁊ conſolatio idem ſunt Solatiū
niſi ꝙ illud. re hoc verbis fit: vt Quin. Cecitatē miſere ſolatiū eſt habere res videtium. Idem. Itis obuiā cōſolationibus: ⁊ Cōſolatio.
qd̄ oēm modū feritatis excidit captatio in magna calamitate laudari. Nec miruȝ cū cōſolari fit oratiōe. Solari vero fere ſemper aliter. Nolo afferre plura male vtentium exempla que fa Conſolari.
cile quilibet ſibi inueniet. Cicero cum de ami- Solari.
citia ait. Ipſe me conſolor: ⁊ maxime eo ſolatio conſolor ꝙ eo errore careo: quo amicorum deceſſu plerīqȝ angi ſolent. Vtrūqȝ recte dictum eſt. Quid enī non recte Cicero dicat. tanꝙ alterū quaſi colloquio e merore reuocet. debuit dicere ꝯſolatur. Quia vero oratione nō vtitur ſolatium dicere potuit. Solamen idē qd̄ ſolatiuȝ eſt: ſed magis poeticum. Virg. Solamenqȝ mali de collo fiſtula pendet. Quo tamē Boeti⁹ et quidam alij vtuntur.

¶ Epitome capitis. cclx.

¶ Affectus nunꝙ apud Ciceronē: ſed affectio reperitur ſepe. Contra apud Quintilianū. Eſt aūt affectio animi ⁊ corporis ex tpe aliqua de cauſa mutatio: vl' vt auctori placet pars illa anime qualitatis que e regione rationis eſt: quicqd enim in anima preter partem illā memorie nō eſt: affectus eſt: et rurſus quicquid nō affectus ratio. Ab affectu venit affecto verbum: quo Cicero quoqȝ vtitur. licet affectatio apud eūdem non legatur. ſicut apud Quintilianū ⁊ ceteros

¶ Affectus ⁊ affectatio: Cap. cclx. Affectus

Affectū nuſꝙ videor reperiſſe apud M. Tullium frequentiſſime affectionē. Contra apud Quintili. frequentiſſime affectuȝ raro affectionē vt illo loco ſi mō non eſt mendoſus vbi ait. Cupiditas cauſa ſceleris fuit: queuis eius ira quātum efficiat in animis hominum: talis affectio Neſcio an ſit affectus: ⁊ in alio loco. Illa frigida ⁊ puerilis in ſcholis affectio. Affectionem modo Cicero ſic diffinit. Affectio eſt animi et Affectio.
corporis et tempore aliqua de cauſa mutatio: Cicero.
vt letitia: cupiditas: metus: moleſtia: morbus:

debilitas: et alia que in eodem genere reperiuntur. Modo sic. Affectio est quedam et temporum aut negociorum euentu: aut administratione: aut hominum studio commutatio rerum vt nec tales quales ante habite sunt: aut plerunque haberi solent: habende videant. In Tusculanis idem authorem alibi. Voluntatem hominis affecti ad virtutem: atque ipsam virtutem animi appellari affectionem ait qualis non est affectus qui grece dicitur quod ipse Cicero interpretatur perturbationem: malles dicere quam morbum quo nomine sepissime vtitur. At non perturbationem sed affectum nominat: neque ipse aut solus aut primus: sed plerique ante eum: vt Seneca Plinius. Rutilus. Columella. Ualerius: Liuius. aliique multi. Ita enim ille ait quod greci vocant nos vertentes et recte et proprie affectum dicimus Illa igitur vt ego quidem sentio affectio grece dicitur quam nostrates philosophi in latinum vertentes appellant dispositionem. Aliquibus tamen videri posset diffinitio illa Ciceronis hunc quoque significatum qui est complecti: quibus quia ad rem non multum attinet: non sane repugno: cum presertim fere omnes iurisconsulti: omnesque ecclesiastici scriptores affectionem pro affectu accipiant. Est autem affectus pars illa anime qualitatis que e regione rationis est. quicquid enim in anima preter partem illam memorie ratio non est: affectus est: et rursus quicquid non affectus ratio. Ab hoc fit affecto: quo etiam Cicero ipse in libris ad herennium vtitur. Non tam affectanda quam superiores: sed tamen adhibenda nonnunquam. Apud eundem nunquam nisi me incuria fefellerit: aut memoria fallat legi affectationem. Frequenter apud Quin. et ceteros: vt ibi. Nihil est odiosius affectatione: id est affectu conatuque emulandi alterius virtutem: quam assequi nequeat refragante natura vel nimio affectu nimioque conatu: alterius virtutem emulandi: ita vt turpe sit ac deforme: sic aude emulari.

*Affectus* — *Affecto.* — *Affectatio*

Epitome capitis. cclxi.

¶ Latebre proprie sunt hominum: latibula ferarum: sed interdum confunduntur.

Inter latebras et latibula. Ca. cclxi

Latebre proprie sunt hominum latibula vero ferarum. Quintilianus. Et quis odio euersoris nostri euocatus e latebris suis populus subsellia non implet. Cicero. Uideant ne queratur latebra periurio: id est excusatio periurii. Latibula nonnunquam hominum: latebre etiam ferarum. Liuius libro xlviii. Inter vepres in latebris ferarum noctem vnam delituit.

*Latebre* — *Latibula.*

Epitome capititis. cclxii.

Lux pro die: vt tenebre pro nocte poni solet sed prima luce non primam diem: sed principium diei significamus. Sicut nec primis tenebris primam noctem: sed principium noctis. Consuetius autem ante lucem quam ante diem dicas: nisi de certo die loquaris. vt ante diem decimum. Non tamen consuetius dicas ante tenebras quam ante noctem. Luci pro luce et vesperi pro vespere et ruri pro rure reperitur: secundum authorem nostrum Dies pro diurno et certo tempore masculini fere est generis: pro tempore acceptum semper feminini. vnde diecula parua tempestas.

¶ Dixi secundum authorem nostrum. Quia Seruius vult ad illud quarti enei. Aulide iurari. Aduerbia in loco in i: et de loco in e a tertia declinatione finiri. vt viri ruri et veni rure. Et consimile iudicium videtur. de aduerbiis vt in tempore dicam vesperi et luci aduerbialiter. Dixi quoque fere masculini esse: quia certum est poetam. etiam in feminino vti. vt enei. quinto. Postera cum primo stellas oriente fugarat clara dies.

De luce et tenebris. Ca. cclxii.

Luce et tenebris pro die et nocte accipere solemus. Differt tamen prima luce a prima die. Nam ibi intelligitur prima pars diei et quasi diluculo: hic autem prima dies. Ita primis tenebris et prima nocte. Ibi de prima parte noctis loquimur: hic de nocte ipsa. Ideoque ante lucem dicimus melius quam ante diem: si diluculum significamus. Namque ante diem pro ante tempus dici solet preterquam si de certo die loquimur: vt ante diem decimum: vel ante sextum calendarum nouembrium. i. sexto die ante calendas nouembris. In quo quidem loco preceptum Pauli inserere non inutile fuerit qui ait ante diem decimum calendarum: et post decimum diem calendarum: eque vtroque sermone vndecima dies significatur. Uerum non quemadmodum ante lucem melius quam ante diem: pro diluculo dicimus: sic ante tenebras: quam ante noctem pro crepusculo: sed e diuerso potius. Reperitur autem luci pro luce: vesperi pro vespere: et ruri pro rure. Cicero. in phili. Quis enim audeat luci in militari via. Diem pro diurno tempore. Item pro certo tempore volunt esse masculini generis: notaueruntque Uergilium indifferenter accepisse. Ego tamen et apud hunc et apud ceteros pro tempore ipso annotaui semper esse femininum: vt ipsa dies facit hominem prudentem: et multa dies dat magnam hominibus rerum experientiam. Unde pedianus vult fieri dieculam pro paruo tempore: et apud iurisconsultos bima: trima: quatrima dies. pro tempore biennii: triennii: quadriennii: quod iurisperiti non intelligunt. In tempore certo. Pedianus idem consentit debere esse masculini generis. Dicemus ergo hesterno die: et crastino die: non hesterna die: et crastina: ad diem non venit: ad diem non affuit. i. die prestituto.

*Lux.* — *Tenebre.* — *Ante diem* — *Luci* — *Vesperi* — *Ruri* — *Dies* — *Diecula.*

Epitome capitis. cclxiii.

¶ Orator causas veras agit aut concionatur. Rhetor docet: declamator se exercet vt postea oret.

Orator: rhetor: et declamator. Ca. cclxiii.

Orator est qui causas orat vel in iudiciis vel in concionibus: qui grece dicitur id est rhetor: Nos tamen rhetorem professorem rhetorice vocamus

*Orator.* — *Rhetor*

non oratorem Miror: cur in hoc tam facili per
Declama- uulgatoqꝫ nomine exponendo Victorinus erra
tor uerit. Declamator eſt qui ſtudet apud rhetorez
in conuentuqꝫ ſcholaſticorū fictam cauſaz orat
id agens vt in veris poſtea cauſis poſſit orare.
Ipſe quoqꝫ rhetor ⁊ quicūqꝫ alius etiam extra
ſcholam hoc genere vtitur ſiue vt alios: ſiue vt
ſe exerceat: declamator vocatur Nōnunꝗ̄ tamē
more greco reperimus poni. vt Cicero libro. ij
de natura deorum. Hec cum Cotta dixiſſet. Uel
lius ego inquit incautus: qui cum Academico ⁊
eodem rhetore congredi conatus ſum Nam ne
qꝫ indiſertum academicum pertimuiſſem: neqꝫ
ſine iſta philoſophia rhetorem ꝙuis eloquentē
rhetorem dixit vel oratorem vel rhetoricum.

Epitome capitis. cclxiiij.

¶ Peregrinus eſt qui in ciuitate ſua nō eſt aut
ex noſtra non oriundus. hoſpes qui in aliena ē:
aut qui in noſtra non ſua eſt: quem forenſez aut
extraneū imperiti vocāt: Suntqꝫ hoſpites tā ꝗ
in priuato alicui⁹ hoſpitio ꝙ̄ qui ī publico ſunt:
qđ diuerſoriū aut tabernā meritoriam vocam⁹:
⁊ tā ꝗ recipiūt ꝙ̄ qui recipiuntur. Hoſpitiū aūt
ꝓ amicitia familiarit̄ ſe mutuo recipiendi: quā
hoſpitalitatē vocāt interdū accipit̄. Itē ꝓ loco
recipiēdi taz publico ꝙ̄ priuato. i. ꝓ diuerſorio.

Peregrinus ⁊ hoſpes quo differūt. Ca. cclxiiij.

Peregrin⁹ Hoſpes — PEregrin⁹ ⁊ hoſpes hoc dif-
ferūt: ꝙ peregrinus vocatur qui
in ciuitate ſua nō eſt. hoſpes qui
in aliena eſt: vel peregrin⁹ qui ex
noſtra ciuitate oriundus non eſt
hoſpes qui in noſtra eſt. Cic. Uos ſoli in hac vr
be hoſpites eſtis: veſtre peregrinantur aures.
Quintil. Attica anus Theophraſtum hominez
alioquin diſertiſſimum annotata vnius affecta
tione verbi hoſpitem dixit. Nec alio id ſe depre
hendiſſe interrogata reſpondit: ꝙ̄ ꝙ nimiuz at
tice loqueretur. Pro hac imperiti dicunt foren-
ſes aut extranei. Loquendum enim mihi barba
re eſt: vt barbariez emendē Hoſpites igit̄ ſunt
tam qui in priuato alicuius hoſpitio ſunt: ꝙ̄ qui
in publico: quod diuerſorium vel tabernam me
ritoriam appellamus: tam qui recipit ꝙ̄ qui re-
cipitur. Unde Ouidius Non hoſpes ab hoſpi-
te tutus. Cicero. Per dexteram iſtam quam ho
ſpes hoſpiti porrexiſti Sed ille receptor ꝓprie
vocatur: qui priuatiz ⁊ amicicie cauſa recipit: vt
idem. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitiuz: id eſt
amicicia familiariter vl' mihi hoſpitandi apud
illum: vel illi apud me: vnde hoſpitales homīes
qui amore non precio hoſpitium ſuum commu
nicant. Hoſpitium ⁊ priuatum ⁊ publicum dici-
tur Liuius. Tarento Hannibali per dolum pro
dito ait: Hoſpitia tantummodo romanorum a
militibus fuiſſe directa certe priuata non pub-
lica. Cicero. Ex hac vita ſic diſcedo tanꝗ̄ ex ho
ſpitio: non tanꝗ̄ ex domo. Commorandi enim
natura diuerſorium nō habitandi dedit. Pro eo
dem poſuit hoſpitium ⁊ diuerſorium.

Epitome capitis. cclxv.

¶ Conciuis eſt eiuſdem ciuitatis: cōterraneus
eiuſdem terre. Quandocunqꝫ autem de pari lo-
quimur vt qui nobiſcum id quod dicim⁹ eſt pre
ponemus particulam con. ſi poſſeſſiuum addi-
derimus vt ſi ſum preceptor Ioannis: dicā eum
diſcipulum meum: ſi cum eo diſcipulus alterius
cōdiſcipulum. Et id in reliquis quoqꝫ obſerua-
bo dicam tamen hic municeps meus eſt: pro eo
quod eſt conciuis: quia cōmuniceps non reperi
tur. Sine pronomine autem loquar etiam ſine
con. vt audite ciues proceres: magnates: etiam
ſi vnus illorum ſim. Et ſi loquimur per con. in-
telligitur poſſeſſiuum.

Inter conciuem ⁊ conterraneum. Ca. cclxv.

COnciuis qui eiuſdem ciuita- Cōciuis cōterrane⁹
tis eſt. conterrane⁹ qui eiuſdē terre
hoc ē territorij: maior eīm ē terra ꝙ̄
vrbs: oppidū ⁊c: cuius habitatores
vocant̄ ciues Cicero. Eorū qui in hac terra fue
runt magnāqꝫ greciam que tunc florebat inſti-
tutis ⁊ preceptis ſuis erudierūt. Plinius tamē
Catullū cōterraneum ſuum vocat: vel ꝙ ex dio-
ceſi illa vel ꝙ ex vrbe ſit veronenſi. Uterqꝫ autē Dioceſis
dictus eſt veronenſis. Nam illius nepos et per
adoptionem filius fuit nouocomenſis. ideo Pli
nius ſecundus et ipſe dictus eſt: quidam nuper
librum ſic inchoauit. Fauonius ciuis meus op- Ciuis
time princeps: ⁊ conſul tuus cum dicere debuiſ
ſet conciuis meus. Dn̄s enim ciuitatis ciuē ſuū
vocat quia non pōt appellare cōciuē quēadmo
dū miles ſociū in militia: non militē ſuū vocare
poteſt ſed cōmilitonem. Et diſcipul⁹ qui vna ei Cōmilito
dem preceptori dat operam nō diſcipulū ſuum
ſed cōdiſcipulū. Ediuerſo ꝑceptor nō vocat au-
ditores ſuos cōdiſcipulos ſuos: ſed diſcipulos.
Et dux ī bello nō cōmilitones: ſed milites ſuos
appellabit: licet Ceſar ac ꝗdā alij appellauerit
milites ſuos cōmilitones cōparande beniuolē-
tie gratia vt apud Uer. Aeneas qui ſub eo erāt
ſocios vocat Hic ergo homo priuat⁹ nō debuit
quēꝗ̄ ſuū ciuem appellare: ſed conciuē: nec rur
ſum aliquem principis conſulem dicere. Nōnū
ꝗ̄ tamē inuenitur ciuis pro conciuis. vt Lelius
apud Lucanum. Hic meus eſt ciuis in quez tua
claſſica Ceſar: Audiero. Dicaz tamē municeps
pro eo quod eſt conciuis meus: quia communi-
ceps non inuenitur At quotiens nō apponim⁹
pronomen: rectius ſine appoſitione loquimur.
Audite ciues: ſuccurrite milites: legite diſcipu-
li: etiā ſi mei fuerint cōciues: cōmilitones: cōdi
ſcipuli: qđ ſi qñ per hec poſteriora ſine ꝓnomi-
ne loquor: tñ ꝓnomen ſubintelligendum eſt: vt
oēs me cōciues amāt: tñ nō das partez cōmili-
tonibus: ille ſemper exagitat cōdiſcipulos que-
ſtionibus ſubintelligit̄ meis: tuis: ſuos. Dicim⁹
tamē vos eſtis ciues noſtri: quaſi reipu. noſtre:
non quaſi ſingularium aliquorum ciuium

Epitome capitis. cclxvj.

¶ Pretor: cōſul: queſtor: edilis: cenſor: tribun⁹:
primipilus ⁊ ſimiles dicunt̄ ꝗ magiſtratū ſuez
gerunt. Senator ⁊ triūphator qui eſt ⁊ qui fuit

At pretorius: cōſularis: queſtorius: edilitiꝰ: cenſorius: tribunitiꝰ: primipilaris: et triūphalis: q̄ geſſerūt: ſed priora ſubſtantiua ſunt poſteriora adiectiua. Sicut et ſenatorius. i. ſenatorij ordinis aut de domo ſenatoria. i. patricius. Q̄ñ vero preponitur pro: vt ꝓpretor: proconſul. ⁊c. non ſignificant gerentem magiſtratum pro alio: ſed extra ordinarium: vt abunde declarat textus.

¶ Sed Mancinelꝰ nōnulla addit dicēs. Cōſularis qui cōſulatū geſſit dicit̄: ⁊ ꝯſulatu dignus. In prima ſignificatione teſtis eſt Liuiꝰ li. v. ab vrbe ꝯdita: vbi de gallis ait ſenes triumphales ꝯſulareſq; ſimul. Et Cic. de claris oratoribꝰ de hortenſio dicēs. Nā is poſt ꝯſulatū credo ꝙ viderit ex ꝯſularibꝰ nem. nē eſſe ſecū ꝯparandum negligeret aūt eos qui ꝯſules nō fuiſſet ſummū illud ſtudiū remiſit quo a puero fuerat inceſus ⁊c. In altera vero teſtis quoq; idem Cicero libro decimo epiſtola ad plancium ita ſcribens. Complures in perturbatione reipublice Conſules dicti: quorum nemo conſularis habitus: niſi qui animo extiterit in repub. conſularis.

¶ Paulo item inferius inquit. Hec ſi ages ⁊ ſenties: Tu eris non modo conſul ⁊ conſularis: ſed magnus etiam conſul ⁊ conſularis. Et pro Milone ſic ait. Tribunum virtute conſularem.

Pretor: queſtor: edilis: cenſor: tribunus: primipilus. ſenator: pretorius. ⁊c. Ca. cclxvj.

Pretor. Conſul Queſtor. Edilis. Cenſor. Tribunus. Primipilꝰ. Senator. Pretorius. Conſular̄. Queſtoriꝰ. Edilitius Cenſorius Tribunitiꝰ Primipilar̄. Senatoriꝰ Triumphator. Triūphal̄. Proconſul Faſces. Proqueſtor ⁊c.

PRetor qui preturam: conſul qui cōſulatū: queſtor: qui preſturā: edilis qui edilitatem: cenſor qui cēſurā: tribunꝰ q̄ tribunatū: primipilus q̄ primipilatuꝫ gerit: ſenator q̄ ſenatorē: aut q̄ fuit: ꝑtorius q̄ ꝑturā: cōſularis q̄ cōſulatū: queſtorius q̄ q̄ſturā edilitius qui edilitatē: cenſorius qui cēſuraꝫ tribunitius q̄ tribunatū. primipilaris q̄ primipilatū geſſit: ſenatorius non dicit̄ ſenator: ſed [vt dixi] vel ſenatorij ordinis aut de domo ſenatoria. Triūphator qui triūphat ꝓprie: ſed etiam aliq̄ñ q̄ triūphauit: vt victor exercitꝰ qui vicit: triūphalis q̄ triumphauit. Ceterū illa priora nomina ſunt ſubſtantiua eo q: iungūt̄ cuꝫ adiectiuis: vt diligens conſul: bonus tribunus: iuſtus pretor: ſeuerus cenſor. Hec poſteriora ſunt adiectiua: eo q: iūgūt̄ cum ſubſtātiuis: vt hō cōſularis tribunitia mulier: ꝑtoria familia: cēſoriū dictū. Quod ſi abſint ſubſtātiua ſubintelligunt̄: vt cōſulares rogant̄ primi ſententiam in ſenatu ꝑimi pretorij: deinde tribunitij: intelligimus hoīes: quemadmodum in illis: plebei: nobiles: potentes: ingenui: libertini. Proconſul non qui pro alio conſule preeſt prouincie: ſed qui cuꝫ poteſtate conſulari extra ordinem: ⁊ ad aliquam prouinciam adminiſtrādā mittitur: ꝑterq̄ q̄ non. xij. faſces cum precedunt qui precedunt cōſulē ſed tm̄ ſex: vt etiā ꝑdunt qui precedunt ... Propretor non qui ꝑ alio preturam: ſed extra ordinariā gerit. Itaq; dicit̄ ꝑ proqueſtor: ⁊ ſiqui ſunt alij hm̄oī noīm magiſtratꝰ.

Epitome capitis. cclxvij.

¶ Diuerſoruꝫ locorum nomina licet fere aut penitus coincidant diuerſa tamē facient diriuatiua. Unde ſunt. Rhegini ⁊ Regienſes: Albani ⁊ albenſes: ⁊c. que textus declarat.

¶ Sed caſtigat mancinelꝰ nō nihil dicēs. Nō campaniam terrā laboris appellant: ſed cāpanie partem. Neq; nunc dūtaxat: ſed iamdiu priſci ipſi laborias appellarunt. Teſtis eſt plinius li. xviij. de agro cāpano ſic em̄ ſcribit. In cāpania tn̄ laudatiſſimꝰ cāpus eſt montibꝰ ſubiacet nimboſis totis quidē. xl. millibus paſſuū planicie poſtea. ſubijcit aūt: vniuerſas terras cāpus hic cāpanꝰ antecedit tm̄ ipſiꝰ pars eius q̄ laborie vocant̄: quē phlegreū greci appellant. finiūtur laborie via ab vtroq; latere cōſulari. q̄ a puteolis ⁊ q̄ a cumis capuā ducit. hec ille. Ubi aūt Laurētius ait. Campaniā vero eā regionē: que illi finitima eſt Romā verſus. Sciendū eſt duplicem eſſe Campaniā nouā ⁊ veterē. Nā apud Straboneꝫ li. v. ſic legimꝰ. Picētes aūt vſq; ad Silarim ꝑuenerūt fluuium qui ab hoc agro veterem ſeparat cāpaniam. Cui quidem fluuio proprium illud ineſſe traditur: vt in eius aquaꝫ demiſſa virgulta ſaxificentur.

RHegini ex oppido calabrie. Regienſes ex oppido gallie ciſalpine: q̄ tū oppidorꝫ vtrūq; vocat̄ Rhegiū. Albani ⁊ albenſes: ex oppido alba in latio albani ex oppido alba ad lacū fuſcinum albenſes: qui a quibuſdaꝫ albani dn̄r. Cumani ex oppido cumarum in campania: quam nunc prane vocant terram laboris Campaniā vero eam regionem: que illi finitima eſt romā verſus. Comenſes ex oppido como in eadem gallia: quam lombardiam nunc vocant in qua ipſa gallia ⁊ ſi ... ꝓximum como eſt bergomum: vnde bergomenſes. Pergamuꝫ ex qua pergameni in aſia. a qua vrbe quia ob penuriam charte ab Attalo rege miſſa eſt membranarum copia membrane pergamene ſunt nominate in aſia prouincia intelligo: nam in ea que eſt tertia pars orbis terrarū regio quedam eſt eodē nomine quam Turchiā nunc vocant: non auteꝫ vt quidā volunt teucriā quemadmodum in aphrica: que ⁊ ipſa tertia ꝑs orbis dicitur: eſt regio eiuſdem nominis niſi ꝙ afros dicimus homines non afram regionem. Thebani a thebis in grecia. Thebei a thebe ſeu thebis in egypto: ſed thebei ſecundum grecam formam fit. nam ⁊ thebani grece thebei dicuntur. non tamen occurrit vbi in libris gentilium legerim thebeos.

Rhegini. Regiēſes. Albani Albenſes. Cumani. Comenſes Bergomēſes. ꝑgameni. ꝑgamene. Turchia. Teucria. Thebani. Thebei.

Epitome capitis. cclxviij.

¶ Priſca dicūtur que ſuperioribus ſeculis. priſtina que ſuperioribus annis aut menſibus fuerunt certe in noſtra memoria. Uerum res nō ſeneſcentes licet ſeculis nos preceſſerint non priſcas: ſed priſtinas dicemus.

Priſcus ⁊ priſtinus quo differant. Caput. cclxviij.

PRiſca que ſuperioribꝰ ſeculis aut ſuꝑiori etate: vt priſci latini Priſcus Tarquinꝰ: priſca tp̄a. Priſtina

que fuerunt ſuperioribus annis: menſibus: die
bus: ⁊ que noſtra memoria fuerunt: vt priſtina
noſtra amicitia priſtina beneficia noſtra. Nec
recte hic dicas priſca neq; illic priſtina At vero
ſi de rebus que non ſeneſcunt loquaris priſtinū
diceremus. vt Pharos ⁊ Thyrus nūq̄ in priſti
num ſtatum redibunt. Maria in freto meſſanē
ſi laborant ne montes. ſi Lucano credimus: re
petant priſtina confinia. At qui tantum tempo
ris eſt: ex quo illuc mare irruperit vt memorie
non inueniatur proditum. Padus poſt quingē
tos ⁊ eo amplius annos ſolet reuerti in priſti
num curſum.

Epitome capitis.cclxix.

¶ Proſper qui dat: felix qui recipit proſperita
tem ꝓprie dicunť: ſed nōnunq̄ cōfuſa leguntť.

Inter proſperū ⁊ felicē. Ca.cclxix.

Proſper. Felix

PRoſper qui dat felix qui
recipit proſperitatem. Sydus
veneris. ſi credim⁹ mathemati
cis: ꝓſperū eſt. natus ſub illo ſy
dere felix eſt. Dicimus ergo ho
mines ꝓprie quidē felices: deos
aut tēpora: loca: actiones: fines: ſucceſſus ꝓſpe
ros: ⁊ ſi qua ſunt ſimilia. Vtrūq; tñ aliqñ recipit
exceptionē. Nā ⁊ ſemel legim⁹ proſperā alicu⁹
valitudinē: vt Suetonius de ceſare fuiſſe eum
proſpera valitudine. i. bona ⁊ quaſi felici. Et de
Tyberio. Valitudine proſperrima vſum cū eſſe
ait. Saluſtius. Sed poſtq̄ res ciuibus muris:
agris: ſatis aucta: ſatiſq; ꝓſpera viſa eſt. Rur
ſus. Vir. Sis felix. noſtrūq; leues quecunq; la
borem. pro eo quod eſt ſis proſpera ⁊ benigna.

Epitome capitis.cclxx

¶ Salubre eſt quod ſalutem ⁊ incolumitatē af
fert. quaſi ſalutiferum aut ſalutare: ſanū quod
recipit aut continet: ſed confunduntur interdū
vt corpus ſalubre dicatur. non tamen dices cū
boetio eger an ſaluber ſed an ſanus.

Saluber ⁊ ſanus quo differunt. Ca.cclxx

Saluber. Sanus.

SAluber ſiue quod vſitatius ē
ſalubris dicitur aer: cibus potus: lo
cus multa huiuſmodi: idem fere qđ
ſalutifer ſiue ſalutaris. Sanus homo
dicit̄ ceteraq; animalia. res ſalubris pbet ſa
nitatē. homo vero recipit. Poteſt ⁊ prebere: tūc
q; ſaluber: quaſi ſalutifer dici. ſed in vtroq; etiā
aliqua reperit̄ exceptio: ſi quidē ſanū aerem: ſa
nū cibū: ſanū locum vocamus: quaſi ſalubrem ⁊
prebentē ſanitatem: contra ſalubris pro ſano.
Saluſt. Genus hoīm ſalubri corpore velox: pa
tiens laborū pleroſq; ſenectus diſſoluit. Liui⁹
Grauiore tempore anni iam circūacto defun
cta morbis corpora ſalubriora eſſe inceperunt.
Martialis dum deſcribit vitam beatam inquit
Lis nūq̄: toga rara: mēs quieta: vires ingenue
ſalubre corpus prudens ſimplicitas: pares ami
ci. Hi tres quos produxi loci idē nomen habēt
coniunctum cum corpore. Quare non auſim di
cere vt dixit Boeti. in trāſlationibus ſuis: eger
Caſſiodo⁹ an ſaluber: nā de equali ſuo Caſſiodoro: q apud



nonnullos in precio eſt nunq̄ ideo faciam men
tionē: quia cum regibus ſuis Theodorico ⁊ Al
larico: quorū ſcriba fuit gotthicum ſonat ⁊ bar
barum.

Epitome capitis.cclxxj.

¶ Iucūdus eſt qui iuuat in letis: gratus qui cō
modum facit etiam in aduerſis.

Inter iucundū ⁊ gratū quid interſit. Ca.cclxxj

Iucundus Gratus

IUcūdus ⁊ gratus ſic differūt
q̄ iucundus proprie in ꝓſperis: gra
tus in aduerſis. Iucundū voco non
qui letus eſt: ſed qui letitie eſt alteri:
vt ꝓſper ⁊ ſaluber: vſq; adeo poteſt quis triſtis
metuſq; eſſe ⁊ tamē iucūdus: veluti cum hoſtis
meus in dolore eſt: tūc mihi iucundus eſt: ⁊ ego
gaudens ſum illi minime iucundus. Quare nō
recte locutus eſt qui ait iucūdos nos faciat ſue
intereſſe cōmemorationi: ſed ad differentiā Ci
ce. ad ſulpitium cōſolantē de morte filie inquit.
Seruius tamen tuus omnibus rebus interfuit
cuius officia ſi aliquando iucundiora. nunq̄ ta
mē gratiora. Idem ad Lucceiū. Amor tuus ex oī
bus partibus ſe oſtēdit in iis litteris: quas a te
proxime accepi: non ille quidem mihi ignotus
ſed tamen gratus ⁊ optatus: dicerem iucundū
niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem.
Idem ad Atticum. Fuit mihi ſepe ⁊ laudis no
ſtre gratulatio tua iucunda: et timoris conſola
tio grata. Idem tamen libro iiij. inuectiuarum
Eſt mihi iucunda in malis ⁊ grata in dolore ve
ſtra erga me voluntas. Iucunda dixit quaſi leti
tie plena ⁊ voluptuoſa: qualis eſt in proſperis.
grata: quaſi plena affectus ⁊ fructus. In iucun
do eñ quedam gratia eſt delectationis: in gra
to vero etiam commodi. Quippe aſpectus roſa
rum: liliorum: violarū: florumq;: ac ſimiliū iu
cundus eſt. Aſpectus plene meſſis: huberū ole
arum: grauium fructu vitiū: pinguiumq; pecorū
gratus. Et pueritia filiorum atq; infantia iucū
dior. Adoleſcentia vero ac iuuentus gratior: vt
pote vtilior. Idem de offi. lib. ij. q̄q̄ enim quod
preſens tanq̄ in manum datur iucundius eſt ta
mē hec in poſterū gratiora: muri: naualia: aqua
rum ductus: omnia que ad vſum reip. pertinēt.
Hierony. nonnunq̄ his duobus noībus cum ea
quam oſtendi ꝓprietate ⁊ diſtinctione vſus eſt

Epitome capitis.cclxxij.

¶ Plura comparatiuum de duobus dici poteſt
cōplura abſolutū nō niſi de pluribus q̄ de duo
bus. Pleriq; aut pro maxima parte. i. fere oēs
aut nonnulli dicuntur. Plerumq;. id eſt vt pluri
mum aut fere ſemper: aliquando tamen accipi
tur pro nonnunq̄ ſed id apud omnes [preterq̄
apud Seruiū] rarius.

Inter plura ⁊ complura: ⁊ pleraq;
Ca.cclxxij.

Plura cōplura

PLura ⁊ complura ſic diffe
rūt q̄ plura poſſunt eē duo: cō
plura duo eſſe nō poſſunt. illud
comparatiuū eſt: hoc vero mi
nime. Ideoq; non regit caſum

Plerique authores modo pro maxima parte accipiunt: modo pro nonnulli Saluſt. In diuiſione orbis terre: plerique in parte tertia: africã poſuerunt: pauci tantũmodo Aſiam et Europam. Paulopoſt. Pleroſque ſenectus diſſoluit niſi qui ferro aut beſtijs interiere. Nã morbus haud ſepe quenque ſuperat. Quint. Uideas pleroſque ita raros. id eſt nõnullos. Plerũque magis a priore ſignificato que a poſteriore venit. i. pro eo quod eſt fere ſemper. Quintili. in amatore. Excuſſa ſunt plerumque languentium vitia verberibus. i. non nunque. Tamen in hunc ſenſuz hec dictio: ſiue nomen ſiue aduerbiũ ſit. rariſſime reperitur Seruius quidem neſcio an vnque vtatur aliter.

Pleraque

Plerunque.

Epitome capitis. cclxxiij.

Clarus et preclarus figurate accipiũtur pro illuſtri ac ſplendido. Sed preclarus pro bono luculentus pro magno: et preclare pro optime apud Ciceronem vſurpantur.

Clarus et preclarus. Ca. cclxxiij.

Clarus. Preclarus

Clarus et preclarus figurate accipiũtur pro eo qui tanque ful gore quodaz phame ſiue glorie reſplẽdet. vnde clariſſima et preclariſſima geſta dicimus. Sed preclarus pro bonus nõnunque reperitur apud Ciceronem: ſicut apud eundem. Luculentus pro magnus: vt in philip. Luculentuz vulnus accipit. In eodem opere ait. O preclarum cuſtodem ouium: vt aiunt lupum. non claritas deſideratur incuſtode: ſed probitas: ergo preclarum pro bono poſuit. Idem in lelio. Cum illo vero quis neget actum eſſe preclare: et paulo poſt. Cum illo quidem vt ſupra dixi: actum optime eſt: mecum in cõmodius. Nam ſupra non dixerat actum cuz illo optime: ſed preclare. Uerum ideo ſic dixit: quia preclare et optime idem roboris ac virium in ſignificatione obtinent: eo que quod eſt optimũ et apud grecos accipi ſolet: et a nobis transferri preclare.

Luculẽtus

Epitome capitis. cclxxiiij.

Dies proprie feſtus dicitur: res feſtiua. id eſt iucunda et lepida: ſed res ad feſtuz ſpectans dici poteſt feſta.

Feſtus et feſtiuus. Ca. cclxxiiij

Feſtus. Feſtiuus

Feſtus dies potius que feſtiuus: res feſtiua potius que feſta: nã feſtus feſta feſtum ad diem feſtũ pertinens Feſtiuus feſtiua feſtiuuz res iucunda et lepida: vt oratio feſtiua dictum feſtiuũ: frondẽ feſtiuã legimus nõ que ad feſtũ cõparata ſit: ſed que iucũda et leta nam et feſtam frondem vocamus. que feſtis adhibetur. Feſtiuum multi pro feſto accipiunt

Epitome capitis. cclxxv.

Uenale dicit vẽditioni expoſitũ: vẽdibile quod facile vendi poſſit etiam ſi nondũ expoſitum ſit

Uenale et vendibile. Ca. cclxxv.

Uenale Uendibile

Uenale et vendibile hoc habent differentie que illud ſignificat rem vẽditioni expoſitam: hoc rem que facile poteſt vendi. Hec domus eſt venalis proſcripta vel expoſita venditioni. et hoc de curione ſignificat Luca. cum dicit: venalis curio lingua. id eſt precium non veritatem honeſtatemque ſequens ex ſue lingue facundia. Cicero. in Bruto Horum etati prope coniunctus. L. Gellius nõ tam vendibilis orator que vt neſcires quid ei deeſſet. Et in eodem: nam populo non erat ſatis vendibilis preceps quedaz: et tamen idcirco obſcura quia peracuta: tum rapida et celeritate cecata oratio: et alibi. Nam vt ſunt illa vendibiliora hec vberiora certe ſunt. vẽdibile dixit pro gratum et quod animos hominum ſollicitet ritu rerum que ad ſe alliciunt emptorem hoc a vendo venit: illud a veneo.

Epitome capitis. cclxxvj

Sciens ac prudens facit qui ſe facere ſcit et prouidet. Inſciens et ignorans qui ſe facere neſcit. Sed ſcienter et prudenter. id eſt cum ſcientia et prudentia. Contra imprudenter. i. ſtulte et temerarie. At per imprudentiam aut ignorantiaz ſit aliquid ſine merito ac demerito interdũ Nemo ergo ſcienter aut prudenter peccat: ſciẽtes fere omnes.

Sciens feci et ſcienter feci. Ca. cclxxvj.

Sciens facio et ſciencter

Sciens feci et prudens feci: itẽ neſciens et imprudens atque ignorãs feci: hoc eſt que cum facerem aliquid: ſciui me facere illud aut ignoraui. At ſcienter feci idem eſt quod cuz ſcientia ac doctrina feci: ſemperque in laudem eſt ſcienter quid feciſſe. Scientem vero feciſſe tum laudare tuz vituperare ſolemus pro rei qualitate. Si ergo ſcienter facere ſemper laudabile eſt: ediuerſo inſcienter facere ſemper eſt vituperabile. prudẽter quoque facere opus nimirũ prudentie eſt. imprudenter vero ſtultitie: tamen imprudenter facere ignoranter ve raro in vſu eſt. in cuius locum velut ſuccedit per ignorantiam: et per imprudẽtiam factum per ſe neque laudi: neque vitio dandũ Illud enim hoc eſt per imprudentiam ſiue per ignorantiam feciſſe aliquid boni mali ve idem eſt quod imprudenter ignoranter feciſſe: quorum neutrum aut premium meretur aut penam.

Prudens prudenter. Ignorãs et ignoranter

Epitome capitis. cclxxvij.

Marinum dicitur ad mare pertinens aut in eo natum ſeu ipſum incolens. Maritimum mari vicinum quod mare accolit: aut ad mare eſt aut ſit ſed cum trans dicitur marinum non maritimum.

Inter marinum et maritimum. Ca. cclxxvij.

Marinus. Maritimus

Marinum piſcem dicimus et auem marinam: ac deum marinum vel deam vel nympham marinaz. Nominatim quoque vitulum marinuz: lupum marinuz turdum marinum: turturez marinum: preterea aquam marinam. caſum marinum. periculum marinum: ſonuz fructum: aquã marinam: non maritimam: nauem marinã: quidam etiam nauẽ maritimã Rurſus oram mari

timam:genteȝ maritimam:res maritimas: bellum maritimum non tranſmaritimum non marinum. Item hominem gentem.vrbem:triumphum tranſmarinum non tranſmaritimuȝ. Horum omnium hec differentia eſt:ꝙ marinuȝ vocatur quod incolit mare.aut ex mari eſt. Maritimum quod mare accolit et ad mare eſt.vel ad mare ſit. Tranſmarinū:quia trāſmare eſt. Trāſmaritimum enī foret quod trās loca maritima eſſet. Idem proprie quod mediterraneum.

*Tranſmarinuȝ*

Epitome capitis .cclxxviij.

¶ Frequens dicitur quod a multis frequentat̄ aut perſona crebra ⁊ aſſidua:aut turba copioſa ⁊ multa.aut ciues ⁊ ſenatores ceteriq̄ tales numeroſi ac multi in vno loco. Sed hō dicitur frequens actiue.locus paſſiue. Celebre autem paſſiue accipitur pro eo quod celebratur accolitur ſiue loc⁹ ſiue perſona Unde celebritas loco aut perſone honorate frequentia honoratorum nō quorumcūq̄. Nam quia baiulis ſimilibuſq̄ frequentatur locus frequens quidem eſt ſed nō celebris.niſi vt meretrix nobilis ⁊ latro inſignis. ⁊ improbitas ſingularis.⁊ turpitudo vnica.⁊c. eiuſmodi dicuntur.

Frequens.⁊ celebris. Ca.cclxxviij.

*Frequens*

FRequentem locuȝ dicimus quē frequentare multi ſolēt vt vrbs frequens oppidum frequēs.platea frequens vbi multi homines aut habitant aut diuerſantur.quando autem de perſona:aut de re animata loquimur: duobus modis dicitur:vl' de ſola ſic. Si miles frequens ſpectator preliorū id eſt creber ⁊ aſſiduus:vel de turba ſic frequēs populus:frequens ſenatus.i. copioſus ⁊ multus:⁊ quidem cum noīe collectiuo in ſingulari. Cum ceteris vero in plurali.vt frequētes ciues:frequentes ſenatores hoc eſt multi ⁊ numeroſi. Uerumtamen cū dico ſis frequēs innuo actioneȝ:cum dico frequens ocus paſſionem. Ille frequentat:hic frequentatur:cui ſimile eſt celebris ſemper paſſiue poſitum : tam ad rem ꝙ ad perſonam relatuȝ. Locus celebris ꝙ celebratur homo celebris: ꝙ cū honore celebratur ⁊ colitur: propter quod in hāc ducor opinionem:vt locus celebris proprie ſit honoratorum frequentia cultus:nō ita frequens neq̄ frequētia:quo nomine qualiſcunq̄ hominum multitudo ſignificatur quod ex vocabulo hinc ducto ꝓbatur:quod eſt celebritas: que tuȝ hominum cetum honoratorum declarat : tum dignationem ipſam atq̄ honorem. Quint. Ante omnia futurus orator cui in maxima celebritate:⁊ i media repub.viuendum eſt aſſueſcat iam a puero non formidare homines: neq̄ illa ſolitaria:et velut vmbratili vita paleſcere. Cic. Itaq̄ nos qui in maxima celebritate atq̄ oculis quondam ciuiū viximus:nunc fugientes conſpectum ſceleratorum hominum:quibus omnia redundant abdimus nos:⁊ ſepe ſoli ſumus. Idem in alteram ſignificationem. Hac celebritate phame cū eſſet iaȝ abſentibus notus Romā venit. Mario cōſ. ⁊ Catulo: Quare improprie licet frequētiſſime dicitur locus celebris an deſertus: quaſi cōtrarium ſit celebrem eſſe ab illo deſertuȝ eſſe. Ubi enim baiuli:aut alcatores:aut lenones ſcortaq̄ eſſe conſueuerunt: quis cum locuȝ proprie dixerit celebrem:non aliter ꝙ celebrem meretriceȝ aut nobilem:vt ſepe legimus ⁊ ſingularem improbitatem:⁊ vnicam turpitudineȝ: vt in bonū ita ⁊ in malum.

*Celebris* *Celebritas*

Epitome capitis.patet.cclxxix.

Ferus ⁊ ferox. Ca.cclxxix.

*Ferus* *Ferox.*

FErus homo qui animum ferinum obtinet:vt leones:vrſi:lupi. Ferox qui preanimoſus eſt ad certandum cum altero:et ad vim alteri faciendam atq̄ nocendum

Epitome capitis.cclxxx.

¶ Corporeum dicitur quid exiſtens ex ſubſtantia aut materia:contra incorporeuȝ. Utrūq̄ autem iungitur aut expreſſe aut ſubintellecte cuȝ nomine res aut ſubſtantia. Corporale vero exiſtens in materia ſeu ſubſtātia ⁊ ediuerſo in corporale.

Corporeus:corporalis. Ca.cclxxx.

*Corpore⁹* *Corporalis.*

COrporeum eſt exiſtens ex materia atq̄ ſubſtantia corporea: ⁊ ediuerſo in corporeum: vt lapis eſt res corporea virtus in corporea. Corporale vero exiſtens in materia ſubſtātiaq̄ corporea:⁊ ediuerſo in corporale:vt dom⁹ fundus mancipium:corporalia ſunt non corporea:legatum:hereditas iura in corporalia ſunt. nō in corporea. Namq̄ hic de qualitate agim⁹ que ineſt ſubſtātie. ibi de ipſa ſubſtantia. quas res diligētius exequimur in dialecticis noſtris Et ſanitas:vires:pulchritudo:bona corporalia appellantur:non corporea. Preterea vt alia ratione hanc differentiam diſtinguas: corporeus ⁊ incorporeus non niſi cuȝ hoc nomine res:aut ſubſtantia coniunguntur:aut vbi res ſubintelligitur:vt lapis.ē res ſiue ſubſtantia corporea nō autem eſt corporeus. Uirtus eſt res incorporea non autem virtus incorporea. Omnia autē corporea aut tanguntur aut videntur.id eſt omnes corporee res.

Epitome capitis.cclxxxj.

¶ Laſſum.id eſt labore fatigatum tantum fatigabili competit. Laxum vero dicitur lentum ⁊ molle non rigidū nec durū aut tenſum ⁊ potius ad inanimata ſpectat. Lapſum a labendo tam animo ꝙ corpori attribuitur. Feſſuȝ dicitur fatigatum ſiue animo ſiue corpore. Defeſſum ⁊ defatigatum qđ pre laſſitudine non amplius pōt.

Laſſus:⁊ laxus:lapſus:feſſus:defeſſus defatigatus. Ca.cclxxxj.

*Laſſum.* *Laxum.*

LAſſum quod labore fatigatum eſt tam animo ꝙ corpore:ideoq̄ ad ea demuȝ ſpectat que laboris moleſtiam ſentiūt Laxus vero magis ad inaīata que ſunt lēta:mollia: flexibilia

nō dura:nō rigida: vt laxi rudentes:laxi funes: laxe chorde.

Lapſum

Lapſus a labendo: qđ vel corpore. vel per tranſlationē animo ⁊ opinione labitur.

Feſſum

Feſſus idem qđ fatigatus ſiue aīo ſiue corpore

Defatigatum. Defatigor.

Defeſſus defatigatuſq; qui ita feſſus atq; ita fatigatus eſt:vt non queat ampli⁹:⁊ ſepe a labore atq; incepto quod iſtituerat deſiſtat:vt in Bruto Cic. Et ne defatigaret orauiſſent. Et de ora. Profecto nūq̄ cōquieſcā:neq; defatigabor antequā illorum ancipites vias rationeſq;: ⁊ pro oībus ⁊ ꝯtra omnia diſputandi percepero.

Epitome capitis.cclxxxij.

¶ Bonū dicitur qđ honeſtū:qđ vtile:qđ peritū Eſt enim generale nomē: bonitas aūt eſt quaſi benignitas. Unde clemētes ⁊ pij ac iuſti quoq; boni dicuntur:aut induſtria:aut virtus naturalis.aut iuſtitia aut equitas.

¶ Que oīa text⁹ declarat.ſ3 vt quiuis intelligat quid ſit dignū eſſe quicū.i.cum quo mices in tenebris ſciet micare eſſe digitis micantib⁹.i.celeriter nunc erectis nunc depreſſis:quaſi ſcintillantib⁹ diuinare quot quicum micas erectos habet vna cum tuis quod in tenebris niſi cū iuſtiſſimo nō tute facias.

Bonū ⁊ bonitas. Ca.cclxxxij.

Bonum Bonitas.

Bonū generale nomen eſt: honeſta pariter atq; vtilia cōplectens vt bonum animi:bonū corporis:bonū fortune.bonitas vero non vt multi opinantur:ide3 vtriq; quod bonū honeſtū:ſed idem qđ benignitas: a primo ſit bon⁹ vir bon⁹ ſeruus:bonus index.i.iuſt⁹ ⁊ exequēs officij ſui Ab hoc bonus pater:bon⁹ dominus bon⁹ deus bonus Aeneas: hoc eſt benign⁹ ⁊ clemēs. Quidam quaſi altera3 iuſtitie parte3 eſſe conſtituūt vocātes eandē beneficentiā. Nam iuſtitiā partiunt in duas partes Juſtitiā que eſt ſeueritas ⁊ Beneficētiā quā ego voco bonitatem. Ergo qui plane bonus eſſe vult planeq; iuſtus bis bonus ſit neceſſe eſt. Et hoc quidē ad virtutē pertinet. Eſt aūt ⁊ alia bonitas nō ex induſtria ſed ex natura: tā homini q̄ quibuſdā alijs rebus attributa. Cic. Que ⁊ bonitate nature multi aſſequunt:et ꝓgreſſione dicendi:id eſt excellentia ⁊ dote nature Quin. At in ſolo fecūdo plus cultor q̄ ipſa per ſe bonitas ſoli efficit:nō dixit pl⁹ bonitas cultoris q̄ bonitas ſoli: q: excellēs cultor induſtria ſit:nō natura naſcitur Nonnunq̄ tamen bonitas pro iuſtitia ſiue honeſto accipitur. Cicero de officijs tertio. Cum eñ fide3 alicuius bonitateq; laudant:dignū eſſe dicūt quicum in tenebris mices. Quin.in.xij.q ſi mediocribus etiā patronis conuenit hecque vulgo dicitur bonitas cur non orator ille qui nondū fuit ſed poteſt eſſe tam ſit moribus q̄ dicendi perfectus virtute. Nonnunq̄ etiam bonū accedit ad naturam virtutis ⁊ bonitatis:nam cum dicim⁹ de equo ⁊ bono:non de rigore iuſtitie et de ſummo iure loquimur:ſed quaſi de bona equitate.

Epitome capitis.cclxxxiij.

¶ Lubricus dicitur locus in quo propter lubricitatem ac glabritate3 inſiſtere aut ingredi nequeas.aut quid in lubrico ſitum:vt pes ⁊ ocul⁹. Transfert aūt a multis ad libidinoſum q bene curata cute ⁊ luxu abundantes lubrici fere ſunt

Lubricus Ca.cclxxxiij.

Lubricus

Lubricus locus eſt i quo nequeas in ſiſtere:nec igredi: quales ſunt herbe perfuſe ſanguine:vt apud Vir.de Niſo:et Homer. de Aiace Oilcio Aut aliter humectata.marmora leuigata:lapideſq; vl'humore cōſperſi. Terra glaciata:aqua gelata pauimēta ceteraq; huiuſmodi lubrica dicunt. Inde per trāſlationē adoleſcētiā vocam⁹ lubricā:in qua qui ſunt velut in glacie facile labunt. Anguilla quoq; cōgrus murena ac ſimilia lubrica ſunt. Alio tamē modo videt Cice.dixiſſe lubricos oculos ⁊ imitatus cum Lactantius in libro. de homis opificio. Ita enim ait ille de natura deorū: ſed lubricos oculos fecit et mobiles vt declinarent ſi quid noceret:⁊ aſpectum quo vellent facile cōuerterent Dicti ſunt oculi lubrici eo modo quo a quibuſdā pes lubricus:pro eo q eſt in lubrico Ita oculi quaſi in lubrico poſiti ſunt:vt vix queant conſiſtere:quale eſt cum dicimus.

Spargo. humū floribus.

Spargo humum floribus: pro eo quod eſt ſpargo humi flores ⁊ ſterno lectum pallio:pro eo qđ eſt ſterno pallium lecto.

Epitome capitis.cclxxxiiij.

¶ Equalis dicitur eque magnus atq; coetane⁹ ſeu coeuus. Equabilis idem quod eque magn⁹. aut in magnitudine cōparabilis.

Equalis ⁊ equabilis. Ca.cclxxxiiij.

Equalis

Equalis quid ſit:notu3eſt vt in illo. Sintq; pares in amore:et equales ſepe accipit pro coetaneo ſiue coeuo:vt virgili⁹ Equalemq; ab humo miſerās attollit amicū. Cic. Ego Quin. Maximum eum qui tarentu3 recepit ſenē adoleſcens ita dilexi:vt equalem. Et iteru3. Nec cū equalibus ſolu3:qui pauci admodu3 reſtant:ſed cum veſtra etiam etate atq; vobiſcum.

Equabilis

Equabilis ide3 quod equalis in pauciori ſignificato vt idē Non ius equabile quod aliquid vtilitatis haberet acceperat. Iteru3 Et vox reducitur in ſonu3 quendam equabilem atq; conſtantem.

Epitome capitis.cclxxxv.

¶ Perfidus peruerſe fidei qui fidem violat. Infidus cui non eſt fidendū. quia fide caret.

Inter perfidum ⁊ infidum. Ca.cclxxxv.

Perfidus Infidus.

Perfidus qui fidem violat. Infidus cui non eſt fidendū:hoc a fido deſcēdit quod habet primā longam ſiue fido a fidus. Illud a fides quod habet primam breuē ideoq; hec duo adiectiā vario accentu efferuntur.

Epitome capitis.cclxxxvj.

¶ Moratus qui moribus bonis eſt preditus:

morigeratus qui morem geſſit:morem autē gerere eſt obſequi ⁊ inſeruire:ita vt ad voluntatē alterius morem geras.

Moratus ⁊ morigeratus. Ca.cclxxxvj.

Moratus. Morigeratus. Morez gerere. Accurſiana inſcitia.

MOratus eſt qui moribus ē preditus Morigeratus participium eſt ex morigeor qđ eſt morem gero.i. obſequor et obedio. Unde morigerus obſequēs:obediens ⁊ facile morem gerens qđ Accurſius non intelligens. Quid autem intelligat ſi ignorat quid ſit morez gerere: pro gloſa ſcriptum reliquit. Soluat apollo:quaſi aut enigma eſſet : aut apollo ſoluere enigmata ſoleret magiſq̄ ſoluenda proponere:⁊ alibi. Primipil⁹ inquit nomen grecum eſt.

Epitome capitis.cclxxxvij.

¶ Proteruus aproterendo videtur durus et cedere neſcius ac repugnans dictis ⁊ factis. Procax qui preoccupat omnia ſuperbis dictis et factis. Petulans dictis aut factis laceſſens ⁊ petens vnumquēq̄. Unde proteruitas leuior quedā ē ɔtumelia. ꝓcacitas maior petulātia maxima

Proteruus:procax:petulans. Ca.cclxxxvij.

Proteru⁹.

PRoteruus:procax ⁊ petulans: multum ſimilitudinis habent ⁊ quaſi aliđ alio magis increſcit tam in factis quaz in dictis: tria hec tum quandam laſciuiam. libidinemq̄ declarāt: tum iniuriam. Nam ⁊ pro reruuz petulantemq̄ eodem loco de inhoneſta femina apud Cice. legimus pro Celio. ſi vidua libere:proterua petulantur:diues effuſe:libidinoſa meretricio more viueret. Proteruā minor egradu q̄ petulantem ſignificauit. Petulans pro libidinoſo laſciuoq̄ accipi notū eſt:vt petulanſq̄ iuuenta. Et Qui. Quinetiā vt poſſes verbis petulantius vti. Nō ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi id eſt laſciuius ac liſcentius. Procaces quoq̄ meretrices legimus:qualis bacchis terentiana Ceterum quia impudice mulieres:q̄ pudori ſuo [que vna dos feminarum eſt] non parcunt:ne verbis quidez mordacibus ſimul ⁊ turpibus parcūt:a ſeipſis ſueq̄ conditionis feminis capientes principiū Proteruia leuior quedam contumelia. Procacitas maior. petulantia maxima. Ci. in Saluſt. Ne in idem incidam vitium procacitatis quod huic obijtio. Et iterum. Non enim procacitate lingue vite ſordes eluuntur Atq̄ iterum. Nam q̄ iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem filiamq̄ meam inuaſiſti. Et iterum in eundē. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua: Deſine morbo procacitatis iſto vti. Saluſt. in Ci. Grauiter ⁊ iniquo animo male dicta tua paterer. M. Tulli. Si te ſcirez iudicio animi magis q̄ morbo petulantia iſta vti. Et iteruz Bibulū petulantiſſimus verbis ledis. Ideo eadem noīa in factis quoq̄ nonnunq̄ reperiunt̄ ſi quis ambulans per impotentiam mentis obuium cupito feriat aut cum contumelia ſibi cedere cogat:

Petulans. Procax Pudor. dos mulierum. Proteruia. procacitas Proteruus in factis. Procax ac petulans.

hunc proteruum dicimus:⁊ Virg. Auſtros procaces vocat:⁊ ab eodē Hediq̄ petulci floribus inſultent. Dictum eſt q̄ hedi ſoleant iniuriaz facere per animoſitatem quandam tranſcendendo ſepes:⁊ alia loca penetrando que iniuria petulantia eſt.

Epitome capitis.cclxxxviij.

¶ Orbus dicitur quicunq̄ re aliqua cara priuatus eſt:vt oculis ac liberis: ſed proprie liberis. ſed ⁊ liberi dicuntur orbi parentibus. Inde orbitas talis priuatio. Celebs autem dicitur non vt quidam putant caſtus ſed ſine coniuge etiaz ſi libidinoſe viuat Inde celibatus ſtatus ſine coniuge. Hiero. tamen. Auguſti. ⁊ Priſci. a celo deducunt

Orbus ⁊ celebs. Ca.cclxxxviij.

Orbus Orbitas

ORbus dicitur quicunq̄ aliqua re cara priuatus eſt. Proprie autez parēs a miſſis liberis quaſi a miſſa luce oculorū. Unde illud frequens parens liberorum an orbus:et hinc orbitas que eſt illa qualitas patruz poſt amiſſos liberos:vt vxoris viduitas poſt amiſſum maritum. Quint. de patribus in ipſos loquens pro vxoribus ait. Non habet orbitas veſtra lachrymas ſuper ardētes rogos Tenetis inconcuſſam rigidamq̄ faciem Contrarium huic eſt : cum dicitur orbus quaſi orphanus vt apud Terentium. Orbe qui proximi ſunt vxorem ducant. Et hinc orbitas apud. M. Tullium libro.iij. de oratore. quaſi orphanitas. Deplorauit enim cauſam atq̄ orbitatem ſenatus cuius ordinis a conſule: qui quaſi parēs bonus atq̄ tutor fidelis eſſe deberet. tanq̄ ab aliquo nefario predone diriperet̄ patrimoniuz dignitatis. Celeps non tam qui caruit ſemper vxore:q̄ qui nunc caret:⁊ inde celibatus..

Celebs Celibatus

Epitome capitis.cclxxxix.

¶ Diuturnus ⁊ diutinus dicitur per longū tempus durans:aut qui durauit:ſerotinus aut veſpertinus:aut nimis tardus quaſi poſt tempus debitum : ſicut precox ante tempus ſuum coctum dicitur. At prematurum contra ante maturitatem Maturum autem eſt quod neq̄ ſerius neq̄ citius coctum eſt aut perſona ſenilis ſeu perfectis moribus. Inde maturo maturū facio ſeu feſtino.

¶ In illo ti primo eneid. Maturate fugaz: volūt peritiores nō eſſe idē qđ feſtinitate:ſed mature agite. q. d. ne ſcitis nimiuz precipites : ſed audiatis que dicaz. Unde addit. Regiq̄ hec dicite veſtro Multi prematurum putant ante tēpus maturum. cū ſit nondum maturum ⁊ quod officio fungitur priuſq̄ ſit maturum. Homo ſenilis recte a ſeruo cenſetur maturus cuo. ſed ꝑfectis moribus:maturus cui q̄ſi maturans eū

Diuturnus:diutinus:precox:ſerotinus:prematatur⁹ matur⁹. Ca.cclxxxix.

DIuturnus et diutinus nihil differunt. Ueruntamen in bonum ⁊ malum repetitur: ⁊ vtrunq̄ a diu ſiue diutinus venit. Sed vnum eo mō

formatur quo a die diurnꝰ: ⁊ a nocte nocturnꝰ
Alterum quo a ſero ſerotinꝰ: a mane ſiue a ma
tuta que eſt dea matutinus: ⁊ vt aliqui vtuntur
a veſpere veſpertinus. De diuturnus plurima
exempla ſunt. De diutinus apud Ciceronē per
pauca: ad Brutū ſic ſcribit. Libertatꝫ deſiderio
tedioqꝫ diutine ſeruitutis. Quin. Nō ſic cōfun
dunt obuios grauibus cathenis: colla ſtriden-
tia. Nec diutino ſqualore concreta facies. Or
Serotinꝰ Sero dixi ſerotinus a ſero videor ſignificaſſe ſero ꝓ
veſpere nō pro eo qđ eſt tarde ſiue poſt tempꝰ
Hec eñ tria ſero ſignificat: que tamē idē ſunt.
Una ⁊ vera ſignificatio eſt pro veſpere quodꝰ ē
poſt occaſum. Altera que hinc naſcitur que eſt
poſt tempus. Qđ eñ poſt ſolis lucē eſt: id vere
poteſt poſt tēpus dici. Ci. Cū accuſator Milo
nis identidē interrogans inſtaret: quo tēpore
clodius eſſet occiſus: vrbane reſpondit ſero: nō
tam horam intelligens q̄ tardiꝰ occiſus: ⁊ poſt
tempus quo debuiſſet occidi. Tertia ſignifica
tio eſt pro tarde non pro tardius: vt apud Se
necā in tragedijs. Sero nos illa referat ſene-
ctus. Nemo ad id ſero venit vnde nunq̄ cum ſe
mel venit potuit reuerti. Serotinus igitur tuꝫ
a primo ſignificato: vt quibuſdā placet: veniēq̄
Precox. dicūt horā ſerotinā: tū a poſterioribꝰ. Appella
mꝰ eñ vt ꝓcoces vuas: precoces ſicꝰ ꝓcocia po
ma: que ante legitimū cōſuetūqꝫ tēpus: ſiue ci
to matureſcunt. Ita ſerotinas vuas: ſerotinos
ficus ſerotina poma: que poſt tēpus legitimuꝫ
cōſuetūqꝫ ceteris pomis vel tarde matureſcūt
Precox quoqꝫ ingeniū per tranſlationem dici
mus qđ nimis cito maturitatē conſecutū: nimiſ
qꝫ cito videtur adoleuiſſe. ideo ait Quin. Illud
ingeniorū velut precox genus nō temere vnq̄
peruenit ad frugē. idem nō fere vnq̄ ad perfe-
ctionē: tanq̄ ad frugē fructūqꝫ peruenit ꝓcox
quaſi ante tempus excoctū. Huic ſimile ac diſ-
ſimile eſt prematurus: qđ eſt anteq̄ ſit maturꝰ:
et ante maturitatē vt ſegetes ꝑmature. frumē-
ta ꝑmatura: poma prematura. i. nondū matura
et per tranſlationē prematurus ſum militie: ꝑ
prematurꝰ matura etas: prematura legatio: prematura al
locutio: prematura poſtulatio. i. immatura q̄ꝗ
maturū ipm in frugibꝰ ꝓprie dicitur. et id vno
modo. In perſonis vero figurate: ⁊ hoc duobꝰ
Maturus. modis. Uno ſic: Ego ſum maturus audiēde phi
loſophie. Tu es maturus rei militaris. i. perfe-
ctionē temporis habes ad hanc rem. Unē etas
ſenilis vocatur matura quaſi omnino perfecta
et tempus debitū aſſecuta. Altero ſic. Ego ſuꝫ
homo maturus. i. perfectis moribus. ⁊ in hac ſi
gnificatione nō componitur. Inde matureſco
Maturo maturus fio: ⁊ maturo maturum facio. vel per-
maturrimꝰ ficio atqꝫ feſtino: vt Uerg. Maturate fugā Ci.
ad Herenniū. In etate maturrima dixit. pro in
etate feſtinatiſſima: ⁊ mature pro cito.

¶ Epitome capitis. cccc.

¶ Annuū dicetur aut quod per totum annum
aut quod ſemel ſit per acto anno.
¶ Unde annuus penus a plauto qui annuꝫ du-
ret dicitur. Et annua ſacra a Uergilio que per
acto anno ſigulis annis ſemel fiant.

¶ Annuus. Capꝰ. cccc.

Annuus eodeꝫ modo dicimus Annuus.
quo diurnus: ſpacium diurnū: ſpaciuꝫ
annuum vnius diei. vniuſve anni. An-
nuus quoqꝫ quomodo quottidianus:
febris quottidiana eſt: que ſingulis diebus ve-
nit. Ita apud Uirgil. Atqꝫ annua magne ſacra
refer cereri. i. ſingulis annis. et duo illi Epicu-
rei philoſophi annua febri quo die nati fuerāt
corripiebantur: qua febri ⁊ mortui ſunt atqꝫ eo
dem quidem die: dictum eſt ergo annuum qua-
ſi anniuerſariū. Nā vt feſta: ſic febris quibuſdā
quorū etiā auguſtus fuit. anniuerſaria ſunt.

¶ Epitome capitis. ccccj.

¶ Capitale odium aut ſuppliciuꝫ ſeu morbi ge
nus dicitur quod caput alterius petit. Capita-
lis homo cuius caput petitur. Capitale vitium
propter quod caput petitur.

Capitalis cap. ccccj.

Capitale odiuꝫ quod caput Capitale
et vitam petit alterius. Ci. Cum
is tribunuſplebis capitali odio a
Quint. Pompeio: qui tū erat con
ſul diſſideret. Item capitale ſup
plicium: capitalis morbus: qui caput alteriꝰ pe
tit. Capitalis autem homo: capitale vitium: ca
pitale peccatū: nō q̄ petat alterius caput: ſꝫ cuius
caput: aut propter quod caput cōmittentis pe
ti debeat ad penam: vt idē capitalis. Eteocles:
vel potius Euripides. Et alibi fieri ait in ciui
tatibus vitia capitalia.

¶ Epitome capitis. ccccij.

¶ Meritoria taberna que ꝓ mercede patet: me
ritorius puer ſtupro a magone pro mercede ex
poſitus. Puella autem non meritoria: ſed pro-
prio vocabulo meretrix dicitur. Ingenui auteꝫ
dicuntur qui quia liberi ſic non proſtituuntur.
Mango eſt qui pueros. puellas. equos. canes.
aut ſimilia venundat. Mereri autē aut merere
eſt ſtipendia facere ſeu pro mercede militare.
Lucanus. Aere merent paruo.

¶ Meritoria taberna. cap. ccccij.

Meritoriam tabernam: di-
uerſorium atqꝫ hoſpitium mer- Taberna meritoria
cenarium vocamꝰ: quo cuiqꝫ in
troire liceat danti mercedem: nā
mereri mercede operari: labo- Mereri
rare atqꝫ alteri inſeruire ē: ideo Stipēdia
q̄ mereri in militia eſt exerceri ꝓpter ſpē ſti facere.
pendij ac premij: quod dicitur ſtipendia facere Meretrix.
Hinc meretrices dicte ſuam ⁊ ipſe militiam ex Meritorij
ercentes: ac ſtipendia ſua faciētes ⁊ adiectiuū pueri.
meritorius. ria. rium. Unde ſcorta maſcula pue
ri meritorij vocantur: nam puelle nō vocantur
meritorie. Quippe proprium ſuum habentes
nomē qđ eſt meretrix. Quidā aiūt hos pueros
dici catamitos: qđ mihi nō videt: ſed potiꝰ con
cubinos. meritorij nāqꝫ vt meretrices ꝓcio me
rent Cic. in Antonium. Ingenui pueri cū meri Ingenui.
torijs: ſcorta cuꝫ matribuſfamilias verſabant:

ingenuos liberos dixit. Meritorios ergo nõ li
Mango. beros: quos mango qui ideo hoĩes mercat̃: vt
vẽdat cõmodare etiã abutendos precio ſolet:
ſiue illi dñorum permiſſu: aut ipſi ſuo iure ꝓſtant
appellamus corpus meritoriũ tã puerum merito
riũ ꝙ meretricẽ: rationẽ ꝗ meritoriã quaſi vi-
lẽ ⁊ male correctã. ¶ Epitome capitis.ccxciij.
¶ Infenſus vehemẽter iratus ꝙ ſi multũ offẽ-
ſus. Infeſt⁹ vim iferẽs ⁊ ita multũ moleſt⁹ Vñ
infeſtare ꝗ frequẽti⁹ ꝙ moleſtare vtunt̃ docti.

¶ Infenſus: infeſtus. Cap. ccxciij.

Infenſus Infeſtus Infeſto
INfenſus vehementer ira
tus: ⁊ odiũ gerẽs: infeſtus vehe
mẽter moleſtus: atq; in aduer-
ſum vadẽs. Inde infeſtare icur
ſibus crebris moleſtia afficere:
Moleſto. et ſigna infeſta que in aduerſum
tendũt. hoc eſt vexilla in hoſtẽ euntia: vt mole-
ſtiã inferãt: Moleſtare aũt rari⁹ reperit̃ ꝙ in-
feſtare. Modeſtinus iuriſcõſultus ait. Ab Au-
relio Sẽpronio fratre meo neminẽ moleſtari
volo. ¶ Epitome capitis.ccxciiij.
¶ Preſens dr̃ nõ ſolũ qđ nũc adeſt: ſed qđ pri⁹
affuit aut qđ aderit vñ vſus ſuz. Utor ⁊ vtar pre
ſentibus viribus meis in ꝑlio. Pñs aliqñ in p̃-
ſentiarũ eſt. Pñs itẽ ſubitũ ⁊ nõ dilatũ in alte-
rũ tẽpus: ⁊ qđ cito erit in opus ſuũ: quaſi p̃ſen-
taneũ. Unde ⁊ p̃ſtãs dicit̃ ⁊ cito auxilians. In
rem aũt preſentẽ locũ nõ tp̃s cõnotat. Ad tem
pus vero aut pro oportunitate aut vſq; ad cer-
tum tempus intelligitur.
Pro cito auxiliãte q̃ſi pñs numẽ hñte dicit Vir
gil. i buc. Nec tã p̃ntes alibi cognoſcere diuos.

¶ Preſens ad tempus. Cap. ccxciiij.

Preſens. PReſens non modo quod eſt
hui⁹ tẽporis: ſed etiã alteri⁹. vt Ci.
Ego in columitati ciuiũ primuz et
poſtea dignitati: ille preſenti poti⁹
dignitati ꝙ future conſulebat. De
mortuo loq̃t. Ergo nõ nũc p̃ſenti: ſʒ tũc Quin.
de ipſo cicerone iã defuncto loquẽs ait. Poſtea
vo ꝙ triumuirali ꝓſcriptione ꝯſumpt⁹ eſt: paſ
ſim qui oderãt: q̃ inuidebãt: q̃ emulabant̃: adu
latores etiã p̃ntis potẽtie nõ reſponſurũ inua
ſerunt. preſentis potentie q̃ tunc erat pñs. Ne-
q; in preteritũ mõ verũ etiã in futurũ. vt Hora.
Pleraq; differat ⁊ pñs in tẽpus omittat. Hoc
amet hoc ſpernat ꝓmiſſi carminis auctor. In
pñs. i. in ſuũ tẽpus: vt dixi qñ tẽpus rei dicẽde
Impreſen adcrit niſi accipiat̃ ꝓ imp̃ſentiarum: vt idẽ. ij. car
tiarum. minũ. Letus in pñs anim⁹: qđ vltra eſt oderit
curare: ⁊ amara leto Temperet riſu nihil eſt ab
omi parte beatum. Preſens quoq; dicitur ſubi
tus: ⁊ non dilatus in alterũ tẽpus: vt Virg. Pre
ſentẽq; viris intentãt omia mortẽ Iuue. Pena
tamẽ preſens. Et preſens vltio: vnde p̃ſentiſſi
mũ periculũ: p̃ſentiſſima medicina: ⁊ p̃ſentiſſi
mũ remediũ: p̃ſentiſſimũ venenũ: qđ etiã p̃ſen-
taneũ vocatur: Preſentiſſimũ q: ſtatim aut ſa-
nat aut occidit: ⁊ qm̃ ea que preſentem vim effe
ctumq; exhibent: preſtantiora ac potentiora ce
teris videtur: ideo in hunc quoq; ſenſuz accipi
ſolent. Unde preſens animus dicitur preſtans
atq; excellens. Et preſens remediuz: preſenſq;
virtus. i. potens ⁊ in primis efficax. In rez pre-
ſentem non tempus ſed locũ ſignificat. vt Cic.
lib. offi. primo vt ſi conſtitueris cupiã te in rez In rẽ p̃
preſentem eſſe venturum. i. ad locum de quo cõ ſentem.
trouerſia eſt. Liuius. lib. xxxiij. Reſponderi le
gatis vtriuſq; partis placuit miſſuros eẽ in af
ricam qui inter populum carthaginenſez: ⁊ re
gem in re preſenti diſceptarent. Idẽ lib. xviij.
Eodem anno inter populum carthaginenſem
et regem Maſiniſſaz in re preſenti diſceptato-
res romani de agro fuerunt. Ualerius maxim⁹
lib. vij. Quinti. Fab. Labeo arbiter a ſenatu fi-
niuz conſtituẽdorũ inter nolanos ⁊ neapolita-
nos datus: cum in rem preſentẽ veniſſet: vtroſ Ad tẽpus
q; ſeparatim monuit. Ad tempus duobus mo-
dis ſumitur: vno ad conditionẽ tẽporis neceſſi
tatem oportunitatẽ. Cicero pro Milone: ꝙ ad
tempus apte ſimulationes. Quin. Fingere ni
mirũ ad tẽpus videbor: ⁊ rem nimiũ manifeſtã
impudẽter cõplorare. Altero ad ſpaciũ tẽpo-
ris: vt ſilebo ad annũ ⁊ vſq; ad tẽpus quoddaz:
vel in tẽpus. vt Quin. Optimum emendẽdi ge
nus: ſi ſcripta in aliqđ tempus reponantur: vt
ad ea poſt interuallũ velut noua atq; aliena re-
deamus: id eſt vſq; ad aliquod temp⁹. Nã ſepe
ſubintelligitur vſq;. vt idem. Ne id veterib⁹ ro Uſq;
manis dedecori fuit: argumentum eſt ſacerdo-
tum nomine ac religione durans ad hoc tẽpus
ſaltatio. id eſt vſq; ad hoc tempus.

¶ Epitome capitis.ccxcv.

¶ Stultus qui improuide agit licet incipiens
plane non ſit. Fatuus plane inſipiens eſt. Sto
lidus ad naturam pecudum accedens.
¶ Stultus ab alijs dicitur qui alicui rei nimiũ
ſtudet ⁊ ita imprudenter agit vt qui mercatiõi
rerum inutilium: aut amoribus nimium inten-
ditur. Fatuus non a fatua ſed a fando vt faun⁹
et fatua ab alijs deducitur: qui plus equo ⁊ in-
conſiderate fatur. Stolidus qui ſtupore pecui
no corripitur. Ita vt tardius intelligat Simo
terentianus. Uit tandem ſenſi ſtolidus.

¶ Stultus: fatuus: ſtolidus. Cap. ccxcv. Stultus.

STultus qui imprudens eſt et
improuidus: multiq; non inſipiẽtes
homines aliquando ſtulte agũt. Fa
tuus plane inſipiens: tractuz eſt a ſa Fatuus.
pore ciborum. Nam cum illi non ſapiũt fatui
dicuntur: ita ⁊ homo qui non ſapit fatuus voca
tur. Martialis: Ut ſapiant fatue fabrorum p̃rã
dia bete. O ꝙ ſepe petet vina piperq; coquus.
Melior huius vocabuli videtur hec cauſa: ꝙ ea
que quibuſdam placet: fatuos dictos qui furo-
ri quodam quaſi vxor regis Fauni Fatua noĩe
corripi ſolebat: futura predicũt: vt illa faciebat
Stolidus eſt qui proxime accedit ad naturam Stolidus
ſenſumq; pecudum.

¶ Epitome capitis.ccxcvj.

¶ Beatus dicit̃ bene habẽs; ea videlicet om-

nia que ad vite vſum ornatum𝛈 ſpectant:vñ ⁊ alia res vt vox abundans et oīs numeros ſuos habens beata dicitur. Beati quo𝛈 ſunt ſuperi:qui ijdem felices.

¶ Sed de hac re latius Mancinellus ex Beroaldo collegit dicens Btūs proprie ꝙ dici poſſit a Seneca:a M. Tul. ab horatio:ab aliīs pluribus docemur. Seneca enim epiſtola prima. li. vj. ita ſcribit. Si vti𝛈 vis verborū ambiguitates deducere:hoc nos doce beatū nō eū eē quē vulgus appellat:ad quē pecunia magna cōfluxit. Sed illum cui bonum omne in animo ē erectum ⁊ excelſum ⁊ mirabilia calcantem: qui neminem videt cum quo ſe commutatum velit: ꝙ homines ea ſola parte exiſtimat:qua homo eſt qui natura magiſtra vtitur. ad illius leges cōponitur. ſic viuit quomodo illa preſcripſit. Cui bona ſua nulla vis excutit. qui mala in bonū cōuertit:certus iudicij:inconcuſſus:intrepidus: quē nec aliq̄ vis mouet:nulla perturbat:quā fortuna quum in eum quod habuit telum nocentiſſimum vi maxima intorſit; pungit nō vulnerat. et hoc raro. Nam cetera eius tela quibus genꝰ humanū debellat:grandinis more diſſultant: que incuſſa tectis ſine vllo habitatoris incommodo crepitat ac ſoluitur. Apuleius etiam in libro de philoſophia ſic ait. Uerum enimuero illum oīibus beatū videri cui ⁊ bona ſuppetūt: et quemadmodum carere vitijs debeat callet. Et M. Tul. lib. v. tuſcul. ita ſcribit. Uideamus qui dicēdi ſunt beati:equidem hoc exiſtimo ꝙ ſint in bonis nullo adiuncto malo. Hora. vero lib. primo epiſtolarum ad Quintium inq̄t. Ne tu putes alium ſapiente bono𝛈 beatum. — Beatus.

¶ Beatus:felix. Cap. cccxvj.

Beatus — Beatus qui rebus oībus ad vite vſum ornatū𝛈 ſpectantibꝰ abūdat. Ideo𝛈 locupletes ſane homines beatos vocamus:vt apō Iuuenalem. Uetule veſica beate. ⁊ Cice. Sint florētes ſint beati:Et alibi: Crotoniate quondā cū florerent omnibus copijs:⁊ in Italia cum in primis beati numerarent. Uñ apō inferos i elyſijs campis beati vocantur:⁊ a nobis ꝙ apud ſuperos viuunt:vt pene ijdem ſint felices ⁊ bti. Felicitas ⁊ beatitudo:felices inquā omniū bonorum compotes ſunt. Et alie res pro ſua queq̄ natura beate felices𝛈:veluti de voce apō Quintilianum. Ornata erit pronunciatio:cui ſuffragatur vox facilis magna:btā:flexibilis: firma: dulcis:durabilis:clara:pura ſecans aera: auribus ſedens:beata dixit pro eo quod eſt plena ⁊ perfecta:⁊ alibi. Nam vocis quantam in nullo cognoui felicitas.

¶ Epitome capitis. cccxvij.

¶ Mollicies pro rerum qualitate laudi aut vitio datur. Nam mollis homo vituperatur: molle ſignum laudatur quaſi flexibile ⁊ viuam effigiem habens. Eſt autē ſignum fuſa ſculpta:aut celata effigies. Tabula que picta eſt.

¶ Mollis homo:molle opus. Cap. cccxvij.



Mollis hō dicitur:et molle opus hoc in laudē:Illud in vituperationem Uirg. India mittit ebur:molles ſua thura ſabei. Idē Excudēt alij ſpirantia mollius era. Credo equidē viuos ducent de marmore vultus. — Mollis hō et opus

Quod non ſine ratione factū eſt. nā qui non fuerit ſeuerus:fortis:cōſtans et in morem rei dure patiens: reſiſtens𝛈 fortune vel aduerſe: vel blāde: hic mollis eſt ſimilis cere:aut tenellis plantis: cū preſertim ꝙ mollicula mēbra habēt:fere molli ſint mēte:vt pueri femine𝛈. Cōtra aūt milites naute: agricole vt corpore:ita animo indurati putant. Hoc igitur modo mollis accipit in vitiū. In laudē vero ꝙ vitio datur durum:vt durus cibus. durum cubile:durum ſolum:ita durū. Ingenium [illegible] durus equus ad domandū:durū ingeniū. ad docendū ⁊ vt ſic dicā ſculpendū. Eadē ratiōe molle dicetur qđ nō eſt durū:erit𝛈 laudabile. Quintilia. de ſignis loquēs inq̄t. Illius opera duriora:molliora huius. — Signa.

Dicunt aūt ſigna opera ſculptilia:ſiue fuſilia:ſiue cetera eiuſmodi ad effigiē animaliū fabricata:quēadmodu tabule operā pictorū. Siquidē in tabulis antiq pingebāt: nō in parietibꝰ:hec talia magis dicent mollia que fiunt:ꝙ ingeniū quod facit. — Tabule.

¶ Epitome capitis. cccxviij.

¶ Crudus cibus nō coctus dicit. Crudus hō ꝙ cibū difficulter digeſtibilē comedit aut ꝙ nōdum digeſtū hꝫ. Itē ꝙ ex hoc truci aſpectu eſt. Preterea crudū dr recens ⁊ non maturum.

¶ Crudus. cap. cccxviij.

Crudus — Crudus vocatur non qui cibū indigeſtū hꝫ in ſtomacho: ſꝫ ꝙ egre difficile𝛈 digeſtibilem ex ꝙ offendit vel tanꝙ nimio vl tanꝙ noxio. vt Ci. de roſcio ꝙ in ſcenā nō veniret:ꝙ eſſet crudior Et Quin. Crudo oratori declamādū nō putat. At cibo īdigeſto fere ⁊ oramꝰ ⁊ negocia agimꝰ vel magis ꝙ digeſto ⁊ modificato cibo iter reficī maluimꝰ ꝙ cetera facere. Appellamꝰ aūt hominē crudū pſertim ꝙ eſt truci aſpectu:ꝙ eiꝰ aſpectu oculi noſtri offendunt:vt ſtomachꝰ crudiṫate cibi: vel ꝙ facies crudū habētis animū inſuauis ⁊ feda eſt vt facies crudū ſtomachū habentis ſiue crudū cibū in ſtomacho. Eſt etiā crudū idē qđ recēs. Unde crudus dolor: crudū vulnꝰ: et recrudeſcere dolor ac vulnꝰ dicit quaſi renouari:Et cruda poma dicimꝰ q̄ nō ſunt matura. Cicero. Poma que cruda ſunt vi auelluntur que autem matura ⁊ cocta decidunt.

¶ Epitome capitis. cccxix.

¶ In diē viuere:eſt nō curare de craſtino quaſi ad preſentē dūtaxat diem cogitare ac ſi non ſit alius futurus. In dies eſt quottidie: ſꝫ perit dictionē incrementi:cum q ua ⁊ ſine qua quottidie ponimꝰ. ſed cū diſcrimine. Nam vt quottidie plures moriantur ſatis eſt ſi heri quin𝛈 ⁊

hodie ſex mortui ſunt:vt cras ſeptē moriantur
at vt indies aut in ſingulos dies neceſſe ē ſi he
ri quinqꝫ mortui ſunt:hodie moriant̄ ſex . cras
octo.perēdie.xj.⁊c.Et ſicut in diē ⁊ in dies diſ-
ferunt:ita in horā ⁊ in horas: Propediem.i.ſta
tim quaſi prope ſit dies: prope modum.i. pene
quaſi prope ſit modus qui exigitur.

¶ In diē in dies:in horā ⁊ in horas. ca.ccxcix.

In diem. In dies IN diem aliud multo eſt ꝙ
in dies:illud plerūqꝫ cū hoc v̄bo
viuit iungit̄:vt Quin. Nō vt fere
volucres p̄ſentis mō cibi memo-
res in diē viuūt. Duraturus hye
mi reponit̄ victus. Aliqñ ſed ra-
ro cū alio iungit̄ verbo:vt Saluſt. Panē in diē
mercari:quaſi dicat p̄ſentis diei habere ratio-
nē:nihilqꝫ cogitare de craſtino. In dies eſt idē
qḋ quotidie.ſed ꝓprie cū quodam incremēto.
Ideoqꝫ plerūqꝫ cū cōparatiuo: vt cum in dies
malum arctius p̄meret. Et cū in vrbē infinitū
malū ſerperet idqꝫ manaret in dies lati⁹ Etiā ſi
ne ꝯparatiuo ſed tñ per verbū ſignificās incre-
mentū.vt Liui⁹ Creſcēte in dies multitudine.
ſcꝫ quottidie:aut in dies magis: cū tñ liceat ſu-
periora ecē pla dicere:per quottidie.cū quotti
die malū arcti⁹ p̄meret:⁊ cū in vrbē infinitum
malum ſerperet.idqꝫ manaret quottidie lati⁹.
et in ſingulos dies:vt Ci.ad Atticum.Quotti
die vel potius in dies ſingulos breuiores lr̄as
¶ Compertum eſt mihi ⁊ exploratum eſt item comperi ⁊ exploraui idem ſunt. i. per inueſtigationem ſcio: ſed exploraui ſepe accipitur pro inueni: cum exploro ſit inquiro ſagaciter: vnde exploratores ſubtiles idagatores. ⁊ inquiſitores. Item conſtitutum eſt: deliberatum eſt decretũ eſt mihi: ⁊ conſtitui ac decreui idem ſunt: hoc ẽ cogitando firmatum eſt. Sed deliberaui nõ eſt idem quod conſtitui aut decreui: ſed diſquiſiui dubitauiqꝫ. Similiter exigo: id eſt iure quodaꝫ poſtulo: ſed exegi ⁊ exactum eſt: eſt poſtulando obtinui: ⁊ poſtulando obtentum eſt. Item queſitum eſt id eſt partum ⁊ acquiſitum eſt: eũ querere ſit inquirere. Eſt tamen etiam quaſi accumulare Hora. Querit ⁊ inuentis miſer abſtinet ⁊ timet vti.

Compertum eſſe: exploratum eſſe. Ca.cccxxiij.

Cõptũ eſſe Exploratũ eſſe. Comperi. exploraui. Cõſtitutuꝫ deliberatũ. Decretum. Conſtitui. deliberaui. Decreui.

Compertum eſt mihi ⁊ exploratum eſt mihi idem eſt quod ſcio ꝑ inueſtigationem. ſimiliter comperi ⁊ exploraui. conſtitutuꝫ eſt mihi: deliberatum eſt mihi: decretum eſt mihi: idem qđ apud me cogitando firmatum eſt. ſimiliter conſtitui ⁊ decreui. At nõ ita deliberaui. poſſuꝫ nãqꝫ deliberaſſe: ⁊ nihil tamen conſtituiſſe Quin. in egro redempto. Oderitis licet confeſſionẽ meam deliberaui. hoc eſt dubitaui et heſitaui Itaqꝫ differt an dicamus ſenatus deliberauit an ſenatui deliberatum eſt. i. decreuit. Plinius iunior. Cum ego. ſi fixum iſtud tibi ac deliberatum eſt: ſequar te. Cicero in. Uertem. Deliberatum autem eſt ſi tes opinionem meamquam de Uobis habeo fefellerit non modo eos pſequi adquos maxime culpa corrumpẽdi iudicij: ſed etiã illos ad quos cõſciẽtie cõtagio ptinebit. Exploraui tñ pro inueni fere accipiť cũ exploro idem eſt quod inquiro ſagaciter: vnde exploratores. Ideꝫ fit in nõnullis alijs: vt erigo qđ eſt vehemẽter ⁊ iure quodã poſtulo inde exegi ⁊ exactũ eſt qđ poſtulãdo obtinui: ⁊ poſtulando obtentũ: tale eſt queſitũ, p partum: a quero.

Exploraui Exploro. explorator Exigo. Exegi. Exactũ eſt Queſitũ ẽ.

Epitome capitis.cccxxiiij.

¶ Fenero tibi id eſt pecuniam aut aliud pro fenore ſeu vſura do. Mutuo tibi id eſt mutuo do. feneror abs te id eſt mutuo accipio.

¶ Id autem proprie nam interdum confundũtur vnde Mancinellus. Fenero ⁊ feneror idem ſignificant Seneca epiſtolarum ca.ij. Quantũ paſcat aut feneretur. id eſt ad vſuram det. Epiſtola.xij. Multum ſerit: multum fenerat ⁊c. Cicero item in Lelio inquit. Ut enim benefici liberaleſqꝫ ſumus. non vt exigamus gratiam: neqꝫ enĩ beneficium fenetamur ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Sic amiciciam nõ ſpe mercedis adducti. ſed oĩs eius fructus in ipſo amore ineſt: expetendam putamus. Et prouerbiorum.xix. Feneratur domino qui miſeretur pauperis. A. Gellius iteꝫ libro.xvij.ca.xij. ſcribit. feneror pro fenero dictũ eſt: ſicuti aſſentior pro aſſentio. ⁊ pigneror pro pignero. Et Feſt⁹ inquit fenero ⁊ feneror dici poteſt. Sciendum tamen eſt fenero tibi ⁊ feneror tibi vt ſuperius patuit idem eſſe. Fenero autem a te aliud ſignificare: nam idem eſt quod ad vſuram accipio: legimus enĩ lib.xxxj. digeſtorũ prope finẽ. Si autẽ aliquis eorum voluerit vendere partẽ ſuam [domorũ ſupple] vel fenerari ſuper eã: poteſtatẽ habeat vẽdere coheredi ſuo ⁊ fenerari ab eo Inueniuntur auteꝫ plura eadẽ terminatione diuerſa ſignificare: diuerſis quidẽ caſib⁹: vt comitor illum actiua ſignificatione. Comitor ab illo paſſiua. Preterea mutuo et mutuor idẽ ſignifi-

cant:ſicuti feneror et fenero vt diximus. Sene. enim epiſt. lxxiij. inquit. Quanto hilarior ē qui ſoluit. ꝙ qui mutuat ⁊c. id eſt qui mutuo accipit. Priſci. etiam libro. viij. ſcribit ꝙ multa ancipiti terminatione in vna eademqꝫ ſignificatione protulerunt antiqui: vt partio et partior: meridio ⁊ meridior: mutuo ⁊ mutuor. Quod quidem Iſidorus non ignorauit: ait enim libro xx. capi. vij. ſic. Sed vtrum latini a grecis an greci a latinis hec vocabula mutuaſſent incertum eſt.

Inter fenero ⁊ feneror: mutuo ⁊ mutuor. Caput. cccxxiiij.

Fenero. Feneror. Mutuo. Mutuor.

Fenero tibi dicit: ſicut mutuo tibi feneror a bo te ſicut mutuor abs te qui mutuat pecuniam dat mutuo qui f. nerat: pecuniam dat ad vſurā: qui mutuatur pecuniam mutuo accipit. qui feneratur pecuniam ad vſuram accipit.

Epitome capitis. cccxxv.

Gradum facere, non eſt tranſitum facere: ſꝫ quaſi ſcalas ⁊ gradum ad aliquaꝫ rem facere: vnde ⁊ gradum iacere quidam dicunt: ⁊ Cicero aditū iacere ⁊ munire pro eodem dixit.

Gradum facere. Ca. cccxxv.

Graduz facere.

Gradum facere, non eſt tranſitum facere: ſed ad aliquam rem gradum ⁊ quaſi ſcalā ad alia facere ideo ꝙ a quibuſdam dicitur graduz iacere: vt ſi riuum tranſire: ſi in arborem feneſtram. ve: aut tectum ſcandere velim ex ſaxo aut ſcāno aliqua ve alia re gradum facio: vt apud Quint. Namqꝫ ⁊ illud frequens eſt vt ea quibus minus confidimus cum tractata ſunt omittamus interim ſponte noſtra: velut donantes interiꝫ ad ea que ſunt potentiora gradum ex his feciſſe contenti. Hoc eodem modo Ambroſi⁹ in li. offi. vtitur. Cic. cōtra Rullū. Hūc quaſi gradū quēdaꝫ atqꝫ aditū ad cetera iactum intelligetis. Idē ꝓ Cluētio. Anteꝙ ad hoc nefariū facinus accederet: aditum ſibi alijs ſceleribus ante muniuit.

Epitome capitis. cccxxvj.

¶ Certuz eſt. i. manifeſtū eſt: aut decretū ⁊ deliberatū eſt: ſed poſteri⁹ fere cū infinitiuo: ⁊ cum datiuo expreſſo vel ſubintellecto dicim⁹.

Certum eſt. Ca. cccxxvj.

Certuz eſt.

Certū eſt nō mō accipitur ꝓ manifeſtum eſt: vt Quinti. Nēpe legem eſſe certum eſt; ſed etiaꝫ ꝓ deliberatum ⁊ conſtitutum eſt: in quo ſecundo plerūqꝫ adiungitur dtūs cū infinitiuo: vt certū eſt mihi ire in hiſpaniā. nōnūꝙ dtūs ſubintelligit: vt apō Ver. Certū ē i ſyluis it ſpelea ferarū Malle pati. i. mihi

Epitome capitis. cccxxvij.

¶ Liceor ⁊ licitor fere ꝓ eodem accepta ſignificāt p̄ciū deferre ſeu vt dicūt p̄ſtare in auctione. i. publica vēditione faciēda: ſic tñ ꝓprie vt qui licet ſemel dūtaxat aut ſine reſpectu aliorū preciuꝫ deferat: qui licitat frequēter ⁊ cū reſpectu. Cur ti⁹ tñ ſine auctiōe ac reſpectu licitamini dixit. Polliceri autē ſignificat aliquid vltro ꝓmittere: qſi vt polliceti qd addicat. Addicere enim eſt per licitationē vēdere aut vē ditūcōſignare eſt addicti ſunt qui iuſſu p̄toris cū ſoluēdo non eſſent creditoribus vendebantur. ſeu adiudicabantur. Addictus morti: eſt eidem deſtinatus. ¶ Liceor ergo actiuam habet ſignificationem. Eſt eñi deponentale: ſed liceo volunt paſſiuam habere. vnde eſt verſiculus. Nō licet aſſe mihi qui me non aſſe licetur. i. nō eſtimatur a me precio aſſis: qui non eſtimat me aſſe.

Liceor: licitor: ⁊ addico. Ca. cccxxvij.

Liceor.

Liceor videt carere preterito: tñ quaſi p̄teritū habeat format a ſe frequētatiuū: ſed eiuſdē tamē ſignificationis licitor: vñ ſunt ꝑticipia licitās ⁊ licitatur⁹. Utriuſqꝫ igit verbi ſignificatio eſt p̄ciū deferre in auctiōe faciēda: hoc eſt in vēditione que publice fit. Hic vnū cōpoſitū fit polliceor: nō multū a primitiua ſignificatione diſſidēs. Eſt. n. polliceri aliqd vltro ꝓmittere. ita ꝗ licet aut licitātur vltro pro re emēda p̄ciū alijs alio mai⁹ pollicentur: vt ſibi potius ꝙ alteri venalia addicātur. Nā tali modo vendere addicere eſt: ⁊ inde apud iuriſconſultos de in diē addictiōe eſt titulus quē nr̄i iuriſperiti emendāt de in diē adiectiōe: nō verbū mō ſꝫ ſentētiā quoqꝫ atqꝫ ius ipſuꝫ corrūpentes. Afferam⁹ ergo exēpla vtriuſqꝫ verbi. vulpian⁹. Si res ei⁹ venerit ⁊ extat qui plus liceat an in integrū ꝓpter lucrū reſtituēdus ſit: ⁊ quotidie p̄tores reſtituūt: vt rurſuꝫ admittat licitatio. Caius. Licitatio vectigaliū ꝗ calorē licitātis vltra modū ſolite conditionis inflauit: ita demū admittēda eſt ſi fideiuſſores idoneos ⁊ cautionē is qui licitationeꝫ vicerit offerre parat⁹ ſit. Ad conducendū vectigal inuitus nemo cōpellitur: ⁊ ideo impleto tēpore cōditionis licitatores alloquendi ſunt. Licitatores vectigaliū ad iterandā conditionē ante ꝙ ſuperiori conditioni ſatiſfaciant admittendi non ſunt Paul⁹. Si venditor ſimulauerit meliorem allatam conditionem cum minoris: vel etiam tantidem alij venderet: vtriqꝫ emptori in ſolidum erit obligatus. Sed ſi emptor aliuꝫ nō idoneum ſubiecit: eiqꝫ fundus addictus eſt: nō video inquit quēadmodū priori ſit emptus: cuꝫ alia conditio ⁊ natura ſubſecuta ſit. Sed ſi newter ſubiecit emptorem: maiore auteꝫ precio addictū eſt p̄diū qui ſoluēdo nō ē: habitū eſt a priori emptione: quia ea intelligit melior: quā venditor cōprobauit: cui licuit nō addicere. Quib⁹ ex verbis intelligitur quid ſibi velit illud. Ci. in offi. li. iij. Non licitatorē vēditor: nec contra qs licitat, emptor opponet. Idē ꝓ Cecina. Cū eſſet vt dicere inſtiterā: ꝯſtituta auctio rome mulier mandat: vt fundū ibi emant. Ebutio negociū dat: ad tabulā licetur. Ebutius. Deterrentur emptores multi partim gratia Ceſenie. partim p̄cio: fundus addicit Ebutio. pecuniā argētari⁹ ꝓmittit quo teſtimonio nūc vir optim⁹ vtitur ſibi emptū eſſe: qſi vero nos aut ei negam⁹ addictū aut quiſꝙ fuerit ꝗ dubitaret quin eme

Licitor.

Polliceor.

Addico.

r et Ceſenie: quē vt pleriq; ſcirēt: oēs audiſſent cū pecunie Ceſenie ex illa hereditate deberet: ea porro in pdijs collocari maxime expediret. Eſſent autem predia que mulieri maxime conuenirent ea venirent: licitetur is quē ceſenie dare operā nemo miraretur. Quin. de paſtu cadauerū. Si nobis nihil ex cōmeatu noſtro ptiris nos vicine ciuitati vēdem⁹ liceat ſeruire vbi frumētū eſt. Nō exigua res eſt: p vita: p ſepultura p inocētia licemur: Idē in egro redēpto. Oēs facultates iter ea colegit: rus: ſeruulos: penates: ⁊ oīa vtiliora pperāti feſtinationi parentis addita.

Addicti. Inde addicti apud veteres dicebātur: qui pretoris pronunciatione ac iuſſu cū ſoluēdo nō eſſent creditorib⁹ vendebant. De qbus magna

Addictus morti. apō Liuiū fit mētio: ⁊ addictus morti deſtinat⁹ dicit. Cic. offi. li. iij. Et is q morti addict⁹ eſſet paucos ſibi dies cōmendādorū ſuorū cauſa poſtulaſſet vas factus eſt alter. Aliqn ſine auctione fit licitatio: vt apud Curtiū de Dario q polli cebat preciū p capite Alexādri: ſi quis eū dolo occidiſſet. Ita inqt. Et cū habeatis arma: ita li

Licitor. Liceor. citamini hoſtiū capita: Si qd tn̄ inter liceri ⁊ licitari differt. i. qd liceri videt: aut ſine reſpectu cē aliorū emere volētiū: aut tn̄ ſemel deferre pciū. Licitari vero cum multis eſt ſepius augere preciū vt emere volentes deterreas ab emēdo.

Epitome capitis. cccxviij.

¶ Audire vel exaudire indifferenter tā pro eo quod eſt aurib⁹ percipere q̄ pro eo quod eſt petenti annuere ⁊ cōcedere accipiunt. Audire tamen frequenter accipitur pro eo quod eſt fidē habere ⁊ acquieſcere ſeu parere precipienti: idq; fere cum negatione: ⁊ frequentius per dictionem audiendus. Nonnunq̄ etiam audio ſignificat fateor: ideoq; ſepe additū legit. Exorare eſt orando impetrare vn̄ multi orāt qui non exorāt vnde dicēdum eſſet oramus te deus. non exoramus. Ait ſic. Sine aut permitte te exorari.

¶ Eodē quoq; mō dicūt quidā multos audiri q nō exaudiūtur quaſi audiri ſit tn̄ auribus percipi. Exaudiri cū impetratiōe. Sed exaudiri p exp̄ſſe audiri legit: vt in illo geor. Vox quoq; p lucos vulgo exaudita ſilentis. Nihilominꝰ propria ſignificatio eſt audiri cum impetratione. vnde petimus. Dn̄e exaudi orationem meam. ⁊c.

Audio ⁊ exaudio. Ca. cccxviij.

Audio. Exaudio. Audio ⁊ exaudio indifferenter ponuntur pro duplici ſignificatione. Una pro eo quod eſt auribus accipio: altera pro eo quod eſt audita petenti concedo vt viſa ſū audire voces militis. Et vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentis. Item audijt et celi genitor de parte ſiniſtra Intonuit

Audio. leuum Et nulli exaudita deorū. Vota preceſq; mee. Audio tamen frequenter accipitur pro eo quod eſt credo: accedo: pareo precipiēti: ſed fere cum negatione: ⁊ frequētius per participiū: quod tranſit in nomen: qd eſt audiend⁹ vt apud Quin. Nec audiendi quidam quorum eſt Albutius: qui tris modo primas eſſe voluit. quia memoria atq; actio natura non arte contingant.

Audiendus non eſt idem eſt quod audiri nō debet. Ideoq; licebit dicere. Neq; vero quoſdam quorū eſt Albuti⁹ audire debemus. Sine participio. Ci. Tuſcu. lib. j. Nec Homerū audio qui ganymedē a dijs raptū ait ppter formā. Sine negatione idē in eodē. Endymiō vero [ſi fabulas audire volumus] neſcio qn̄ in lycio obdormiuit. Sed cōiūctio hec tacitā quādam in ſe hꝫ negationē: aut certe idē hoc loco dicem⁹: qd diximus li. iij. de vllus. Sed nōnūq̄ ſine negatione apte dicit. vt apud Liui. Cum tuū nō audiſti arma capere ac ſeq ſe iubētē Hānibalē. Paulo poſt. Audiſti caſtra prodi: ⁊ arma tradi iubētē. — Audiendus.

Audio inſuper pro fateor: que ſimilis ſignificatio ſuperiori eſt. Adeo ſepe ſic ſcriptum legim⁹ audio ⁊ fateor: quaſi poſteri⁹ declaret primum. — Audio pro fateor.

Exoraui hoc mun⁹ idē eſt qd orādo īpetraui: exoraui patrē. i. exorando induxi: qd licet etiā pueris notū eſt. qppe. Terentiū legentib⁹ vbi hoc verbū milies eſt: nec vnq̄ reperiet aliter acceptū tn̄ quidā ſic loquuntur. Exoramus te deus. — Exoro.

Epitome capitis. cccxix.

¶ Verba cōpoſita cū per īportāt effectū ⁊ conſummationē ſignificatiōis ſue: vt perlego ad finē vſq; lego. Perfero ad finē vſq; fero. i. porto aut tolero. Peruigilo totū tp̄s vigilo tā diurnū q̄ nocturnū. Pernocto totā noctē duco in ſomnē vn̄ pernox luna. Peroro orōnē cōcludo aut per orando afficio et cōmoueo: vnde peroratio aut cōcluſio orōnis aut cōmotio affectuū. Perago ad finē ago. perago reū. i. ad cōdēnationem vſq; ago. Perſuadeo. i. ſuadendo induco ad perſuaſionem. i. fidē ⁊ credulitatē vſq;: vnde fides xp̄iana perſuaſio recte dici poſſet: diſſuadeo āt eſt cōtrariū ei⁹ qd eſt ſuadeo. ſed vtrūq; ſine effectu. i. ſine p ſuaſione. vnde ſi is quem dehortatus ſum mihi credidit: nō dicā diſſuaſi hoc illi. ſed perſuaſi ne hoc faceret. Permaneo ad finē vſq; maneo. Perſcribo ad finem vſq; ſcribo.

Lego: perlego: ſcribo: perſcribo. Ca. cccxix.

Lego ⁊ perlego differunt: ⁊ multa huiuſmodi. Legere quid ſit notum eſt. Perlegere vero ad finē vſq; legere. vt Quit. in. xij. Ideoq; opus eſt intueri omne litis inſtrumētū: qd videre nō eſt ſatis perlegendū erit Ouidi. Perlegis an cōiunx phibet noua Lactan. proemio lib. v. Non iniuſte petere: vt ſi qs erit qui inciderit in hec ſi legit perlegat. Ita differt ſcribere ⁊ perſcribere qꝫ exēpla ſunt plura. Ti. Li. li. j. ſtatī in pemio Factur⁹ ne operę pciū ſim ſi a primordio vrbis res geſtas ppli rom. perſcripſerī. Perferre vſq; ad conſtitutū finē ferre. Ver. Nec ſpaciū euaſit nec totū pertulit ictū. Et multi ferūt litteras ſed eas vel negligētia vel dolo: vel caſu non perferunt. Cic. Sed nuncius ille qui litteras accepit non pertulit. Seneca in tragedijs. Leue eſt miſerias ferre: perferre autem graue. i. ad ſpaciū tēporis in miſerijs eſſe leue eſt: ad finē vero vſq; graue eſt; vt in illo ſimili exēplo Martialis — Lego ⁊ perlego. Perſcribo. Perlego. Perferre.

Peruigilo. Nam vigilare leue eſt: peruigilare graue: hoc ē partē noctis vigilare leue ē: vſq; ad finē vero et totam noctem inſomnẽ ducere graue. qđ dicit Pernocto· Pernox etiam pernoctare: vt et pernox quod a peruigilando ita differt ꝙ hoc interdiu quoq; fieri poteſt illud tantūmodo noctu: ꝗ́ꝗ́ pernoctare vigilantes facere poſſumus. i. totaȝ noctem ducere. Peragere. reum Peruigil draco dictus eſt: nō quia pernox eſſet: ſed ꝙ nunꝗ̃ dormiret ſemper vigilans. Peragere cum eſt non tantuȝ agere reum niſi perueniat ad illius condemnationem. Dicitur em̄ accuſator reum condemnaſſe cum illum condēnandum curauit. Vulpianus. Peregiſſe autem reum non aliter videtur: niſi ⁊ condemnauerit.

Peroro. Peroratio Perorare fineȝ orationis orare vnde peroratio orationis dicitur finis ſed quia in hac parte vtimur plerūq; affectib⁹: ídq; vſurpamus interdū perorare pro ipſa cōmotione affectuū: vt Qui. At iſta legē recitat ⁊ i cadauere filij per orat. i. indignationem cōmouet psuadere Perſuadere eſt ſuadēdo inducere: vt Ci. in philip. Duo tamen tēpora inciderunt quibus aliquid contra Ceſareȝ Pōpeio ſuaſerim: ea velim reprehendas ſi potes. Unum ne quinquennij imperiuȝ Ceſari prorogaretur: alterum ne pateretur fieri: vt abſentis eius ratio haberetur. Quoruȝ ſi vtrūuis perſuaſiſſem in has miſerias nunꝗ̃ incidiſſem⁹ Suaſit ergo ⁊ non perſuaſit Cicero Pompeio ideo ꝙ dicere ſolemus ſic mihi perſuadeo: non autē ſic mihi ſuadeo. Perſuaſuȝ. habeo. Et perſuaſuȝ habeo: perſuaſuȝ eſt mihi. Idem ad Brutum. Perſuaſum eſt adoleſcenti ⁊ maxime, per me niſi antonio eiecto rē pub. ſtare nō poſſe. Author. Ille tamē q̄ alijs ſiue alios [vtrunq; enim dicimus] perſuaſit non perſuaſor eius ſententie appellari ſolet: ſed author. Cicero li. iij. offi. Atq; huius deditionis ipſe poſthumus qui dedebatur ſuaſor ⁊ author fuit: quaſi dixiſſet ſuaſor ⁊ perſuaſor. Perſuaſio. apud Quintilianū autem ceteroſq; ſui temporis dicitur perſuaſio pro certa opinione atq; ſententia quam nobis perſuaſimus: vt libro. j. Si qua publice eſt recepta perſuaſio. Que q̄tum ego ſentio id ſignificare videtur quod Chriſtiani dicunt fidem: et ſi originem grecam inquiramus: neſcio an cōmodius dicam⁹ perſuaſio ꝙ fides: preſertim re ipſa pro nobis faciente. Fides. Fides enim proprie latine dicitur probatio: vt facio fidem per inſtrumenta: per argumēta: per teſtes: Religio autē chriſtiana non probatione vtitur: ſed perſuaſione q̄ preſtantior eſt ꝙ probatio. Nam ſepe probationibus non adducimur: vt malus ſeruus: malus filius: mala vxor: optimo conſilio quod confutare non poteſt: non tamen acquieſcit. Qui pſuaſus eſt plane acquieſcit nec vlterioreȝ probationem deſiderat. Non ſolum enim ſibi probatum putat ſed ſeſe cōmonitum ad ea exequenda intelligit. Sed quia fides etiam pro [vt ſi dicaȝ] credulitate accipitur: quale eſt habeo tibi fideȝ Recte etiam noſtra religio nominata eſt fides ſicut a grecis pistis. Uerum eo vnde egreſſi ſumus reuertamur psuadere diſſuadere Perſuadere eſt in effectu: ſuadere autem in actu Itemq; diſſuadere. Ita ꝙ nonnulli peccant cum dicant: diſſuaſi hoc illi pro eo qđ eſt reuocaui ab opinione in qua erat. Siquideȝ pro hoc ſenſu dicimus: perſuaſi ne faceret: ſicut e diuerſo perſuaſi vt faceret. Quare ſuaſor ⁊ diſſuaſor: niſi perſuadeant nihil effecerunt. Suaſoꝛ Quint. Ergo pars deliberatiua que eadeȝ ſuaſoria dicitur de tēpore futuro conſultat: querit etiam de preterito. officiū ꝯſtat duobus ſuadendi ⁊ diſſuadendi: nō dixit perſuadendi: quoniam non eſt officium oratoris poſitum in euētu: qualis eſt perſuaſio: neq; eſt eius ars perſuadendi: ſed ſuadendi et diſſuadendi in deliberatiuo genere. in vniuerſum aūt bene dicendi: quādo eſt in actu non in euentu. Preterea deliberatio vocatur ſuaſoria: quoniam vtrinq; ſuadetur Qui em̄ diſſuadet nihil aliud ꝙ econtrario ſuadet. Cice. in Catone maiore. Diſſuaſim⁹ nos: deinde vt ſcias finem euentumq; diſſuaſionis ſubiunxit Itaq; lex popularis ſuffragijs populi repudiata eſt: id diſſuaſimus: etiam diſſuadendo ne fieret perſuaſimus. Quantum errent philoſophi noſtri quorum eſt Albertus cum de comparatione dialectice ⁊ rhetorice diſputant hui⁹ verbi ſignificationeȝ neſcientes quiſquis illos leget intelliget. Permanere vſq; ad finem manere. Plinius iunior. Tunc demuȝ lente cunctaȝ terq; veniunt: nec tamen permanent: ſed ante finem recedunt: Alij diſſimulanter: ⁊ furtim: alij ſimpliciter ⁊ libenter. permanere

Epitome capitis. cccxxx.

¶ Per in compoſitione multipharijȝ accipi ſolet. Primo in malam parteȝ. vt periurus: perfidus: pertinax: perfuga: perditus: percitus: perverſus: perpeſſus. Secundo per mediuȝ: vt perluceo: ſeu pelluceo: perlucidum: pellucens: pro quibus transluceo: translucens: translucidum a Pli. dicuntur. Perfluo perpluo. Tertio ꝑ valde vt augeat: vt permagnus: periocundus. Idq; cum poſitiuo vt dictuȝ eſt. Quarto in obteſtatione ⁊ adiuratiōe interiectio fere nominatiuo inter ipſaȝ ⁊ caſuale: vt per ego has lachrymas ⁊c. Quinto vt alibi dictum eſt in excluſione alieni auxilij: vt per me id feci: id eſt mea vni⁹ opera. Pre autem magis auget nam per ꝙ diuites multi eſſe poſſunt: prediuites pauci. Gaudet autem pre his dictionibus iungi: potēs: celſus: latus fulgens: diues dulcis: durus curtus: long⁹: clarus: coquus: maturus. Interduȝ tamē a ſimplici non differre videtur vt in his: precludo: precido: premorior: precingo: in quibus tamē vera ſignificatio eſt: vt pre ſignificet ante: nam non precludit quiſꝙ poſt medium ludi: ſed tamen ludit adhuc. Tertio igitur pre ſignificat ante: vt i pre ſequar. Quarto in comparatione: vt parum eſt pre noſtris diuitijs. Quinto quaſi ꝑpter cū ab aliquo impedimur: vt non potui hiſcere pre timore. Re. Re ſepe compoſitum non mutat: vt recudo repugno: reſeco: repromitto: reuinco: reſodio: ⁊ interdum reuertor: vt alibi dictuȝ eſt: vbi diximus. Re cum verbo celandi aut claudendi poſita contrarium importat: vt reuelo: recludo reſero: retego. proprie aūt importat iterationeȝ

vt relego: repeto: restituo &c.

¶ Mancinellus pro reseco legit resero: qđ auctor non negaret aliud esse q̄ serare: sed qui vites putat resecat: q̄uis non iterū secet. Recinctus autem non semper licet in exemplis in cōtrariū adductꝫ a simplici discrepet verba Mācinelli sunt. Resero & recingo longe diuersa significant a sero & cingo. Ouid. sine titulo Ecce corinna venit tunica velata recincta. Et li. vij. meta. de Medea. Egreditur tectis vestes iduta recinctas. Nuda pedem: nudos humeris infusa capillos. Proper. li. j. Janua vel dña penitus crudelior ipsa. Quid mihi tam duris clausa taces foribus. Cur nunq̄ reserata meos admittis amores &c.

¶ De per: pre & re ꝓpositionib⁹. Cap. ccccxx.

per
periurus
perfidus.
pertinax.
perfuga
perditus
percitus.
peruersus.
perpessus.
perlucidū.
pellucidū.
perspicuū.
perluceo.

Locuti sumus nō nihil de prepositione per quando cōponitur. Addamus adhuc aliquid amplius. Nonnunq̄ hec per cōpositionē in malū accipit: periurus perfidusq̄: q̄ iusiurandū fidemq̄ violat: pertinax qui nimis tenax: perfuga qui ad hostes trāsit. perditus qui in omē scelus est traditus. Percitus qui iracundia furoreq̄ est incitatus. peruersus qui versutus in malo et a bono versus est: perpessus laboriose passus. Sepe accipitur quasi per mediū: vt per lucidum siue pellucidum. i. per cuius mediū fulgor emanat. perspicuum per cuius mediū licet opertū sit oculos dimittim⁹: & per eius mediū videmus: vt aqua: glacies: laterna: vesica: vitrū cristallus gemma Sed perspicuū plerunq̄ ad mentē refertur: vt id qđ ais: perspicuū est. i. tale quale vitrū aut cristallus: perlucidum magꝭ ad corporea. Plautus in aulularia. Ita is pellucet quasi laterna punica. Sene. de tranquillitate. Quid perlucentis ad imū aquas: & circūfluentes ipsa conuiuia. Quintilia. Sꝫ vt inter se iuncti atq̄ ita coherentes ne cōmissura perluceat. Aliqñ sed figurate ad mentem refertur

Pellucens
Trāslucēs

vt apđ M. Tulliū in Bruto. Ita recōditas exquisitasq̄ sententias mollis & perlucens vestiebat oratio. Idem est pellucens & translucens: adeo vt Ply. maior fere nunq̄ vtatur perlucens siue perlucidus: sed translucens siue translucidus: qđ etiam figurate ad mentē refertur: & apud Quintilianū. li. viij. Similiter illa trāslucida & versicolor quorundā elocutio res ipsas effeminat: que illorū verborū habitu vestiant:

Perfluo

perfluere per medium alicuius fluere vt si lagena male materiata maleq̄ compacta sit perfluit. id est per eius medium humor qui intus ē fluit

Trāsfluo
Perfluo

Terentius. Hac atq̄ illac perfluo. id est in modum non fidelis lagene que mihi committunt effundo. Plinius idem sepius vtitur trāsfluo ꝑfluo. que idem sunt: vt perfuga & transfuga. perpluere: per medium alicuius pluere: vt hec domus perpluit. hoc tectum perpluit. Quintilianus in. vj. Cum cenaculū eius perplueret.

permagnū

Frequentissime accipit pro valde: vt alio libro ostēdi permagnum: pergrauē: periocundum. Quo in loco notandū est q̄ cum pre in eadem significatione reperiatur: tamen quedam vocabula cum pre coniunguntur non cum per: vt prepotens: precelsus: prelatus: prefulgens: prediues predulcis: predurus: precurtus: prelongus: preclarus. q̄ si quid inter has propositiones interesse velis: id erit q̄ vehementius auget pre: illā prelongus homo: prelonga oratio ea dicitur q̄ enormi longitudine est: & prepotens: precelsus et similia: maiorem in modum potens celsusq̄ et quasi preter modum morem ve aliorū potēs ac celsus. Inde etiam precox fruct⁹ preter morem ceterorū coctus: siue ante ceteros. Unde vue ficusq̄ precoces dicte et prematurus antequā fit tempus maturum collectus. Quidā tamē precoquus dicunt vt Martialis. Uilia maternis fueramus precoqua ramis. Nūc in adoptiuis persica cara sumus. Eadem prepositio iuncta cum verbo nonnūq̄ habet pene nihil diuersum a sui simplicis significatione: vt preludo: ꝑcido premorior: precingo: idem sunt enim q̄ ludo: cedo siue incido: morior: cingo.

pre
prepotens
precelsus.
prelatus.
prefulgēs
prediues
predulcis
predurus.
prelongus
preclarus.
precox
ꝑmaturus
precoquus
preludo
precido
ꝑmorior.
precingo.

Re.
Reseco
Recido
Recingo
Repurgo.
Refodio
repmitto
Reuinco
Per
Per ego.
p phas &c.

Cuius nature est etiam re: vt reseco: recido: recingo: repurgo: refodio: repromitto: reuinco: que sepe vix quippiam a simplicibus in significatiōe dissentiunt. Per in obtestationibus atq̄ admirationibus fere solet separari a suo accusatiuo interiecto nominatiuo: qui frequentissime est ego: vt Virg. Per ego has lachrymas: dextrāq̄ tuā q̄. Quin. in mathematico: per has ego te optime pater si vis tantum fortes manus.

¶ Epitomē cap. ccccxxj.

Prosequor cum ablatiuo fere idē significat qđ afficio cum eodē: vt prosequor seu afficio te honore. id est honoro te. vitupero. i. vitupero. amore. amo. odio. i. odi. persequor autem. i. insector ad finem vsq̄: & id in malum: aut persevero agere quod inceperam: & etiam id in bonū: vt persequor hostē & persequor studium litterarum

¶ Inter prosequor & persequor. Cap. ccccxxij.

prosequor.
persequor.

Prosequor & persequor multi nesciunt distinguere: q̄ ne falli possint: ita accipiant. prosequi nō fere carere comitatu ablatiui: vt prosequor te oculis: charitate odio: honore: versibus cantu conuitij. Significaturq̄ actio declarās alterius affectum in alterum. Persequor autem vel in malā partē. i. insequor & insector: vel in bonā cū persevero exequi qđ agere ceperā.

¶ Epitome capitis. ccccxxiij.

Partio & partior deponentale idem sunt: sed in actiua voce notius est compositum impertio: cuius passiuum est impertior: quod rarius impersonaliter reperitur. in deponentali autem simplex partior. Est autem partiri diuidere in partes. impertire aut impendere: aut participem facere.

¶ Unde iactanter dictum a gnatone. Plurima salute permenonem suum impertit gnato: quasi ipse abundans salute participē eius fecerit

parmenonem quo circa ad feliciorem me ſcri-
bēs non auſim dicere. Aſcenſius te impertit ſa
lute. ¶ Partio: partior. Cap. cccxxiij.

Partio
Partior

PArtio & partior quidaꝫ ꝓ
eodem legunt. Sed mihi vide
tur raro reperiri partio ſine im
et partior: cū in: qñ ē deponens
ſed qñ eſt paſſiuū. Eſt nāqꝫ im
pertio idem quod impendo vł
partem do. M. Tul. Huic rei aliqͩ tēpons im-
peritias: quaſi impendas. Idem. Laboris mei
laudem nemini impertio quaſi partem do. Re
peritur aliquando mutata conſtructiōe: vt apō
Teren. Plurima ſalute. Parmenonem ſuū im-
pertit Gnato: quaſi plurimam ſalutem parme
noni ſuo impertit Gnato. Eo modo quo dicit̄
dono tibi hunc equum. & dono te hoc equo. Hu
ius paſſiuum eſt impertior: vt Cice. Atqꝫ etiaꝫ
viro forti college meo laus impertit̄. Partior
idem eſt quod partes facio: parteſqꝫ diſtribuo
ſicut ſortior: ſortes facio: ſortē ve recipio. Virg.
Et ſocios partitur in omnes Quinti. Partiris
vel gratis dum quo reſpiremus afferas. Parti-
ri itaqꝫ de partibus dicimus. Impertio magis
de re incorporea: & quaſi communico. Imperti
ri tamen aliqui dicunt pro impertire ab ipō de
ponente partior.

¶ Epitome cap. cccxxiij.

¶ In manu & in manibus eſſe: eſt in poteſtate
eſſe: diciturqꝫ tam de futuro ꝙ de preſenti. In
manibus quoqꝫ eſſe dicitur etiam pro eo quod
eſt inter manus: aut quia res admirationi eſt:
aut quia nondum conſummata.

¶ Sicut res ſuper incudē dicitur eſſe dum tor-
natur & fit. & ad vmbilicum aut vmbilico tenus
deducta: dū ad mediū deducta aut peracta eſt.

¶ In manu eſt in manibus. Cap. cccxxiij.

IN manu eſt & in manibus
eſt: vtrumqꝫ accipitur: ꝓ eo qđ
in poteſtate eſt. Sꝫ dupliciter
de preſenti: & de futuro: de pñſen
ti. Cice. Non eſt iſtuc in manu
mea. Et fili9 in patris: & ſeruus
in domini manu eſſe dicitur vnde mancipiuꝫ et
manumiſſio. Luca. In manibus veſtris ꝙt9 ſit
Ceſar habetis. Virgi. Terra autem in manib9
veſtris. De futuro. Saluſti. Verum enimuero
pro deorum atqꝫ hominum teſtor fidem: victo-
ria in manu vobis eſt: viget etas: animus valet.
Contra illis annis atqꝫ diuitijs omīa cōſeneſce-
re. Tantum incepto opus eſt: cetera res expe-
diet. In plurali tamē frequentius cum dicim9

In maib9

victoria in manibus eſt: quaſi iamiam tenetur.
Etiā dicimus in manib9 eſt in alia ſignificatio
ne pro eo qđ eſt inter manus eſt aut q: admira
tioni eſt: aut q: nondū operi ſumma man9 impo
ſita. Qñ eſt admiratiōi. Ci. i Cato. maiore. Eſt
in manibus laudatio quā cū legimus: quē phi-
loſophū nō cōtēnimus. Qñ res nō eſt ꝯſumma
ta Idē in eodē. Septim9 mihi liber originū eſt
in manibus; oīa antiqͥtatis monumēta colligo

¶ Epitome capitis. cccxxiiij.

¶ Preditus dicit̄ quaſi pre ceteris donat9 ſed
id nō ſolū bono verū etiā malo licet rarius. Cō
ſtruiturqꝫ cū ablatiuo ſicut affectus ſum qđ in-
differenter de bono ac de malo dicit̄: ſed & alte
rū ablatiuū cū a vel ab admittit quē predit9 re
fugit. vt affectus ſum ab rege magnis honori-
bus. Nō aūt preditus ſum ab rege magnis ho
noribus. Cauſa eſt q: dari vnde ꝯponit̄ abſolu
te dici ſolet de his rebus que a deo aut natura
ꝯferunt̄. vt hoc mihi datū eſt. Itē ſicut predit9
ablatiuo iungit̄: ita hec adiectiua ſingłaris no
tabilis: nobilis: inſignis: eximius. Que interdū
ablatiuos regunt interdū cū eis reguntur. Re
gūt vt vir notabilis macie. Regunt̄ vt vir nota
bili macie. Singulari probitate &c.

¶ Predit9 ſuꝫ & affectus ſum. Cap. cccxxiiij.

Preditus
Affect9 ſuꝫ

PReditus ſum bono dicitur:
et predit9 ſum malo: ſicut affectus
ſum malo: & affect9 ſum bono. i. vt
breuiter magis ꝙ optime dicā ha-
beo bonū. & habeo malū: vt predit9
ſum humanitate: diuitijs dignitate virib9: qui
ſermo eſt vſitatiſſimus. Nunꝙ tñ cuꝫ ablatiuo
et ꝑpoſitione a vel ab: vt ſit in affectus veluti
ego ſum a rege magnis honoribus affect9 non
aūt ſum ꝑditus a deo magnis viribus: de malo
rarius Cice. pro Sylla. Niſi vero vnum me vis
ferū preter ceteros me aſperū me inhumanum
exiſtimari: me ſingulari imanitate & crudelita
te preditū. Idē ꝓ Rabirio Senectute affect9

Singłari

morbo preditus. Contingit idē in ſingulari: vt
in proximo exemplo: exiſtimari me ſingłari im
manitate. Sepeqꝫ legim9 ille eſt ſingulari im-
probitate: tu es ſingłari ſtultitia. Similiter ſit

Notabilis

in alijs trib9 quattuor ve vocabulis: notabilis:
nobilis: inſignis & eximius. Quintilia. Hunc
tu animum modo inter libidines ac ſcorta per
debas macie notabilis pallore deformis ſola-
qꝫ impatientie tue fabula notus. Nobile ſcortū
quaſi in ordine meretricio excellens vel maxi-
me inter alia notum. & apud Liuiū Nobilis il-

Nobilis

le clade romana locus. Et apud Cicero. Cuius
preter ceteros eſt nobilitata crudelitas. Et la-
trones vocam9 inſignes q maiore manu maio
reqꝫ audacia graſſantur: et inſignis improbi-
tas: inſigniſqꝫ ſtultitia dicitur rarius. Quē ad
modum ſingularis et eximia ſtultitia rari9 eſt.

Inſignis
Eximius

Cicero. Verrinaruꝫ quarto. Sin hanc vos i re
ge tam eximiam iniuriam tam acerbam negle-
xiſſe audient.

¶ Epitome capitis. cccxxv.

¶ Deſcendimus in preliuꝫ: in forum: in campū:
in pugnam: non tantum in locum inferiorē ſed
minus tutum aut rem magis difficilem.

¶ Deſcendo. Cap. cccxxv.

Deſcendo

DEſcendo in prelium: deſcendo
in forum deſcendo in campuꝫ dicim9
non quia de loco ſuperiore in inferio
rem deſcēdimus: ſed quia de loco tu-
to in locuꝫ diſcriminis: opinor ꝙ qui in loco cel

fioꝛē ſe tenet: pugnā detractare exiſtimatᷣ quē cum ſꝛeliquit ⁊ in locum equũſ venit atq; deſcendit: mētem ſe habere pugnandi declarat. Adeo q; non fere dicimus in foꝛum deſcendere: niſi q̇ pugnandi ⁊ defendende litis cauſa venit in foꝛum: non rerum venalium coemptoꝛ ⁊ negociatoꝛ. Et in campum deſcendere nō niſi qui litis dignitatiſve cauſa ſicut in campo Martio fiebat: certaturus vadit. Nec in preliū pugnā vel deſcendere: q̄ in loca inferioꝛa deſcendāt. Nō enim locus eſt pugna ⁊ pꝛelium cum nihil interſit qualis loc⁹ ſit planus an montuoſus in quē ſe ꝓfert qui in pugnā deſcendere diciᷣ. vt apud Vergil. [Satis enim erit in re perſpicua vnuʒ exemplum ꝓtuliſſe]. Inſtructos acie tiberino a flumine teucros Tyrrhe namq; manum totis deſcendere campis.

¶ Epitome capitis. cccxxvj.

¶ Amare eſt vehementer diligere. diligere eſt remiſſius amare: aut potius e multis ſe legere quem ames. Adamare eſt amatoꝛie amare. id eſt vehementer: ſed interdū etiā honeſte. Amicus honeſtus eſt: amica viri cōcubina. amatoꝛ mulieris aut pueri inhoneſtus fere intelligiᷣ.

¶ Adieci de meo: ſed interdū ꝓ etiā honeſte: propter hāc mancinelli limā. Adamare eſt iteʒ honeſte ac valde amare. Cic. lib. ij. epiſto. ad curionē. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta et parata incredibilis quedā expectatio quam in vna re facillime vinces ſi hoc ſtatueris quaʒ laudū gloꝛiā adamaris quib⁹ artib⁹ he laudes ꝯparanᷣ in his eē laboꝛandū. Et li. iij. de oꝛatore ſic inquit. Deinde ab Antiſthene qui pacientiā ⁊ duritiā i ſocratico ſermone adamaret Cynici pmū ⁊c. Alibi q; eodē li. ita ſcribit Demoſthenē ſeq̇ vultꝫ ⁊ ſi illā ꝓclarā ⁊ eximiā ſpeciē oꝛatoꝛis perfecti ⁊ pulchꝛitudinē adamaſtꝫ ⁊c. Amare diligere adamare: amicus: amica amatoꝛ. Cap. cccxxvj.

Amo diligere. AMare eſt generalis ſignificati idē qḋ diligere: niſi q̄ putaᷣ pl⁹ q̇ddā eſſe in amādo q̄ in diligēdo vt Ci. ad Brutū. L. Clodi⁹ valde vos diligit: aut vt dicā: valde vos amat. Et iterū. Sic igiᷣ facies: ⁊ me aut amabis aut quo ꝯtent⁹ ſuʒ diliges. Idē ad Dolo. Quis erat q̇ putaret ad cū amoꝛē quē erga te habebā: poſſe aliq̇d acce dere tm̄ tm̄ acceſſit: vt mihi deniq; nunc amare videar añ dilexiſſe.

Adamo. Adamare ē amatoꝛie amare: vt Quin. Multis in locis ſed vnus ſuffecerit Me quidē marite ſi quis interroget oēs mr̄es liberos ſuos tanq̄ adamauerint: amēt; videbis oculos nunq̄ a facie vultuq; deflectere. comere caput: habitumq; cōponere ſuſpirare cū receſſerint: exultare cū venerint ꝯſerere manus: pēdere ceruicib⁹: nō oſculis: nō colloquijs. nō preſentie voluptate ſatiari.

Amicus Amica Amatoꝛ. Amicus tamē honeſta res eſt. Amica q̄ñ ad virū referᷣ inhoneſta: vt hec amica mea. i. cōcubina. Ego vero ipſius nō amic⁹ ſed amatoꝛ ſum. Ideoq; apḋ Terē. diciᷣ Vere putaui hunc Pāphilū amicū amatoꝛē virum. Ne putares amicum in malam partē accipi: adiecit amatoꝛem. Sed apud pꝛoſaʒ hoc obſeruatum ſemper inuenies apud poetas foꝛtaſſe non ſemper.



¶ Epitome capitis. cccxxvij.

¶ Declarare frequentius ad facta pertinet q̄ ad dicta ſed interdum etiam ad dicta: ⁊ nōnūq̄ ſignificare ſignificat.

¶ Declaro. Cap. cccxxvij.

Declaro. DEclaro frequentius ad facta pertinet q̄ ad dicta. Ci. Declarauit id mō temeritas. C. ceſaris q̇ om̄ia iura diuina ⁊ hūana peruertit. Aliquādo etiā indicꝫ. Idē ad Ligarū. Poſtea vero q̄ magnā ſpē habere cepi: foꝛe vt breui tēpore te incolumē haberem⁹ facere non potuit: q̇n tibi ⁊ ſententiā ⁊ voluntatē declarē meā. Et in eadē epiſtola. Quando quid ſentirem expoſui vellem tua cauſa re potius declarare q̄ oꝛatiōe Interdū accipitur pro ſignifico: vt idē lib. j. de finibus. Nullū verbuʒ eſt qḋ id declaret latine qḋ grece q̄ voluptas. Declaret. i. ſignificet vel oſtendat vel indicet.

¶ Epitome capitis. cccxxviij.

¶ Ingredi cum motu ad locum eſt intrare: ſed cum motu in loco eſt ingredi aut pꝛogredi, ſeu incedere qḋ ſic q; accipiᷣ: vt in loco congruat.

¶ Ingredioꝛ. Cap. cccxxviij.

Ingredioꝛ. INgredioꝛ cōponitur quideʒ ex in: ſed diuerſa ratione: nunc ad locum vt ingredioꝛ foꝛum vel in foꝛuʒ: qui modus loquendi nemini ignot⁹ eſt: nunc in loco qḋ eſt ambulo: ⁊ incedo. Virg. Continuo pecoꝛis generoſi pullus in aruis Alti⁹ ingreditur ⁊ mollia crura reponit. Ci. lib. v. ad Atticum. Si doꝛmis expergiſcere. Si ſtas ingredere. Si ingrederis curre: ſi curris aduola. Idem eſt ergo ingrederis hoc loco: qḋ gradieris: quod eſt ambulas.

¶ Epitome capitis. cccxxix.

¶ Conſulo te. i. conſilium abs te peto. Inde cōſultus homo pꝛudens a quo conſilium petitur. poniturq; aut paſſiue vt conſulti medici. aut ꝓ pꝛudente vt vir conſultus ſicut inconſulti ipꝛudentes aut quibus conſilium nō eſt datum. Verg. eneid. iij. Incōſulti abeunt ſedēq; odere ſibylle. Item pro perito ⁊ ſcio: digno videlicet quē cōſulas idq; cum genitiuo vt conſultus iuris vel ſapientie Epicuree. aut cū ablatiuo vt iurecōſultus. Conſulo tibi. i. conſilium do ſed poti⁹ rebus q̄ animo aut rationi tue. Inde conſultoꝛ q̇ conſilium petit; ſed interdum quaſi conſiliatoꝛ repitur. In plurali auteʒ conſulunt aut poti⁹ cōſultant pro deliberant aut conſilium inter ſe capiant dicimus abſolute.

¶ Conſulo te: conſulo tibi: conſultoꝛ: conſultus inconſultus. Cap. cccxxix.

Cōſulo te. COnſulo te conſilium peto a te vel interrogo ⁊ inquiro. Quin. Quid per fidem facere vultis. Iuuenē queʒ de parricidio cōſuluit pater ille ſerua

tus: miror hercule non dixiſſe volui: ſum venefi cus ſum parricida. Idem. Ergo quod primum eſt qđ miraturus eſt quiſquis intelligat ⁊ quare bonum ſit ſciat: tum in ſuſcipiendo onere cõſu lat ſuas vires. Et iterum. Ego aures conſulẽs meas.

Cõſulo ti bi.

Conſulo tibi conſilium do tibi vel proui deo tibi: ſed hoc frequentius ac magis proprie in rebus: vt conſule vite tue: conſule valitudini conſule dignitati: conſule ſaluti: conſule rebus tuis: adeo frequentiſſime vt cum dicitur conſu lere volo mihi ⁊ meis liberis: intelligatur po tius de corpore ⁊ reb⁹ externis ꝙ de animo In plurali autem numero interdum recipitur ſine

Conſulũt

appoſito vt conſulunt ſenatores: quod frequen

Cõſultant.

tius dicimus conſultant. id eſt deliberant. Niſi enim adſit qui conſilium petat ⁊ qui conſilium det: non eſt deliberatio ſiue conſultatio atq₃: vt conſulunt: dicimus pro conſulant: hoc eſt ꝙ al tera pars petit: altera dat conſilium: ita ecõtra rio nonnunꝙ conſultare eſt vnius nõ plurium partiũ: ſed ita ſi is apđ ſe duas partes ſuſtinet ſecumꝗ deliberat. Hinc duo nomina naſcũtur ꝯſultor ⁊ conſultus. Conſultor fere tñ pro eo q̄ alium conſuluit accipi ſolet: nonnunꝙ pro eo q̄

Conſultor.

alijs conſuluit. Saluſtius in Iugur. Simul ab eo petunt vti fautor: conſultorq₃ ſibi abſit. Et iterum. Ita cupidine atq₃ ira peſſimus con ſultoribus graſſari neq₃ facto neq₃ dicto abſti

Conſultus

nere. Conſultus eſt homo prudens ac ſciẽs di gnuſq₃ a quo conſilium petas. Ceterum nõ oc currit mihi vbi reppererim: niſi aut participiũ vt ibi conſulti medici dixerunt eundem eſſe lan gorem aut nomen pro iuriſconſulto vt Horati⁹ Et is tu qui modo miles mercator. tu conſult⁹

Ser. prio.

modo ruſticus. Quinti. in vij. Scripti ⁊ volun tatis frequentiſſima inter cõſultos queſtio eſt Liuius tamen libro. j. ait de Numa pompilio. Conſultiſſimus vir vt illa quidem etate eſſe po terat oĩs diuini atq₃ humani iuris. et in. x. Ca lidos ſolerteſq₃ iuris atq₃ eloquẽtie conſultos Hora. j. carminum. Parcus deorum cultor ⁊ in frequens inſanientes dum ſapientie conſultus erro. In compoſitione frequẽs eſt ſed adiecti uum: vt apud eundem Quin. O inconſultã mu liebrẽ ſemper amentiã. i. imprudentẽ: in conſi

Incõſult⁹.

deratam: et nullius conſilij. Alterum quoq₃ cõ poſitum eſt vt iuriſconſultus: qđ etiam dici ſo let iure conſultus: nonnũꝙ in ſimplici: vt Oui dius. in primo de arte amandi Sit tibi credibi lis ſermo: conſultaq₃ verba.

¶ Epitome capitis. cccxl.

¶ Agimus gratias verbo pro quo barbare di citur regratiamur: raro autẽ ſingulariter ago gratiam dicimus. Habemus gratias ⁊ licet ra rius gratiam animo aut mente memori. Refe rimus gratiam aut gratias re ipſa ⁊ facto bñfi ciũ reddẽtes: ſed referim⁹ vſitatius in re bona ꝙ reddimus dicem⁹ referimus tñ ⁊ malas gra tias. Agere grates raro apud oratores frequẽ tius apud poetas metri gratia.

¶ Agere gratias: habere gratias: refer re gratias. Cap. cccxl.

Agere gra tias. Habere. g. Referre. ſeu redde re gratias

AGere gratias eſt verbo quod qđda₃ barbare dicunt regratior. Ha bere gratias eſt in animo cũ memo rẽ accepti beneficij mentẽ animũq₃ habeo: ⁊ inuicẽ gratificandi voluntatẽ. Refer re ſiue reddere gratias ẽ facto vt ſi tu a me ſub leuatus aut pecunia aut patrocinio aut manu: alio ve ſubſidio viciſſim me aliquo mõ ſubleua ueris gratias retuliſti reddidiſtiq₃: licet Sene ca nolit malas referri poſſe: ſed reddi. Cicero tamẽ in Saluſt. ait. Nam ꝙ iſta inuſitata rabie in vxorẽ ⁊ filiã meã inuaſiſti: que ſe facilius mu lieres abſtinu rũt a viris ꝙ tu vir a viris: ſatis docte ac perite feciſti. Non enĩ ſperaſti me mu tuã tibi gratiã relaturũ: vt viciſſim tuos cõpel lem. ꝙꝙ Cicero nunꝙ fere aut reddere gratiã ſed referre Porro hoc exemplũ in aliũ vſu₃ quo q₃ attuli: ꝙ videtur ſignificari gratiã: etia₃ ver bo referri non ſolum facto: ſed multum tamen differt ab illo agere gratias quo tantum innui tur cõfeſſio accipientis beneficiũ. Qui vero re fert gratiã reddit beneficiũ: interdũ maleficiũ ſiue facto ſiue dicto: quoniam dicendo nonnun ꝙ proſumus eque atq₃ faciendo. Plãcus ad Ci cero. Immortales ago tibi gratias: agamq₃ dũ viuam Nam relaturũ me affirmare nõ poſſum Tantis tuis enĩ officijs non video: mihi reſpõ dere poſſe: Ecce reſpondere officijs. i. ſatiſface re beneficijs eſt gratias referre. Ceterum fre quentius eſt refero gratiam ꝙ habeo gratiam

Referre gratiam

Item frequentius refero gratias ꝙ ago gratiã Vix enĩ audiuimus ago gratiã ſ₃ gratias: ⁊ ra ro refero gratias ſed gratiam Lucrecij teſtimo nio eſt illo in li. x. lvj. Ti. Liuij. Statiatuſq₃ tan dem complexu filij renunciate inquit gratias regi me agere. Referre gratiã aliam nunc nõ poſſe, ꝙ vt ſuadeã nõ ante in aciem deſcendat: ꝙ vt in caſtra me rediſſe audierit. Dicim⁹ ago

Ago gra tes

grates: ſed ſepius apud poetas qui neceſſitate verſus ago gratias dicere non poſſunt. Nõnũ ꝙ etiam apđ oratores: vt Li. Aliquãtoq₃ poſt ſuſpexit ad celum ⁊ grates tibi inquit ago ſum me ſol: vobiſq₃ reliqui celites: niſi legendu₃ eſt gratias non grates pro eodẽ ſignificato ſiue p co qđ eſt reddo gratias. Seneca in trage. q̄ in ſcribitur agamemnõ dixit. Reddunt grates ti bi grandeui laſſiq₃ ſenes compote voto. Red dunt grates. id eſt [vt ego interpretor] agũt gra tias. Quis enim referre poſſit gratiam deo qđ etiam fando nunꝙ cognitum eſt niſi apđ quoſ dam recentes nihil niſi barbare loqui ſcientes ſed gratias agimus. Raro etiã gratias dijs ha bere dicimus quotiẽs agnoſcim⁹: apudq₃ nos ipſos fatemur ab illis beneficium accepiſſe ci tra ſpem gratiã referendi: vt in andria Teren. Pol dijs habeo gratias ꝙ in pariũdo aliquot affuerunt libere.

¶ Epitome capitis. cccxlj.

¶ Gratulari cum datiuo tacito aut expreſſo eſt ſignificare te gaudere de fortuna ac felicitate alterius qui eã obtinuit etia₃ ſi tu is fueris: ita

vt duplicē perſonā geras ⁊ gratulātis ⁊ ei⁹ cui gratuleris. Gaudem⁹ igit̃ vt Donatus dicit̃ noſtra felicitate: gratulamur aliene. Pro q̃ poete ⁊ interdū hiſtorici grator vtuntur. Gratulari q̄ eſt gratias agere p̄cipue diis: hoc ē ſupplicare ꝑ felicitate obtēta. Quomō etiā grator accipi poſſet. lōge tñ differūt a gaudeo. Ita vt gratulari poſſet qui nō gaudeat vt aſſentator.

¶ Gratulari: gratari. Cap. cccxli.

Gratulari eſt verbo teſtari te gaudere de fortuna ac felicitate alterius apud eū ipſuz qui affect⁹ eſt felicitate: nonnunq̄ apud te ipſum ob tuā felicitatē. Ideoq̄ fere poſtulat datiuū ⁊ gratulor tibi ob tuā preturā adeptam. Gratulor manib⁹ meis quib⁹ vt te contingerēt datuz eſt. Quin. nō efficiet tamē infandū p̄ſentis reatus: indignumq̄ diſcrimē vt miſera puella nō gratuletur ſibi q̄ illam pauper accuſare taz potelt. Poete nonnunq̄ pretereunt datiuuz vtiq̄ cum fuerit pronomen que fuerit cauſa vt quidam exiſtimarent: quorum eſt Apulei⁹: hoc verbum idez ſignificare qd̄ gaudeo. Oui. in herodib⁹ Gratulor Oecholiam titulis accedere noſtris. gratulor inq̄ tibi vel mihi vel nobi Idem tertio de arte amādi. Priſca iuuēt alios ego me nūc deniq̄ natum Gratulor. gratulor ſubintellige mihi. Et interdum etiaz oratores: vt Qui. in paſtu cadauerū. Gratulemur iam q̄ nulla ciuitas fame laboret ſubintellige nobi. Uerba autē Apuleii hec ſunt in apologio de magna. Eo in tēpore qd̄ non negabūt in getulie mediterraneis montibus fuiſſe niſi piſces per deucaliōis diluuia repperirent̃. q̄ ego gratulor neſciſſe iſtos legiſſe me. Pretermiſit datiuuz q̄ gratulor pro gaudeo accepit. Qd̄ tm̄ abeſt vt approbem: vt poſſit gratulari quis cū minime gaudeat: atq̄ adeo doleat: qd̄ frequenter vſu venit vtiq̄ iter falſos amicos: cum aliter inuidus atq̄ emulus tacite quidem dolens q̄ alter honoribus auct⁹ ſit: tamē illi gratulat̃: forte ⁊ Apuleius ſubintellexit mihi. In eadem ſignificatiōe accipit̃ grator: ſed poeticū hiſtoricūq̄ eſt. Uirgil. Inueni germana viā gratare ſorori. T. Liuius lib. vii. Tuū frequētes currū Iouis optimi maximi tēplū gratātes ouanteſq̄ adire Dicimus aliquando gratulari pro eo qd̄ eſt gratias agere: ſed nō

Gratulor

Grator

Gratulari. fere niſi diis immortalibus. Ideoq̄ ꝓprie idē eſt qd̄ ſupplicare. Siquidē triūphātes in capitoliū aſcēdebāt Ioui optimo maximo. ceteriſq̄ diis gratulatū. Eiuſdē q̄ ſignificatiōis fortaſſis eſt grator: quod ſignificat. Li. li. x. dicēs Ita q̄ p̄tor et tēplo edixit vti editui: edes ſacras tota vrbe perirēt circūeundi: ſalutandiq̄ deos agēdi grates per totū diē populo poteſtas eēt Nec mirū ſi dicim⁹ gratulari gratari ve diis: q̄ſi oſtēdere nos illis aggaudere. cū dicamur coſ dē ſalutare quaſi ſalutē illis optare: qd̄ hominibus conuenit non diis.

¶ Epitome capitis. cccxlii.

¶ Fingere eſt more figuli aliquid componere Effingere autem eſt ad alterius formam fingere effigiemq̄ eius ducere. Effigies enim eſt ſimilitudo aut imago rei ad viuum effecta.

¶ Fingere: effingere. Cap. cccxlii.

Fingere proprie eſt figuli qui formas ducit ex luto: inde generale fit vocabulū ad cetera que ingenio manuq̄ hoīs artificioſe formant̃: ꝑ ſertim inuſitate ⁊ noue Effingere eſt ad alteri⁹ formā fingere ⁊ quodāmodo fingēdo rep̄ſentare. Cice. li. ii. de orato. Tum accedat exhortatio qua illum quem delegerit imitando effingat atq̄ exprimat. Qui. Nam id quod eſt docilis nature ſic tamē vt ea que diſcit effingat. Et itez Nam mihi videtur. M. Tulli⁹ cū ſe totū ad imitationem grecorū contuliſſet: effinxiſſe vim Demoſthenis copiā Platonis: iucūditatē Socratis. Unde dictū eſt nomen effigies figura ad viuā alteri⁹ ſimilitudinē: vel ad veritatis imaginē facta tam in picturis q̄ in ſculpturis.

Fingo

effingo.

effigies.

¶ Epitome capitis. cccxliii.

¶ Obire ſignificat exequi et perficere munus aut officium ei⁹ quod additur vt obeo legationem prouinciam diem aut mortem. Quādo aūt nihil additur vt obiit ſignificat mortuū eſſe q̄ſi omnia officia executum: ſicut oppetere mortē id eſt terram mordicus petere dicere licet aut abſolute. Oppetere pro eo qd̄ eſt necari ſeu occidi aut potius occiſum terram mordicus petere ne vocem viro indignam emittat: ſed interdum etiam pro morte fatali ſeu naturali dicit̃. Similiter defunctus ⁊ perfunctus variis officiis dicitur: ſed dum nihil additur intelligit̃ toto munere vite defunctus. id eſt mortu⁹. Detulit autem per ſe poſitum ſignificat accuſauit. vt auctor declarat.

¶ Obeo legationē: Prouinciā. mortem. diem.
¶ Item oppeto mortem defunctus et perfunct⁹ ac defero. Cap. cccxliii.

Obeo cū diuerſis

Obeo legationem. id eſt exequor munus ⁊ officium legatiōis obeo prouinciam: exequor officiū prouinciale. Ita obeo mortem: exequor ⁊ perago mortem vel adeo mortem quemadmodum dicitur q̄ obiiſſe diez pro adiuiſſe. Item obiit diē ſuū idē eſt qd̄ mortuus eſt. ⁊ ibit ad diē fati. Ut apd̄ Sulpitium. Nunciatum eſt Marcellum diem ſuuz obiiſſe Pretermittimus aūt nonnūq̄ illū accuſatiuuz dicentes Marcellus obiit. quod itez fit in illis ſignificatiōe ſimilibus verbis: oppetiit ⁊ defunctus eſt: atq̄ etiam detulit et ſi qua adhuc alia. Nā in priore ſubintelligitur actūs mortē in poſteriore ablatiu⁹ vita. Quid ſigni q̄ ſepe reperimus hec nōia his verbis eſſe adiūcta. Eſt autem oppetere frequentius quidem mori nō fatali ſed illata morte. Interdū tñ ⁊ fatali. Cice. in offi. Et aiax tradit̃ miles mortē maluiſſe oppetere q̄ mulieribus [ſi. Circe ⁊ Calipſo mulieres appellande ſunt] vt Ulyſſes fecit: inſeruiſſe. Item de diuinatiōe. Aequius eſſe cenſuit ſe

Obiit.
Oppetiit
defunc⁹ eſt

maturā oppetere mortē ꝙ publij Aphricani filiā adoleſcētētē feminā emiſit: ipſe paucis poſt dieb⁹ eſt mortu⁹. Sine accuſatio vt apd̄ Uirg. O terqꝫ quaterqꝫ bti. Quis ante ora patrū troie ſub mēnibus altis Cōtingit oppetere. Defunctus Perfunct⁹ Defunctus quoqꝫ dr̄: quaſi perfunctus munere viuēdi ideoqꝫ vt dicimus perfunctus eſt ſiue defunct⁹ officio pretorio: munere edilitio: cura tribunitia: ita defunctus vita. i. ab hac adminiſtratiōe ab hoc munere: ab hac ꝓcuratione ceſſauit: vt apud eundē. Defunctaqꝫ corpora vita Detulit aūt qd̄ tertio loco poſui in id ſignificatum accipio: cum eſt pro accuſauit: vbi ſubintelligit̄ re⁹ vt Quint. Diuitē detuli reū: ꝑaup inimic⁹ occiſi Defero. pater. ¶ Epitome capitis. cccxliiij.

¶ Ueſtigo eſt inquiro quaſi per veſtigia: ſed inueſtigo ⁊ perueſtigo ſignificāt nō ſolū quero: ſꝫ etiam et quidem frequentius querendo inuenio

¶ Perueſtigo: inueſtigo. Cap. cccxliiij.

Perueſtigo Inueſtigo Ueſtigo. PEr ueſtigo ⁊ inueſtigo nō ſolum quero ſed ⁊ quidem frequēt⁹ querēdo inuenio vt ſit veſtigo quero inueſtigo quaſi acquiro. Ductuꝫ eſt autem hoc verbū a veſtigijs tāꝙ ſignis indicijſqꝫ quib⁹ ad rei noticiā peruenimus. Ci. iij. de oratore. Ipſa tractatio ⁊ queſtio quottidie ex ſe gignit aliquid: qd̄ cum deſidioſa delectatione veſtiges. Idem in eodē lib. ij. Noſſe regiones intra quas venias ⁊ perueſtiges qd̄ queras. Idē pro ligario. Sed qm̄ diligentia inimici inueſtigatum eſt quod latebat confitendum eſt vt opinor. Terētius. Nihil tā difficile quin querendo poſſit inueſtigari

¶ Epitome capitis. cccxlv.

¶ Nutriuntur parui vt creſcant nutriunt̄ etiā adulti vt viuant quomodo etiam ali dicunt̄: ſed res incorporee alūtur vt creſcāt duntaxat hoc eſt augentur ⁊ fouentur.

Nutriri ¶ Nutriri ⁊ ali quid ſignificent. Cap. cccxlv.

NUtriri eſt et paruulorum vt creſcāt: vnde nutrices dicuntur. nutritijqꝫ q̄ curam infantiuꝫ habēt habuerunt vel: et adultorum vt viuant. Ali. Ali quoqꝫ in eodē ſignificato: vnde lex illa. xij. tabularum Liberi parentes alant aut vinciantur: at in rebus incorporeis frequētius vt creſcāt. Qui. Sed alere facundiā: vires augere eloquentie poſſit. Perinde ac ſi dixiſſet augere facundiam: augere vires eloquentie poſſit. Cice. Sed nec illa extincta ſunt: aluntur potius ⁊ augent̄ cogitatiōe ⁊ memoria mea. Coniungit ⁊ ipſe hec duo ſicut ſolem⁹ in multis q̄ ſimilia ſūt vt poſſum ⁊ licet: ⁊ mun⁹ ⁊ officiū: vt mens animuſqꝫ Uirg. Hos ſucceſſus alit. i. quaſi horum animos ſucceſſus augeſcere facit.

¶ Epitome capitis. cccxlvj.

¶ Spero ⁊ confido pro credo leguntur tam de preterito ꝙ de preſenti ⁊ futuro: vt auctor exēplis docet.

Deſpero ⁊ confido. Cap. cccxlvj.

SPero pro credo vſitatum eſt ſiue de pn̄ti loquamur: ſiue de preterito. De pſēnti. Qui. Facilis vt aiaduertere vos ſpero defenſionis mee curſus eſt. De preterito idē. Et innocētiā quidē puelle ſatis vt ſpero defendimus. Et Cic. Spero iā ꝓbatā eē amicitiā noſtrā. Silr̄ ꝯfido pro credo: tū in preterito: tū in pn̄ti: tū ī futuro. In preterito. Qm̄ ꝓbatā rationē officij mei vobis eſſe confido. In pn̄ti ꝙꝙ a Cratippo nr̄o principe hui⁹ memorie philoſophorꝫ hec te aſſidue audire atqꝫ accipere confido. In futuro: ita fore cōfidim⁹. Hec exēpla ex Cicerone ſunt. Spero. Cōfido.

¶ Epitome capitis. cccxlvij.

¶ Dicere ſniam ꝯpetit ꝯſiliario: ferre iudici: ſꝫ interdū dicere ꝓferre legit̄. Silr̄ dicere leges differt a ferre. Nā ferim⁹ ad nr̄os: dicim⁹ ad victos. De dico ſniam: ⁊ fero ſniaꝫ. Ca. cccxlvij.

DIco ſentētiam conſiliarius fero ſniam iudex. quorꝫ exēpla frequētiora ſunt ꝙ vt a me repeti debeant. Nōnūꝙ tū dico ꝓ fero: vt apd̄ Qui. Apd̄ iudices quidē ſcd̄m legē dicturos ſniam: de ꝯfeſſis ꝑcipere ridiculū eſt. Iuris ꝙ ꝯſulti hoc vbo in hūc ſenſuꝫ frequētiſſime vſi vident̄ Dico leges aliud ꝙ fero leges. Eſt eīn ferre ad ſuos: dicere fere ad victos: vt Liui: lib. xlvj. Nihil ea mouerūt regē tutā fore bellis: aſiā ratum qn̄ perinde ac victoriā ſibi leges dicerentur. Dicere ſententiam. Ferre ſententiam Ferre legē dicere legē

¶ Epitome capitis. cccxlviij.

¶ Circūſto. i. circūdo ſtādo proprie. Circūſiſto i. inuado ⁊ irruo ⁊ aggredior: territificādi gratia ſed interdum etiam terroris auferendi. Interdum pro circūſto ⁊ circūſiſto.

¶ De circūdo ⁊ circūſiſto. Cap. cccxlviij.

CIrcunſto et circunſiſto vtrūqꝫ facit circūſteti: ſꝫ primū ꝓ circundo: alterū ꝓ inuado ⁊ irruo: ⁊ q̄ſi territificatiōe aggredior. Uirgi. Circūſtant aie dextra leuaqꝫ frequētes: Idē. At feſſi tādē ciues infāda furētes. Armati circunſiſtūt: ⁊ alibi. At me tū p̄mū ſeu⁹ circūſtetit horror. Qui. in apes paupis Cū me euocaſſꝫ ſubito trepidū totoqꝫ fortune ſue ſtrepitu circūſteriſſet. Nonnūqꝫ nō territificādi. ſꝫ erroris auferēdi gr̄a ponit̄: vt Ceſar ī cōmen. Si qs grauiore vulnere accepto deciderat circūſiſtebāt hoc eſt ſocij iacētē exhortabāt̄ tela hoſtiū arcētes. Nōnunꝙ ēt vt circūſto accipit̄ vt apd̄ eundē: ⁊ mercatores ī oppidis vulg⁹ circūſiſtit q̄buſqꝫ ex regionib⁹ veniāt: q̄t ibi res cognouerit ꝓnūciare cogit q̄ etiā mō apd̄ Quin. accipi ſolet. Circūſto Circūſiſto

¶ Epitome capitis. cccxlix.

¶ Uſurpare eſt vti ſeu vſitari tū dicto tū facto ſed cum accuſatiuo: interdum proqꝫ dictito ponitur ſicut: frequentius pro factito.

¶ De vſurpo. Cap. cccxlix. Uſurpo.

USurpare eſt vti ſiue vſitari. tū dicto tū facto. Ci. ī orat. Poſt inuēta cōcluſio eſt: q̄ credo vſuros veteres

illos fuiſſe ſi iā nota atqꝫ vſurpata res eēt: quā inuēta oēs viſos magnos oratores videm⁹. Hoc etiā ſic dicere licebat in eandē ſententiā: poſt inuenta concluſio eſt. quam credo vſurpaturos illos fuiſſe: ſi iam nota atqꝫ vſurpata res eēt quā inuentā oēs vſurpaſſe magnos oratores videmus. Idē. Qđ ſemper vſurpamus in oībꝰ dictis ac factis minimis ac maximis: cū hoc decere dicimus: illud non decere. Idē. Preclare eñ hoc eſt vſurpatum a doctiſſimis: quorū ego auctoritate non vterer: ſi mihi apud aliquos agreſtes habēda eē t oratio. Sed cū apđ prudētiſſimos loquar quibus hec inaudita non ſunt cur ego ſimilem me ſiquid in his ſtudijs opere poſuerim perdidiſſe. Dictum eſt igitur ab erudítiſſimis viris niſi ſapientem liberū eē neminē. Vſurpatum ⁊ dictum pro eodē accepit: ſicut doctiſſimis ⁊ eruditiſſimis. Quid multa cum frequenter iuriſconſulti vtantur vſurpo predictorum pro factito minus dubium eſt.

¶ Epitome capitis.cccl.

¶ Preſto ſum idē eſt quod ad ſuz. i. auxilio ſum ſemperqꝫ fere verbo ſum ſimplici coheret. Ad ſum autem tria ſignificat. Primum preſentē eē idqꝫ naturaliter ſignificat ⁊ ablatiuū mediāte prepoſitione in regit: aut datiuum. Alterū auxilio ſeu preſidio eſſe: quo mō aduocati adſunt. Tertiū aduenire ſeu aduenturū eſſe. Que tria etiam preſto eſſe ſignificat.

¶ De preſto ſum: ⁊ ad ſum. Cap.cccl.

Preſto ſuz
Ad ſum.

PReſto ſum idez eſt quod adſum: nec alteri fere verbo coheret niſi de v̄bo ſubſtantiuo et huic ſimplici. Nā preſto adſum magis poeticū eſt. qđ igit̄ ſignificat adſum. Tria: vnū naturaliter: duo: per quendā flexū ⁊ diriuationem. Primū preſens ſum qđ modo cū ablatiuo iūgit̄ in p̄poſitione ſeruiente: vt apud Ci. de ora. In pauli lingua non affuerat. modo cum datiuo vt apud eundē in philipi. Oībus his pugnis Dolobella affuit: Et apud Quint. Nā in his libris obſeruationū a Septimio editis affuiſſe. Ciceronem tali cauſe inuenio. Secundū eſt hinc dictum: quo ſepe corrogam⁹ qui nobis adſint. periclitantibus: quales ſunt aduocati quorum officium eſt adeſſe in iudicio. Sed ipſum illud adeſſe in iudicio. Sed ipſum illud adeſſe fauere eſt preſidioqꝫ eſſe ideoqꝫ dicimus adeſſe ꝓ eo quod eſt eſſe preſidio. Virgi. Modo Iuppiter adſit. Et iterum. Adſis o tandem ⁊ placid⁹ tua numina firmes. ⁊ in ꝓſa. Qui. Nūc oēs in auxiliū deos ipſumqꝫ in primis quo nec preſentius aliud: nec ſtudijs magis ꝓpriū eſt numē inuocē vt quantū nobis expectationis adiecit: tantū ingenij aſpiret: dexterqꝫ ac volens adſit. Idē. Si tamen pater qui diuiſit patrimoniū ⁊ reos parricidij defendit ſic agat qđ contra legē ſufficit. Parricidium obijcitur iuuenibus quorū pater viuit: atqꝫ etiam liberis ſuis adeſt. Tertiū eſt aduenio ſeu magis aduenią: nam prope idē ſunt. Iam veniet et iam preſens erit. Itaqꝫ aderit accipitur vtroqꝫ ſine pro vtrouis. Virgilius. Iamqꝫ aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus. Et iterum. Huc ades o formoſe puer. Et Huc ades o galathea quis eſt iā ludus in vndis. Et iteruz. Huc ades o melibee caper tibi ſaluus ⁊ hedi. Vbi ſi eadem foret ſignificatio que in illo preſens ſit: hic ades non huc diceretur: ergo huc ades pro adſis: idem eſt qđ huc veni. Has eaſdem ſignificationes habz preſto ſum et eadem ratione: in prima Ciceronis exemplum eſt in Bruto. Quibus quidem cauſis tu etiam Brute preſto fuiſti. In ſecūda eiuſdem pro murena. Ius ciuile didicit multum vigilauit: laborauit preſto multis fuit. Et pro eodez. Tu interea Rome videlicet amicis preſto fuiſti. In tertia eiuſdem ad Herennium. Hyrūdines eſtiuo tempore preſto ſunt: hyeme pulſe recedūt. Et in epiſtolis frequēter. Stator tu⁹ cum litteris mihi preſto fuit. Et prope accipi ſolet hoc vltimum pro eo quod nunc dicim⁹ cōparco. vt ſi quis aliqua dignitate imperio vel affectus alteri ſic iubeat: cras mihi ad hūc locū et ad hanc horam preſto ſis: id eſt compareas et te repreſenites atqꝫ exhibeas mihi.

¶ Epitome capitis.cccli.

¶ Flemus lachrymis. Gemimus pectore: vt q̄cunqꝫ premuntur. ploram⁹ voce flebili. ĩploramus ſic opem orantes. Plangimus pectus cōcutientes. Eiulamus voce muliebri. Vociferamur voce effrenata. Lamentamur voce querela ⁊ doloroſa.

¶ Flere: gemere: plorare: plangere: eiulare: vociferari: ⁊ lamentari: qđ differant. Cap.cccli.

FLere ē lachrymis: ideoqꝫ tantū hominum ſicut ridere. Gemere eſt in pectore cum pre anguſtia in ſonū prorumpit: ideoqꝫ et iumenta ſub nimio pōdere gemūt: ⁊ inanimata quoqꝫ cum nimis onuſta ſunt gemere dicuntur: vt apud Virgiliū gemuit ſub pōdere cymba. Plorare eſt voce flebili ⁊ effuſa dolorem ſuum aperire. Vnde ĩplorare eſt plorando opem orare. Plangere ē percuſſione ⁊ verberatione pectoris: capitis: vultus: aliorum ve membrorū ſe in dolore affligere: regitqꝫ poſt ſe accuſatiuū. Ideoqꝫ per trāſlationem dicuntur fluctus plāgere littora quaſi ad declarandum dolorem in modum lamentationis. Eiulare eſt voce ſublata flere: quod magis mulierum eſt proprium. Vociferari eſt voce effrenata non modo dolorem: ſed etiam indignationem (qꝫ indignatio doloris genus eſt) oſtendere. Interduz ſine affectu: ſed tamē vehementius exclamare. Lamentari eſt voce querula: et triſti oratione cladem teſtari ſuam. Que exempla lecturis hoc opus inueſtiganda relinquimus.

Fleo
Gemo
Ploro
Imploro
Plango
eiulo.
Vociferari
Lamētor

¶ Epitome capitis.ccclij.

¶ Exiſtere ⁊ extare ē eminere ⁊ ſupereſſe. Sz exiſtere cum motu quaſi procedēdo aut exurgēdo ſeu emergēdo. Extare etiam ſine motu.

¶ Eſt eñ exiſto q̄ſi exeundo ſto. Exto q̄ſi extra

ſto. Unde apud Iuuenalē: ⁊ ſtantē extra pocula caprum: dici poſſet vno vocabulo extantem. Uñ extant que non exciderunt tam libri ꝙ relique res ſupereſſe dicuntur homines ſuperſtites: q̄ ſcȝ ſuperſtant reliquis decidētibꝰ aut vbi reliqui deciderint. Au. Gellius docet ſupereſſe ſignificare ſuper .i. plus ꝙ ſatis eſt eſſe.

De exiſto ⁊ exto. Cap. ccclij.

Exiſto
Exto

Exiſtit ⁊ extat quorū verborum vnum atq; idem preteritum eſt: ſimile quiddā ſignificant: qđ eſt eminet et ſupereſt: ſed primū cum motu: alterū ſine motu: vt illud ſit ꝑdit vel exurgit: hoc vero ſuperſtat. Cicero de diuinatione: atq; delapſus in flumē nūꝙ comparuiſſes: me contremuiſſe timore perterritum: tum te repente extitiſſe. Et iterum in eodem libro. Summerſus equus voraginibus nō extitit. Adhuc iterum in eodem. Uocē ab ede Iunonis ex arce extitiſſe. Atq; iterum. Neq; diu vlla vox extitiſſet: ⁊ in ſecundo. Anguem ab ara extitiſſe. Et iterū. In Lyſandri ſtatue capite delphis extitit corona. De rebus quoq; mentis exiſtere dicimus: vt idem in Lelio. Exiſtit hoc loco queſtio ſubdifficilis. De extare vnum exemplum Uirgilij geor. iij. ſufficerit. Stant circunfuſa pruinis Corpora magna boum: confertoq; agmine cerui. Corpent mole noua ⁊ ſummis vix cornibus extant. Quo fit vt de libris qui demortui non ſunt: dicamus extare. vt extāt pauciſſimi Uarronis libri. plurimi non extant. Nam vt de homine qui adhuc viuit loquimur ſupereſt quaſi non ſubter ē ſub terra humatus.

Superſtaz

Ita de rebꝰ extant: quaſi extra ſtant non intra et in tenebris latent. Cicero in ora. Que vt ſcis extat oratio. ⁊ de ſenectute. Et tamen ipſius Appij extat oratio.

Epitome capitis. cccliij.

¶ Conciliare ⁊ inire ſignificant quaſi comparare ⁊ contrahere: ſed dicimur cōciliare nobis amorem et beniuolentiam: non gratiam. Et e diuerſo inire gratiam: non amorem cur beniuolentiam. Nam inire eſt magis fauorem comparare ꝙ amorem. Reconciliari aūt et in gratiā redire idē ſunt: niſi ꝙ reconciliamur per aliū redimus etiam per nos: idq; etiam cum inanimatis. Preterea conciliamus nobis. id eſt comparamus laudem. famā. honores ſimiliaq; nō inimus. Rurſus inimus non conciliamus proprie rationem. fedus. pacem ſocietatem. bellū pugnam viam. ⁊ ceteras res graues ac magni momenti quaſi capeſſentes ⁊ ingredietes: quocirca non dicam: ineo prandium ⁊ cenam: vt ineo conuiuium. Unde ⁊ rei magne principium: initium vocari ſolet: a grecis proemium. Iniēs q; abſolute poſitū rebus magnis. vt etati: pueritie: adoleſcētie: veri: eſtati: hyemi: anno nouo et ſimilibus duntaxat accommodari.

¶ Conciliare amorem ⁊ beniuolētiā nos dicimus: inire autem gratiam. Ca. cccliij.

Concilio.
Ineo

Conciliamus amorē nobis alicuius: conciliamus beniuolentiā nō aūt cōciliamꝰ gratiā. Rurſus inimꝰ gratiā: non aūt inimus amorē aut beniuolētiā. Quorum oim orationū eadē fere ſentētia eſt ac ſi hoc verbo vterer cōparo vel contraho: niſi ꝙ inire gratiam eſt magis fauorem comparare ꝙ amorē: vt apud Quintil. Quinctiā hoc timeo ne ex eo minorē gratiam liber ineat: ꝙ pleraq; non inuēta per me ſed ab alijs tradita ꝯtinebit.

Recōcilio

Recōciliari tñ ⁊ in gratiā redire idē ſunt: quotiēs amici interpoſita aliqua offenſa: cū aliꝙ diu fuerūt inimici in priſtinā redeūt beniuolētiā ac familiaritatē. Sed redire ingratiā etiā cū inanimatis ſolemus. Unde Ci. de ſenectute. In gratiā cū voluptate redeamꝰ. Preterea conciliamꝰ nobis laudē: famā: honores ſiliaq;: nō iminꝰ. Qui. li. ij. Nā ⁊ plus auctoritatis afferūt ea q̄ nō preſentis grā litis ꝑparata: ⁊ laudē ſepe maiorem ꝙ ſi noſtra ſint conciliant. Rurſus ineo rationē: ineo fedus: ineo pacem: ineo ſocietatē: ineo bellū: ineo pugnā: ineo viā: q̄ſi capeſſo: atq; ingredior. qđ nō niſi fere in re momētoſa ſiue graui grandi ve dici ſolet. Nā non ita recte loquor ineo prādiū: cenā: q; vt ineo ꝯuiuiū.

Initium.
Proemiū

Uñ pricipiū rei maioris initiū vocaꝛ: vt initiū rōnis Qui. ꝙ teſtāte q̄ait Qđ pricipiū latie vl' exordiū dr̄ maiore quadā rōne greci videꝛ ꝓemiū noiaſſe. qđ a noſtris mō initiū ſignaꝛ. Et huꝰ verbi participiū abſolute poſitū ſine regimine maioribus rebꝰ adhibeꝛ: vt ineunte pueritia: ineūte adoleſcētia: ineūte etate: ineūte vere: ineūte eſtate in eūte hyeme: ineūte anno nouo.

Iniens.

Nō aūt ineūte dormitiōe: ineūte ꝯuiuio: ineūte die: ineūte nocte: ineūte hora: ſed incipiente niſi dicimꝰ illud ipſum ineunte certis nominibus debere adiungi: que ſunt ea que modo expoſui.

¶ Epitome capitis. cccliiij.

¶ Obruere eſt operire aqua aut terra ſiliq; re q̄ ꝓijci pōt: ⁊ per metaphorā etiā ad animum trāſferꝛ cōpetitq; vino ⁊ ſomno. Ingurgitari aūt quēuis multo cibo dicimus ꝙuis ⁊ vino ꝙ q̄s ſe ingurgitat: ſicut crapſari tā de potu ꝙ de cibo dr̄. Cuiꝰ igurgitatio ⁊ repletio crapula dr̄.

¶ Quid ſit obruere ⁊ ingurgitare et crapulari. Cap. cccliiij.

Obruo.

Obruere eſt operire ſiue aquā: ut obrutꝰ vndis ſiue terra: vt obruere verſata cerealia munera terra. Siue per trāſlationē ad aīm. vt Quin. Tot voluptates obruere poſſunt vnū dolorē.

Ingurgito.

Sȝ de multo vino potādo etiā dicimꝰ. ſicut ingurgitare de aſſumēdis multis cibis. Cic. ꝓ deiotaro aut vino ſe obruiſſe nudūq; ſaltaſſe. Et in Antoniū vt fratrē imiteꝛ ſe obruit vino. Et in eūdē Idē cū ſe cibis ingurgitaſſet.

Crapulor.
Crapula.

Ingurgitare aliquādo vtrūq; ꝯplectiꝛ ſicut crapulari nō mō in vino. ſed etiā in cibo: vñ ſit crapula: vt idē in eūdem. Edormi ineq; crapulam ⁊ exhala.

Epitome capitis. ccclv.

¶ Deuenire eſt quaſi deorſuz venire: vnde recte
deueni in planũ: in vallem: ⁊ a conſimili in pau-
pertatem ac miſeriam. De enim ſepe ſignificat
deorſum: vt deuoluo deorſuz voluo. Deſpicio de
orſum inſpicio: ⁊ quia quem contemnimus non
aſpicimus: ſed deſpicimus ideo deſpicere acci-
pitur pro contemnere. vt in buco. deſpectus ti-
bi ſum: nec qui ſum queris alexi. Eſt tñ proprie
deorſuz inſpicere: vt eneid. primo. Et iam finis
erat quũ iuppiter ethere ſummo. Deſpiciẽs ma
re veliuolum terraſq; iacẽtes. Sicut ſuſpicere
ſurſuz aut ſuſum iſpicere. vt attenuati ſunt ocu-
li mei ſuſpiciẽtes in excelſuz. Deſpicere aũt eſt
circũſpicere ⁊ cõſiderare: referturq; ad mentẽ
Peruenire eſt ad intentũ finem venire quaſi ad
ardua. Unde proprie dicas perueni in montem
ad diuitias ad honorem magnum: ⁊ ſimilia.

De deuenio: ꝑuenio: deſpicio: ⁊ diſpicio quo-
mõ eis ſit vtendũ ⁊ q̃d ſignificent. La. cccl v.

Deuenio. Peruenire D Euenimus in montem: deue-
nimus ad diuitias min⁹ vſitatum ac
minoris rationis eſt q̃ peruenimus
in montez. peruenimus ad diuitias.
Similiter ediuerſo deuenim⁹ in planum: deue
nimus in vallem quoties ab editiore loco profe
cti ſumus vſitatius probabiliuſq; q̃ peruenim⁹
in planũ: peruenimus in vallem. Ita deueni in
paupertatem quaſi deſcendi ⁊ delapſus ſum in
Deuoluo. humiliora. Deuoluo deorſum voluo ⁊ deuoluere
rogos deuoluere trabes deuoluere ſaxa: deorſũ
Deſpicio. precipitare. Deſpicio deorſum aſpicio: ſicut ſu-
Suſpicio. ſpicio ſurſum aſpicio. Inde per tranſlationem
cum quis alium contemnit ac parui facit deſpi-
cere dicitur quaſi infra ſe ⁊ ad pedes ſuos pro-
iectum aſpicere: quemadmodum ſuſpicere eſt
venerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illuz eſſe
Diſpicio collocatum. nam deſpicere eſt prouidere et cir-
cũſpicere mente tanq̃ in omnem partem lumi-
Diſpicẽtia na mentis intendere: omniaq; diſcernere: a quo
diſpicientia dicta eſt circũſpectio ⁊ prouidẽtia
vel conſideratio diligens atq; diſcretio.

Epitome capitis. ccclvi

¶ Occupare eſt rem vacuam poſſeſſore primũ
inuadere ⁊ ante alios capere: aut vi capere. Oc
cupatio autem ſchema eſt ſeu figura qua preue-
niendo dicimus qđ ab aliis dictum iri veremur
quaſi ſit quod vulgo dicunt ſermonis preoccu-
patio. Occupat⁹ vero dicitur qui ante negocio
detentus nõ poteſt alteri intendere. Unde ⁊ oc-
cupatio rei neceſſarie ⁊ cui ante alias vacare de
bemus diligens. vacatio.

Quid ſignificet occupare. La. cc:lvi.

Occupare. O Ccupare eſt locum tenere aut
capere ⁊ vi capere: vt apud Liuiuz li.
xxxiii. nam et ipſis vocantibus vrbez
hanc accepi: non occupaui. i. nõ vi ac-
cepi: aut mea ſponte accepi: non aliorũ rogatu.
Sepe vero ante capere eſt: vt aliqui loquunt̃:
Occupatio. preoccupare. Unde ſchema illud occupatio ap-
pellatur quotiens que dici ab alio poterant: ea
ſi preueniendo dicimus in noſtram partem.

ne nobis poſtea officerent retorquentes. Cice.
offi. li. i. Sunt autem nulla priuata natura: ſed
aut veteri occupatione vt ii qui quondam in va
cua venerunt. Certe primi illi qui venerũt in va
cua non potuerunt in aliena ire vt iſti aiunt qui
volunt occupare vtiq; eſſe in aliena re ſe poſſeſ
ſorem facere. Proprie eſt eniz occupare quod in
medio ſiue in medium: atq; cõe poſitũ eſt ante
ceteros capere. Quod teſtatur. Quinti. dicens
Multa nihilominus que libera fuerant: tranſe
unt in ius occupantium: ſicut venatio ⁊ aucupa
tio. Inde occupatus dicit̃ qui ante negocio ali
quo detentus non poteſt alterius negocio ope-
raz dare. Cic. Nemo me ꝯuenire valuit cũ eſſez
occupatus: hoc eſt cum cauſarer me quibuſdaz Occupat⁹.
aliis negociis eſſe preuentum. atq; hinc vocat̃ occupatio.
occupatio cum alicui neceſſarie rei ⁊ cui añ oĩa
operam dare debem⁹ cum diligentia vacamus

Epitome capitis. ccclvii

¶ Peto ad rem relatum tam in bonum q̃ in ma
lum accipitur. ad perſonam vero proprie in ma
lum cũ ablatiuo preſertim ſine prepõne vt peto
te gladio. veneno. inſidiis. dolo. Peto aũt malo
aut telo. i. iceſſo. aut percutio iactu teli ac pomi
Poſco autem eſt rem debitam ac honeſtam pe
to. Repoſco rem meam repeto. Poſtulo rez iu-
ſtam aut iuridice requiro. Petimus etiaz humi
liter. Expoſtulamus autem cum querela apud
amicos officium amicitie requirentes: frequen
ter ſequente ablatiuo ⁊ prepoſitione cum. Fla-
gitamus vehemẽter poſtulantes: ſed adhuc ve
hementius efflagitamus.

Peto: poſco: poſtulo flagito: quid ſi
gnificent. La. ccclvii.

P Etere eſt in bonum ⁊ in malũ: quod Peto
declaratur per ipſam rẽ: aut bonũ
ſignificantẽ: aut malũ: vt medic⁹ ſa-
nitatem egri petit: pater laudẽ filii
tu diuitias ego voluptatẽ peto. Itẽ
mali filii petunt mortem patris: ſerui mortem
dominorum. medici longitudinem morbi Pete
re autem mortez alterius. item petere caput al-
terius: petere pharnam: petere pudorez eiuſdẽ
accipitur in malum: q̃ illa in hominis perniciẽ
petas: ſiue q̃ ea oppugnes. At cum nõ in rẽ ſed
in ꝑſonã referĩ: peto vtiq; cũ ablĩo in malã par
tẽ accipit̃: vt peto te gladio: peto te veneno: pe
to te iſidiis. nã illud apđ Uir. Malo me galatea
petit laſciua puella Idẽ eſt qđ malo me inceſſit
⁊ pomorũ iactu ꝑcutere me ſolet. Et ideo quaſi
audacie culpeq; ſibi conſcia dicit̃ ⁊ fugit ad ſali
ces. Ab hac ſignificatione abſunt alia vba po- Poſco.
ſco qđ eſt ꝓprie rẽ debitã ⁊ honeſtã peto Inde Poſtulo
repoſco qđ eſt rem meã: ⁊ qđ mihi debes reddi
peto. Poſtulo eſt quodãmõ requiro: vt res: locus
ꝑſona: tẽpus: cã poſtulat: ⁊ tanq̃ rez iuſtã peto.
Curtius: poſtulabat aũt magis q̃ petebat: niſi
accipim⁹: vt Uarro apđ Ser. vult: humiliter pe
tebat. Sic eñ ait poſcere eſt cũ aliquid ꝑ meri
to noſtro dei poſcim⁹: petere vo eſt cũ aliquid Peto
humiliter ⁊ cũ precib⁹ poſtulam⁹. Et expoſtulo et poſtulo.
qđ eſt cũ querela apud amicos requiro: ⁊ quaſi

Officium in alio deſidero. vt Terentius in adelphis Quam ipſi fecerunt vltro iniuriam expoſtulant Sed frequentiſſime poſt ſe habet ablatiuū ſeruiente prepoſitione cū: vt quid habes quod me cum expoſtules:

Flagito.

Flagito vehementer ⁊ plus ꝙ poſtulo: vt Cicero. pro Quinti. ꝙꝙ hoc cauſa poſtulat: non tamen flagitat. Et Quintilianꝰ. ad Thriphonem Efflagitaſti quotidiano conuicio vt libros quos ad Marcellum meum de inſtitutione oratoria ſcripſeram: iam emittere inciperem. Que verba etiam Ciceronis ſunt in epiſtola ad Quintum fratrem.

Epitome capitis. cclviij.

¶ Labare prima breui eſt ruere ⁊ repente cadere. Labi vero priori lōga leniter ſenſimq; deorſum ire: Delabi autem proprie eſt deorſum labi Labuntur etiā in lubrico leniter. cadentes. Lapſus tamen pro ruina legitur. Is quoq; lapſus qui per infirmitatem animi ac imprudentiam deliquit. Elabi vero dicitur periculum euadere Labaſcere quoq; animus a labi dicitur per trāſlationem. in elaboratū dicitur non ſatis labore excultum: vnde vicio datur. Illaboratum ſine labore factum quod laudi datur quaſi ſuapte natura natum aut factum.

Labo ⁊ labor quid differant. Ca. cclviij.

Labo Labor.

Labo ⁊ labor ita differunt: ꝙ labare eſt ruere ⁊ repēte cadere: vt apō Uir. Labat ariete crebro ianua. Labi vero leniter ſenſimq; deorſum ire: vt labuntur flumina: labitur celum: labuntur dij a celo: non labāt Quint. Ut numen deus delabi ſyderibus ⁊ venire de liquido puroq; aere videbaꝉ. Cic. Non quaſi vnū ex hac vrbe miſſum: ſed quaſi de celo delapſum in hanc vrbem intuetur. Adeoq; demōes magis e celo laborūt: ꝙ lapſi ſunt.

Lapſus.

Angeli vero aſſidue ad nos labunꝉ. Labi quoq; dicunꝉ q̄ in lubrico iprimētes veſtigia ad terram ferunꝉ: non cū ruina: ſed lentius ⁊ cum aliqua mora. Tametſi nōnunꝙ lapſus ꝓ ruina accipiꝉ ⁊ per trāſlationē de corporeis ad icorporea: de eo q̄ au. per īfirmitatē animi: aut per ip̄rudētiā deliq̄t: dicimꝰ lapſus eſt q̄ſi pes animi vnꝰ ābo ve q̄ ſunt fortitudo ⁊ prudētia i lubrico lapſi ſint

Elabi.

Elabi quoq; ꝑiculū fugere diciꝉ eo mō quo anguis lubricꝰ: murena vel aut anguilla manu ꝓheſa lapſu fugit. i. manu elabiꝉ: ita q̄ e medio periclo euaſit: elapſꝰ dr̄ Uir. Ecce aūt elapſꝰ pyrrhi de cede polites. Sed hic nō eſt trāſlatio vtpote in re corporea erit trāſlatio i incorporea. Quit. Seruiū quidē Galbam miſeratione ſola qua non ſuos modo liberos paruulos in cōcione deduxerat: Sed Galli etiam Sulpitij filium ſuis ipſe manibus circuntulerat: elapſum eſſe cum aliorum monumentis: tū Catonis oratione teſtatum eſt. Cic. Hic Tito fratre ſuo cenſore qui ꝑmus ante me fuerat elapſus eſt. i. accuſatorum quaſi prehenſantiū manus effugit Trāſlatum quoq; illud Terentianū eſt a labo non a labor.

Labaſco.

Labaſcit victꝰ vno verbo ꝙ cito: Labo primā breuem habet. Labor primā longā: hinc labor laboris ⁊ laboro ras. primā breuē q̄d an ab altero illoꝝ verborū diriueꝉ: ⁊ ab vtro potꝰ liberū opinaturis relinquo: hoc tū non omittēs

Inelaboratum. Illaboratum.

in elaboratum dici: quod non artificio ſatis excultum eſt. Illaboratum vero quod ſine labore videtur factum: illud vicio dari ſolet. hoc laudi. Quin. de Ci. ait. Cū interim hec oīa que vix ſingula quiſq; intentiſſima cura cōſequi poteſt: fiunt illaborata ⁊ illa qua nihil pulchrius oratio pre ſe fert tamen feliciſſimam facilitatē.

Epitome capitis. cclix.

¶ Deligere eſt q̄d magis idoneū ſit ad aliquam rem decernere quaſi de multis legere. Eligere eſt ad noſtrū cōmodū aut ad electi dignitatem e duobus aut pluribus legere. Delectū agere ē diſpicere quis cui rei ſit idoneus: Fieri autē pt vt idē deligaꝉ. i. decernatur magis idoneus et eligaꝉ quaſi e multis ad dignitatē ſublimandꝰ vt princeps bonꝰ. Deligo aūt actm̄ ſine prepoſitione regit: aut mediante ad Eligo mediante in vt delegi te principē aut ad pricipatū gerēdum elegi te in principē. Pares aūt dicunꝉ cooptari Ceterū dicimꝰ agere vel hr̄e delectū: nō facere nec cum alio verbo: differtq; agere vel hr̄e delectū ab deligere ꝙ deligimꝰ aliq̄n vnum tm̄: agimus autem vel habemus delectū inter multos

Inter deligere ⁊ eligere. Ca. cclix.

Deligo. Eligo.

Deligere ⁊ eligere ſic differunt deligere eſt q̄d magis idoneū ad rē agēdā eſt cernere. Eligere vero vel ad nr̄m emolumētū: vel ad illiꝰ q̄ eligiꝉ dignitatē. Delegit ſibi pplus romanꝰ imperatorē ad bella: vt Pōpeiū ad bellū mithridaticū

Agere ⁊ habere delectum

Imparator ꝗ delegit milites: nō elegit: ad rē videlicet bellicā idoneos: ⁊ inter eos agit delectū q̄s cui rei magis ſit cōmodꝰ. Et agricola delectū agit iter tauros: quos ſcindēdo ſolo quoſq; ꝑ eāde ſoboli deſtinet At ſi ex multis dareꝉ optio quē ſibi vellet eligeret nō deligeret. Idq; ſp fere dr̄ ī eodē ſenſu daꝉ tibi ſiue offerꝉ optio ⁊ daꝉ tibi ſiue offerꝉ electio. At Cic. Deligere inq̄t opꝫ quam velis deligere: de vxore loquens deligere dixit: quaſi ad res domeſticas adminiſtrādas. Nec inficias eo poſſe fieri: vt in aliquē cadat delectionis ⁊ electionis nomen: vt in ipſū principem quem ad honorem pariter et ad rēp. bene gerendam aſſumimus Ceterum deligo ſine prepoſitiōe actm̄ habere ſolet: vt pplus ro. delegit. Cn. Pompeiū imperatorem. Eligo alterum actm̄ ſine prepoſitione alterum cum prepoſitione: vt idem pplus elegit in principem ſibi octauium. Ci. inquit. Quos Ceſar in ſenatū elegerat. Et ſacerdotes eligunt ſibi pontificē vt clerus epm̄: rurſus conſul milites delegit: et milites imperatorem: naute gubernatorem diſcipuli preceptorem ſibi deligunt. Nā inter collegas pareſq; aut fere pares dicitur cooptare.

Coopto.

Liuiꝰ dictatorē dici placet: diciꝉ Marcꝰ Furiꝰ Camillus qui magiſtrū eq̄tū Luciū Emiliū cooptat. Cic. in Bruto. A quo in collegiū augurū fuerā cooptatꝰ. Illud nō eſt ſilētio tranſeundū

duobus tm̄ dici modis deligere ꝑ terq̄ per hoc ipſuz v̄bū. Uno agere delectu: altero hr̄e delectū nūq̄ facio delectū: q̄ duo modi drn̄t ab ipſa ſignificatiōe deligēdi: ꝙ deligim⁹ aliqn̄ vnū tm̄. Agere vero vel habere delectum ad multa ſemper refertur Apud Quin. legi facere pro agere

Facere delectum. qđ haud ſcio an vicio librarioꝝ factū ſit. an etiā ſic dicere liceat. Ita eniz legitur ꝓprietates ingeniorum prorſus diſpicere neceſſariu z eſt. In his quoq; certum ſtudiorum facere delectuz nemo diſuaſerit. Namq; erit alius hiſtorie magis idoneus: alius compoſitus ad carmē: alius vtilis ſtudio iuris: ⁊ nōnulli rus fortaſſe mittēdi.

Epitome capitis. ccclx.

¶ Percontamur ꝓprie arguēdi gratia interrogamus cauſa noſcēdi: ſciſcitamur cauſa ſciendi ¶ Addi poteſt ꝙ ſcrutamur ⁊ rimamur cauſa inuēdi. Percōtari autē q̄ a conto .i. pertica qua naute aquarum profunditatem indagant venit videtur poſſe etiā ſine reprehenſione dici: ſicut ⁊ percuncto: qđ eſt cum mora inquiro tractum ab his. qui excogitantes aliquid cunctantur.

Inter percontari ⁊ interrogare. Ca. ccclx.

Percontor Ercontari ſignificat interrogare q̄uis ſuapte natura ſpectet ad finem coarguendi. vt teſtatur Quit. dicēs Quid eni taz cōmune q̄ interrogare vel percōtari: quorū vtroq; indifferēter vtimur: cum alterum noſcendi alterum arguen

Interrogo di gratia videatur adhiberi. Interrogo igitur: vt ego interpretor noſcendi gratia adhibetur:

Sciſcitor. Percontor vero arguēdi. Sciſcitari vt ipſa vox indicat ſciendi cauſa interrogare eſt.

Epitome capitis. ccclxi.

¶ Debellare ē bello vincere aut bello capere ꝓprie homines. Expugnare pugnādo capere vel oppugnando vincere: proprie opera: moles: caſtra: vallos: caſtella: vrbes: naues ⁊ ſimilia Oppugnare autem et impugnare eſt pugnam mouere etiam citra victoriā: nam multi oppugnāt ⁊ impugnant qui non expugnant:

Inter debellare ⁊ expugnare. Ca. ccclxi.

Debello. Expugno. Ebellare eſt bello vincere: aut bello capere. Expugnare pugnādo capere: vel potius pugnando: vel oppugnando quod ſignificauit Liuius lib. xlvi. Haud paulo facilius que ante due vnaz tūc vna duas naues expugnauit: cepitq;. ſed debellamus potius homines. Unde debellatum dicimus pro eo quod in bello certatum belloq; res parta eſt: aut perdita. Expugnamus autem opera moleſq;: vt caſtra: vt caſtella: vt vrbes: vt naues. Quo circa miror illud in pſalmo. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc iſrael Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea

Oppugno Impugno. ⁊ enim non potuerunt mihi: pro eo quod eſt oppugnauerunt ſiue impugnauerunt. Si enim nō potuerunt mihi profecto non expugnauerūt ſz oppugnauerunt tantum. Grece autem magis eſt oppugnauerunt ſiue impugnauerunt q̄ expugnauerunt. Pro eodem tamen ſignificato interpres accepit: niſi librariorum vitiu z eſt

Epitome capitis. ccclxij.

¶ Re particula prepoſita. per compoſitionem verbo ad celaturam aut clauſuraz ſeu contextuz pertinenti contrarium importat. vt refigo. retego. reſero. retexo. recludo. reuelo. reſigno Cum alijs aut non immutat ſignificationez: vt remoueo. repello. aut iterationē importat. vt repeto redeo. refero. reſtituo. ⁊c. vide ſuperiora.

Inter figo ⁊ refigo. Ca. ccclxij.

Figo: inde refigo quod fixuz erat educo. Tego inde retego quod tectum erat denudo. Texo inde retexo quod textum erat reddo non textum et que ſi infectuz quod erat factū. Claudo ſiue cludo recludo: quod clauſuz erat aperio Uelo reuelo: velamentum tollo. Signo reſigno quod erat ſignatum obſignatum ve relaro ⁊ patefacio. Et multa huiuſmodi alia ſunt: mixta nō ſunt vt repeto repoſco: remoueo: repreſento: reuelo: remoueo: remaneo. Re. Refigo. Retego Retexo Recludo. Reuelo. Reſigno. Repeto. Reuelo.

Epitome capitis. ccclxiij.

¶ Preparare eſt ad futuram vtilitatem rem ante parare. Apparare ad pompam ⁊ magnificētiam vnde apparatus: qui interduz preparationem complectitur

Inter preparare ⁊ apparare. Ca. ccclxiij.

Reparare ⁊ apparare ita diſferunt ꝙ preparare eſt ante parare que ſibi vtilia ſunt. aut fore credit. Preparo. Apparare Apparat⁹. Apparare ad dignitatem quandaz ac verius pompam ideoq; oratores preparant quibus optinere cauſam poſſunt. Ac proemiuz apparatū reprehēditur ꝙ plus pōpe: atq; oſtētationis q̄ vtilitatis habere videatur. Cicero. offi. j. Facile totius curſuz vite videt: ad eamq; degendam preparat res neceſſarias vt paſtum vt latibula: vt alia generis eiuſdem. Idez de oratore. iij. Illa que in apparatu fori appellātur inſignia q̄q̄ apparatus videtur ſignificare interdum vtrūq;: vt apparatus belli: quaſi preparatio Sed vt dicimus naues nō modo inſtructas ſed etiā ornatas: ꝙ quo res inſtructiores ad bellum: eo pulchriores ſunt: ita apparatuz belli vocamus: vbi inſtrumenta bellica etiam adornata ſunt.

Epitome capitis. ccclxiiij.

¶ Preeſſe eſt prepoſitum eſſe rei cuipiam gerēde aut adminiſtrande. Preſidere eſt ad opē preſtandam preeſſe: quam homines preſtant iniuriam patientib⁹ aut in diſcrimen adductis. Dij vero preſides beneficentiam ⁊ fauorem preſtāt inuocantibus: aliquando tamen confunduntur Preſides autem dij ſunt hominum: et homines deorum ſed homines quaſi tutores ⁊ defenſores idolorum: Preſes autem in prouincia eſt qui illic maximum imperium poſt principem gerit. Unde preſidium principale auxilium ⁊ militum cuſtodia: gallice guarniſon. Preſul autem proprie qui preeſt ſalijs.

Inter preeſſe ⁊ preſidere. Ca. ccclxiiij.

Preſideo. Preſes. Deſideo. Deſes. Reſideo. Reſes. Preeſſe. Preſens

DIReſuz ⁊ preſideo diffe-
rũt: ab hoc fit preſes: ſicut a
deſideo deſes: a reſideo re-
ſes. Ab illo võ pñs qd̃ a ſuo
verbo ĩ ſuo ſignificato rece-
dit: de q̃ antea diximꝰ ꝑeſſe
eſt ꝑpoſitũ eẽ rei cuipiã ge-
rẽde atq; adminiſtrãde: ꝑſidere eſt ad opẽ pre-
ſtan preeſſe quã ꝓprie ꝑſtãt hoĩes quidã iiuriã
patientibꝰ aut in diſcrimẽ adductis. Dij võ be-
neficẽtiã fauorẽq; innocãtibꝰ. Aliqñ tñ indiffe-
rẽt. Sue. de Tyberio. Preſedit ⁊ actiacis ludis
qſi dixiſſet ꝑfuit. Cic. ꝑ Sylla noli aĩos eoꝝ or-
dinũ qui ꝑſunt iudicijs offendere. Idẽ ꝑ eodẽ.
Quãobrez vos dij ⁊ patrij penates q̃ huic vrbi
atq; ipio ꝑſidet;. Idẽ ꝑ Milõe. Uos iuicti ⁊ in-
ciuis iuicti ꝑiculo cẽturiões atq; milites: vobis
nõ mõ iſpectãtibꝰ ſ; ẽt armat; ⁊ huic iudicio ꝑſi-
dẽtibꝰ hec tãta virtꝰ ex hac vrbe expellet: extermi-
biť: eijcieť: Qui. in. x. Nã ⁊ beniuolũ auditorẽ
inuocatiõe deaꝝ quas ꝑſidere vatibꝰ creditum
eſt: ⁊ intentũ ꝓpoſita reꝝ magnitudine: ⁊ doci-
lẽ ſumma reꝝ celeriter cõprehenſa facit. Et nõ
Preſides. lõge poſt. Quẽ ꝑſidẽtes ſtudijs dee ꝓpiꝰ audi-
rẽt. Uñ tã dij ꝙ hoĩes preſides dicti ſunt: illi q̃-
dẽ in ſuo q̃ſq; numie ſuaq; vi: hi vero in ſua quiſ-
q; ꝓuincia aut ab rege aut a populo ſibi cõmiſ-
ſa. idẽ. Qui. ꝙ oĩa ſic ĩ gerit vt gentiũ ꝑſide bel-
loꝝ deo incredibile nõ eſſet: quaſi cuius in ma-
nu eſt imperiũ belloꝝ aut auxiliũ: vt apd̃ Liuiũ
li. vj. Dij deeq; qui capitoliũ icolitis ſiccine ve-
ſtrũ militẽ ac preſidẽ ſinitis vexari ad inimicis
Preſidem dixit pro auxiliatorẽ ac defenſorez vt
alibi etiã ſepe. Preſes: vt diffinit Ulpianus is
Preſidium eſt qui maius in ꝓuincia imperiũ habet oĩbus
Subſidiuz poſt principem. Hinc preſidiũ dictũ eſt auxiliũ
principale. Nam ſubſidium id quod in auxiliuz
ſuccedit dicitur. Et milites qui ad tutelaz oppi-
Preſul. di: caſtelli ſimiliũq; collocati ſunt ꝑſidium vocã-
tur vt impoſitũ eſt preſidium Caiete. Nam pre-
ſul antiquitus is dicebatur qui primus erat in-
ter ſalios. i. martis ſacerdotes rome duntaxat
a ſaliendo dictos in portandis ancilibus.

Epitome capitis. cclxv.

¶ Aſſentari eſt effuſe lucri gratia quempiam
laudare. Adulari eſt inſeruire ⁊ captare vt fauo-
rem mereamur quoquo modo a greco dulos qd̃
eſt ſeruus. Blandiri eſt molliter tangẽdo aſſen-
tari: ſed etiam ad loquelam ⁊ ad alia transfert.
Unde ⁊ canes blandi dicuntur nõ aſſentatores
neq; adulatores: niſi vt in apologis fit illis de-
mus ſermonem.

Inter aſſentari: adulari ⁊ blandiri. Ca. cclxv.

Aſſentor. Adulor. ASſentari: adulari: blãdiri: ita
differunt ꝙ aſſentari eſt inſidioſe et
cõciliande alicuius vtilitatis gratia
effuſius ⁊ pleruq; falſo quẽpiaz lau-
dare. Adulari vero inſeruire ⁊ captare: vt fauo-
rez emereamur quoquomodo vel voce vł geſtu
eſtq; tractum quod eſt ſeruꝰ
Et ſane adulari ſeruile eſt: ꝙ non liberale et in-
genuũ. Blandiri vere ad tactum pertinet ⁊ per
abuſionez ad alios ſenſus transfertur: ⁊ nonnũ- Blandior.
ꝙ etiam ad animum. Quin. Tu nõ cogitas quẽ-
admodũ ſuſpenſa manu ſonantem blande car-
dinem flectas. Idem. Blandiar iudices pauliſ-
per calamitatibus meis: ⁊ ſic agam tanꝙ inue-
nerim vtrũq; ſanum: ideoq; quodam loco pene
pro eodẽ poſuit hec duo poſteriora verba. Trãſ-
eo oblatã nolẽti munerꝭ vacationẽ ⁊ blandiꝰ ꝙ
militie diſciplina poſtulet: adulatũ militi tribu-
nũ. Adulatũ blandius dixit ne aut blãdius blã-
ditum: aut adulantius adulatum diceret ſi tamẽ
adulantius reperitur. alibi Et animaliũ quoq;
ſermone carentiuz: ita: letitia: adulatio ⁊ oculis
⁊ alijs ſignis corporis deprehenditur. Sũt eñi
muta animalia hominum ſerua que ſigna maxi-
me apparent in canibꝰ: de quibus inquit. Uirg.
Hinc canibus blandis rabies venit: nam aſſen-
tari non cadit in muta animalia: niſi credimus
hoc modo coruum a vulpe fuiſſe deceptum. cuz
optimum cibum ore geſtaret.

Epitome capitis. cclxvj.

¶ Excuſo vt notum eſt ſignificat idez quod pur-
go: item idem eſt quod in excuſationem affero:
quaſi accuſo. Cauſari eſt cauſaz rei geſte afferre
Aliquando tamẽ quaſi in excuſationem afferre

Excuſare ⁊ cauſari q̃d differant. Ca. cclxvj.

EXcuſare aptam ſignificationẽ Excuſo.
habet itẽq; cauſari. Excuſamus cri-
mẽ obiectum quod cũ videtur ſatis
purgatuz recentes dicunt: habeo te
excuſatum. Ueteres dicebant accipio excuſatio-
nem. ſicut in illo. dum quis mihi tulit conditio-
nem verbi gratia: an velim negociari in ſua pe-
cunia in cõe lucrũ: dicam accipio cõditionẽ. Eſt
et altera huiꝰ verbi ſignificatio: que a priore de-
fluxit: quotiẽs id quod in cauſa fuit vt peccare-
mus afferimus in excuſatiõe. nec dicimꝰ vt ali-
qui loquuntur accuſo ſed excuſo: ꝙuis potiꝰ vi-
deatur ratio exigere: vt per accuſo ꝙ per excu-
ſo loquamur: veluti ſi latrones aut flumina im-
pedimẽto fuerunt: ne ad diem eſſe poſſem: dicã
eo modo quo Quintil. Tu tamen ſi interpella-
tus tempeſtatibꝰ ſeruus veniſſes: excuſares: ma-
re ⁊ ambiguos flatus et tibi bonam cauſam ha-
bere videreris: cũ diceres ante non potui: excu-
ſares dixit et non accuſares. Liuius. lib. vj. Ex-
acte iam etatis Camillus erat. comitijs iurare
parato in verba excuſande valitudis ſolite: con-
ſenſus populi reſtiterat. Et lib. xviij. Ubi dies
venit: citariq; abſens eſt receptus. Li. Scipio
morbum cauſe eſſe cur abeſſet excuſabat. Luca-
nus in. viij. Littuſq; malignum excuſat. Cauſa- Cauſari
ri eſt cauſam rei geſte afferre. Sueton. Sylla-
num item ſocerum ad necem ſecandaſq; noua-
cula fauces compulit: cauſatus in vtroq; ꝙ hic
ſe ingreſſum turbatius mare non eſſet ſecutus
Aliquando pene quod illa ſignificatio ſuperio-
ris verbi de excuſo dico in ſecundo ſignificato.
Qui. nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur vn-
ꝙ. vt nõ remaneãt amoris veſtigia et ſacra q̃dã

patris eiꝰ memoria. Cauſanti pupillo: quaſi ex-
cuſanti acerbitatem tutoris Cuius ſimile eſt il-
lud Papiani. Juſſus rationem reddere ⁊ liber
eſſe ſi heres cauſabitur: accipere rationes nihil
ominus liberum fore. i. ſi impedimenta preten-
det. Uirgi. Cauſando noſtros in longum ducis
amores. i. impedimenti cauſas afferendo. Ul.
Proſcribere palam ſic accepimus claris litte-
ris: vt plane recte legi poſſint ante tabernã ſci-
licet vel ante eum locum in quo negociatio exer
cetur: non in loco remoto: ſed euidenti litteris
grecis an latinis puto ſecundum conditionem
ne quis cauſari poſſit ignorantiam litterarum.
Et alibi. Cauſari tempeſtatez vel vim fluminũ.
Ubi liceat dicere excuſare ignorantiam littera
rum: ⁊ excuſare tempeſtatem et vim fluminum.

Epitome capitis. ccclxvij.

Mandare eſt alicui aliquid gerendum cõmit-
tere quod filius etiam patri facit cui ipſum pre
cipere iubere aut imperare non decet. Precipe
re etiã eſt magiſtrorum ⁊ magiſtratuum ſeu pre
latorum. Jubere frequenter idez quod impera-
re. Dicimus autem impero aut promitto mihi:
tu tibi: ille ſibi non autez iuſſi mihi. Item venu
ſte dicimus exequor ⁊ perago iuſta ac mandata
ſed non imperata verum facio imperata: Prete
rea dicimus impera tibi hanc rem: ⁊ iubeo tibi
ſed ⁊ iubeo te. Eſt autem iubere non plane im-
perare: ſed quaſi hortari et velle ſignificare: vn-
de ⁊ inferiores ſuperioribꝰ iubent. Edicũt ma-
giſtratus ⁊ reges. vnde edictum conſulum. In-
dicere autem eſt denunciare. vnde eſt verſiculꝰ
Edicunt reges: indicit feſta ſacerdos.

Mandare: precipere: iubere: imperare: in quo
differant. Itez indicere ⁊ edicere. Ca. ccclxviij.

Mandare — Mandare eſt alicui perſone ge
rendum aliquid exequendũq; com-
mittere vt Quinti. Mandata tamẽ
tua fili perago. i. vt nũc loquimur cõ
miſſiones non autẽ iuſſa. naz de forme alioquin
Precipere — eſſet ſi filius iuberet imperaretq; patri. Preci-
pere eſt tum magiſtrorũ quod eſt precepta tra-
dere: tum magiſtratuum ⁊ ſuperiorum perſona
rum. Salu. in Catilinario. iudices rerum capi-
talium quibus preceptuz erat: idem in Jugur.
Micipſa pater meus moriens mihi precepit.
Jubere — Jubere frequenter idem eſt quod imperare: vt
Quint. Pater me iuſſit: ⁊ alibi. Nam cũ his in fe
ſtum latronibus mare iuſſus intraui neq; diſſi-
mulauerim magnas fuiſſe cauſas patri cur hoc
mihi imperaret: quod ipſe facere non poterat
Pro eodẽ accepit iubere ⁊ imperare. Hic tamẽ
Impero mihi. — annotandum eſt ꝙ ſicut eleganter dicimus im-
pero mihi. vt apud eundem. Imperauit ſibi ne
Permitto. mihi. — quaſ admitteret amplius preces. Ut etiam per
miſit ſi vi. ita non eleganter dicas iuſſi mihi p-
terea cum ita dicamus imperata: vt iuſſa: huic
Exequor. et perago iuſſa. — apponamus verbum exequor ⁊ perago: etſi qd
eſt ſimile. Illi autem fere vnuz verbum facio vt
apud eundem. neq; ipſe hoc periculum ignoro
expertus nõ leui documẽto quãti ſteterit mihi
ꝙ ſemel imperata non feci: In hoc etiã hec ver — Facio imperata.
ba differunt: ꝙ impero tibi hanc rem dicimus.
Jubeo vero preter hanc conſtructionem poteſt
habere illam cuius exemplũ modo protuli: pa
ter me iuſſit. Eſt etiam iubere non plane impe- — Juſſit me.
rare: ſed quaſi hortari: vt idem Spera: iube ſpe — Jubeo.
rare matrem. Cicero etiam ſic frequenter locu
tus: vt pro Deiotaro. Litter quas ad me terra
cone miſiſti bene ſperare iuſſiſti. Cui ſimile eſt
Teren. Jubeo te ſaluere. Uirg. it. quinto Red-
diq; viro promiſſa iubebant. ꝙ queſo deorũ fuiſ
ſet: vt regi milites ac comites ſui imperarent.
Edicere eſt magiſtratuum regum vc. Unde edi — Edico.
ctum conſulum ſunt littere conſulum quibꝰ ali- — Edictum.
quid iubent atq; imperant nã indicere proprie — Indicere.
eſt denunciare vt indictum eſt bellum. Indixit
bellum fortune. indixi belluz voluptatibus. In
dixit Romulus ſpectaculum. Liui. Indici dei-
de finitimis ſpectaculum iubet. Iteruz. indixit
in poſteruz diem vt adeſſent. Idem indicto iu-
ſtitio Iterum. Delectuſq; ⁊ iuſtitiũ indictũ eſt.

Epitome capitis. ccclxviij.

Introcludo. i. intus claudo Intercludo id eſt
impedio. quaſi aliquid iter te ⁊ quo ires mediũ
claudo. Interſepio aliquid inter medum ſepio.

Introcludo ⁊ intercludo. Ca. ccclxviij.

Introcludo te: interioribꝰ — Introcludo.
claudo: ſi reperit. Intercludo — Intercludo.
te: iter tuuz impedio ⁊ quaſi in
ter cludo. Uirgiliꝰ. Interclu ſit
hyems: ⁊ terruit auſter euntes
Cicero. Qui iter peno uz cada
ueribus corporum ſuorum intercludendum pu-
tauerunt. Qua ratione etiã dicimus interſepio
Quintilianus. His tertis ne vniuerſi mellis ef- — interſepio.
fluat pondꝰ interſepta vel onera cludunt quaſi
circũſepta vel qua effluere mella poterãt ſepta

Epitome capitis. ccclxix.

Ex ſententia eſt quaſi ad votum: ſed ex ſentẽ-
tia videtur eſſe rationis: ad votum affectus.

Ex ſententia aliquid habere et ad
votum. Ca. ccclxix.

Ex ſententia aliquid ha- — Ex ſententia ad votũ
bere: ⁊ ad votum. Licet illud
videatur rationis eſſe hoc af
fectus cuiuſdam: eodem ta-
mẽ fere ſignificatiõis veniũt
vt Quintilianus. Habes ne
uxorem et animi ſententia:
et alibi. et ad omne votum fluente fortuna laſci
uit ocyum.

Epitome capitis. ccclxx.

Iter facere eſt ingredi viam: hoc eſt ire. Uiaz
facere eſt vbi non erat via aut tranſitus: hunc
aut hanc aperire. Munire viam eſt eam purga
re. reficere aut ſubſternere interduz lapidibus
Et ſicut viam munire quando eam purgamus
et reficimus dicimur: ita ⁊ ripam ac alueum: ac
aditum pro eo quod eſt viam munire. Iter ha-
bere eſt aliquez aliquo eſſe iter facturum ſeu de
bere ire.

Iter facere: viam facere. viam munire item iter facere: ⁊ iter habere quid differant. Ca.ccclxx.

Iterfacere ITer facere: viam facere viā munire. Item iter facere: et iter habere differunt. Iter facere eſt vt imperiti loquuntur itinerare: vt periti ingredi iter aut viam: vt Cice. de ſenectute. Maciniſſam quum pedibus iter ingreſſus eſt in equum non aſcendere: quum in equo: ex equo non deſcendere. Idez libro primo offi. Tempus a natura eligendum quam quiſq; viam videndi ſit ingreſſurus datum eſt.
Viā facere. Viam facere eſt proprie vbi non erat via viā ac tranſitus aperire. Quint. Ferat igitur non ſemitis ſed campis nō vti fontes anguſti fiſtulis colliguntur ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluant: ac ſibi viam ſi quando nō acceperit faciat: quod nō probe dixeris muniat.
Munire. viam. Eſt eñ munire viam repurgare: reficere ac ſubſternere interdum lapidibus quales ſunt vie romane a pleriſq; portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtrate. Cice. pro milone. Ideo ne prius ille cecus viam muniuit: non qua populus vteretur: ſed qua poſteri ſui latrocinarentur: Et per tranſlationē de corporeis ad incorporea. Quī. libro. iii. Propterea ꝙ plurimi authores: q̄uis eodem tenderent: diuerſas tamen vias muniērunt: ⁊ in ſuaz quiſq; induxit ſequentes. Dicim⁹ etiam vt viam ita ripam munire: alueum munire: aditum munire cum illa reficimus vel paramus. Cice. etiam aditum munire pro viam munire dixit pro Cluentio. Aditum ſibi aliis ſceleribus ante muniuit.
Iter hře. Iter habere eſt iter aliquē eſſe facturum. Cice. Habebat iter ad Diatrūregem pro flacco. ⁊ ad fratrem ⁊ quod ille in ſardiniam iter habebat.

Epitome capitis. ccclxxi.

¶ Proponere ⁊ oſtendere premium ac ſpem et metuz ſi quid differunt hoc eſt proponit qui poteſtatem ac imperium habet: oſtendit vero qui tantum adhortatur atq; conſilium dat.

Proponere premiū metum ve: oſtendere ſpē aut metum quid differant. Ca.ccclxxi.

Propono premium. Oſtēdo p̄miū ⁊ ſilia. PRoponere premium: propono metū oſtendo ſpē: oſtendo metū. fere in eadē ſignificatione hoc eſt hinc hortor: illinc deterreo: niſi ꝙ ꝓponere eſt potius poteſtatem imperiūq; habentis: oſtendere vero conſilium dantis. Cicero. Quis eſt qui propoſito tanto premio nō excitetur. Item propoſitis mortis ⁊ exilii minis Item ſpem metumq; oſtendere. Atq; iterum. Magnum huic vrbi periculum oſtenditur.

Epitome capitis. ccclxxii. patet

¶ Pacificatum eſſe: pacatum eſſe: placitum eē quid differant. Ca.ccclxxii.

Pacificat⁹ Pacatus. Placatus. PAcificatus ſum: pacez feci: pacatus ſum: in pace ſum: vel ab armis receſſi. Placatus ſum: ab indignatione animi ad lenitatem redii. vel animo leni ſum.

Epitome capitis. ccclxxiii.

¶ Parem eſſe ſignificat ſufficere alicui operi ſiue reſiſtendo illi ſiue exequendo. Par quoq; interdum idem eſt quod decens aut equuz. Paria facere eſt quod alibi amiſſum eſt: vel quod aliūde acceptum alibi vel aliunde cōpenſare

Parem eſſe q̄d ſit: ⁊ paria facere. Ca.ccclxxiii.

PArem eſſe idez eſt quod ſufficere alicui operi: ſiue reſiſtendo illi ſiue exequendo. Cicero ad Atticuz. libro. xi. Tamen interpellat fletus: repugno quo ad poſſum: ſed adhuc pares nō ſumus. Quin in geminis languentibus Nunc infelix non eſt par dolori: nunc non inuenit vlla ſolatia: ex quo ſibi videtur filium perdidiſſe victurum. idē. Non ſalit nos nephande quid capres hoc ꝙ ſupra ſilentium trahis alta ſuſpiria: ꝙ in prorūpenti videris exclamatione deficere: mēdacio paratur authoritas ⁊ in fidē erupture vocis afferſ: vt fateri videaris inuitus: dic tamen par eſt huic rei matris integritas vt mentiaris Luc. Hunc habuiſſe pares phebeis ignib⁹ vndas: ⁊ hoc in reſiſtendo: in exequendo autē idē Quint. Aſpicio par laboribus corpus Nonnūq̄ par idem eſt quod decens: vt idem Si ꝓpter matrimonia violata vrbes euerſe ſunt: quid fieri adultero par eſt: Paria facere eſt quod alibi amiſſuz ē: vel q̄d aliūde acceptū alibi aut aliūde cōpenſare. Idē Qui. Paria tecū facio reſpublica: q̄ ꝓpter me vnū ciuē perdideras ⁊ alibi Sic paria faciem⁹. Tu illic eris vicarius meus. Plinius auunculus. Naſcūtur ⁊ alio mō terre ⁊ repente ab aliquo mari emergūt velut paria ſecū faciēte natura queq; hauſerit hiat⁹ aliquo loco reddent. Plini⁹ iunior ad Priſcū. li. viii. Habuerūt officia mea in ſecūdis: habuerūt in aduerſis ego ſolatiū relegatarū: ego vltor reuerſaruz nō feci tū paria atq; eo magis hāc cupio ſeruari vt mihi ſoluēdi tēpora ſupſint. Sene. vt ſtati tibi ſoluam quod debeo: ⁊ quantum ad hāc epiſtolā paria faciamus. Pares e[...] Paria fa[...]re.

Epitome capitis. ccclxxiiii. patet.

Sollicito. Ca.ccclxxiiii

SOllicito te vel ꝙ ſpem metuz ve tibi oſtendo vt ſollicitare plebem vel inquieto ⁊ tibi curam iniicio. Sollici[...]

Epitome capitis. ccclxxv.

¶ Gratum facere eſt quaſi obſequi ⁊ inſeruire Gratificari eſt quaſi beneficium conferre. Ita ꝙ minus eſt gratum facere q̄ gratificari cū diis gratificari dicantur nō gratū facere hominib⁹.

Inter gratum facere ⁊ gratificari. Ca.ccclxxv.

GRatuz facio ⁊ gratificor ſi q̄d differunt ita differunt. q̄ꝙ vtrunq; eſt ex gratuz ⁊ facio: nō tamen vtrūq; cōpoſitū differūt aut ita ꝙ gratū facere eſt quiddam minus: et propemodum quod obſequi ⁊ inſeruire: vt. Cic. Si hūc iuueris gratiſſimuz mihi feceris. Gratificari quiddā mai⁹ gratū faci[...] Gratifica[...]

vt deum gratificari hominibus dicimus nõ aũt gratũ facere: quaſi idẽ ſit qđ beneficia cõferre.

Epitome capitis.ccclxxvj.

¶ Deduco ⁊ reduco preter generalem ſignificationem ſpecialiter ſignificat alicui preſtare comitatum ex officio fere parium. Comitari vero minorum erga maiores. Deduco autem ⁊ reduco certum ſpectant locũ. Aſſectari vero eſt comitatum preſtare per totam fere vrbem.

Deducere reducere: comitari: aſſectari quid ſignificent. Ca.ccclxxvj.

Deduco Reduco.

DEduco ⁊ reduco generalez habent ſignificationem: ſed in hoc ſpecialem quotiens alicui officij preſtamus cõmitatum vt deduxi Catonez in ſenatum: eumqꝫ vt domum reducaz hic expecto. Sed proprie hoc eſt inter homines nõ multum dignitate ⁊ auctoritate diſtantes. Comitari vero minorum potius erga maiores. Ceterũ deducere ⁊ reducere eſt quaſi ad certum locum. Aſſectari eſt quaſi comitatum preſtari: non tãtum in itinere aut nauigatione aut militia: ſed fere per vrbem. vt Cicero. de ora. lib. ij. Cuz edilitatem craſſus peteret: eumqꝫ maior natu ⁊ cõſularis Sergius galba aſſectaretur: ꝙ craſſi filiam. C. filio ſuo deſpondiſſet.

Comitor. Aſſector.

Epitome capitis.ccclxxvij.

¶ Satiare ad omnes ſenſus attinet: transferturqꝫ ad animum. Saturare ad ſolum guſtũ.

Inter ſatiare ⁊ ſaturare. Ca.ccclxxvij.

Satiare Saturare.

SAtiare ad omnes ſenſus attinet. ⁊ ſaturare ad vnum guſtum. Nã figurate locut᷒ ẽ Cic. Iracũdiã meã ſatura tuo ſanguine: quaſi ſitiz meaz ſatura. Satiare frequẽter ad animũ transfert.

Epitome capitis.ccclxxviij.

¶ Incedere eſt ambulare ſed fere ſublimiter et cum faſtu. licet inceſſus ſit qualiſcunqꝫ ſiue tardus ſiue feſtinus ſiue commotus ſiue incompoſitus immoderatuſqꝫ.

Inter incedere ⁊ ambulare. Ca.ccclxxviij.

Incede. Ambulo.

INcedere eſt ambulare. Inde inceſſus ſiue tard᷒ ſiue feſtin᷒: ſiue cõmot᷒ ⁊ incõpoſitus: imoderatuſqꝫ: ꝓprie tñ ſublimior quidã ⁊ faſtũ pre ſe ferẽs. Virg. Regina ad templũ magna ſtipãte caterua Inceſſit. Et iterũ. Et vera iceſſu patuit dea. Qđ Seneca quodã loco declarat. Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradũ: nec ambulamus ſed incedimus.

Epitome capitis.ccclxxix.

¶ Aduerſor tibi quid ſit notum eſt: auerſor aũt te eſt te cum auerſione vultus deteſtor.

Inter aduerſari ⁊ auerſari. ca.ccclxxix.

Aduerſor. Auerſor.

